AMMIANI MARCELLINI

QVAE SVPERSVNT

CVM NOTIS INTEGRIS

FRID. LINDENBROGII,

HENR. ET HADR. VALESIORVM

ET IAC. GRONOVII

QVIBVS

THOM. REINESII QVASDAM ET SVAS

ADIECIT

IO. AVGVSTIN. WAGNER

EDITIONEM ABSOLVIT

CAR. GOTTLOB AVG. ERFVRDT

TOMVS TERTIVS

LIPSIAE CIↃIↃCCCVIII.

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

LONDINI APVD I. PAYNE ET MACKINLAY

ET W. H. LVNN

IN

AMMIANVM MARCELLINVM

NOTAE INTEGRAE

FRID. LINDENBROGII

HENR. ET HADR. VALESIORVM

ET IAC. GRONOVII

QVIBVS

THOM. REINESII QVASDAM ET SVAS

ADIECIT

IO. AVGVSTIN. WAGNER

EDITIONEM ABSOLVIT AC NOTAS PASSIM ADDIDIT

CAR. GOTTLOB AVG. ERFVRDT

TOMVS POSTERIOR

AD LIBR. XXIII — XXXI

ACCEDVNT INDICES

LIPSIAE CIↃIↃCCCVIII.

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

LONDINI APVD I. PAYNE ET MACKINLAY

ET W. H. LVNN

AMMIANI MARCELLINI

LIB. XXIII. C. I.

1. *Quater ipse ampl. inierat Magist.*] Hunc ultimum Consulatum Iulianus inivit Antiochiae, ut docet Libanius in Oratione de vita sua, et in πρεσβευτικῷ ad calcem: eique feliciter annum auspicanti idem Libanius Panegyricum dixit ex more. Ita Themistii Panegyricum Ioviano Aug. et Valentiniano Iuniori nobilissimo puero Coss. dictum legimus: et Claudiani libros de Consulatibus Honorii. Neque Augustis tantum, sed et privatis idem honos habebatur. Itaque et Lupicino Consuli, et Richomeri Consuli ac Magistro Equitum Panegyricum abs se dictum esse testatur Libanius in Orat. de vita sua. Claudiani quoque carmina de Consulatu Theodori, item Olybrii ac Probini habentur in manibus. Atque huius consuetudinis vestigium ante Iuliani tempora nullum reperio. VALES.

Quod post Diocletianum et Aristobulum.] Mirum est id ab Ammiano Marcellino asseri, ab his Coss. usque ad IV. Iuliani Consulatum, nullum privatum Augusto collegam fuisse. Atqui in Fastis, tribus post Dioclet. et Aristob. annis, (anno 288. Cf. Corsinus de Praefectis Urbis p. 154. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. T. I. p. 74. W.) Maximianum Aug. II. Consulem collega Ianuario legimus, ut Scriptorem nostrum memoria labi necesse sit. [In Fastis quidem errorem inolevisse, et non *Maximiano Aug. II. ac Ianuario Coss.* sed *Maximo II. ac Ianuario Coss.* hunc annum notandum esse, ex libro Fastorum Cuspiniani, et ex hocce Ammiani loco asserit Onufrius. Sed ipsummet falli constat. Nam si in locum *Maximiani Aug. II. Consulis Maximum II. Consulem* cum Onufrio substituerimus, secundum Maximiani A. Consulatum eadem opera ex Fastis erademus. Nusquam enim alibi quam in hoc anno exstat ac reperitur.] Ceterum cum hoc Aristobulo Carinus Augustus tertium Consul Calendis Ianuarii processerat, sed victo atque occiso ad Margum Mysiae Carino, Diocletianus victor Carini tamquam Tyranni nomen e Fastis expunxit, eiusque loco se Consulem renuntiavit, retento collega Aristobulo qui a partibus Carini steterat. Id docent Idatii Fasti, in quibus sic habetur. Diocletiano II. et Aristobulo: *His Coss. occisus est Carinus Margo, qui hoc ipso anno cum Aristobulo Consul processerat.* Quo loco V. Cl. Iacobus Sirmundus quaedam ex coniectura inseruit duabus lineolis inclusa, quae tamen absunt a Ms. Codice, ut mihi ipse testatus est, cum hanc meam observationem ad eum detulissem. Sic enim edidit: [*Et levatus est Diocletianus Aug.*] *qui ipso anno cum Aristobulo Consul*

processerat. Sed haec lectio defendi non poteſt. Nam primum longe antequam Carinus occideretur in urbe Margo, Diocletianus ab exercitu Auguſtus fuerat renuntiatus: deinde ſi ita legimus, ſequitur Diocletianum ante caedem Carini Coſ. cum Ariſtobulo proceſſiſſe: id enim ſonat verbum illud *processerat.* At quomodo ſieri id potuit, cum Ariſtobulus in caſtris Carini militaret, praecipuusque eius partium dux eſſet, quippe Praefectura Praetorii ſuccinctus: nec niſi occiſo demum Principe ſuo ad Diocletianum tranſiverit: ut docet Aurelius Victor c. 39. his verbis, quae nobis ad hanc obſervationem praeivere: *Retentique hoſtium ſere omnes, ac maxime vir inſignis Ariſtobulus Praefectus Praetorio, per officia ſua; quae res poſt memoriam humanam nova atque inopinabilis fuit, civili bello fortunis, fama, dignitate ſpoliatum neminem.* VALES.

Poſt Diocletianum et Ariſtobulum.] Recte: uti in Faſtis Siculis: Διοκλητιανοῦ Αὐγ. τὸ β. καὶ Ἀριστοβούλου. Faſti Capitolini: *Imp. Caeſ. C. Aurelius Diocletianus Aug.* II...... *Ariſtobulus.* Inſignis autem nec ferendus error Caſſiodori, qui hoſce Conſules Probo imperante facit. LINDENBR.

2. *Diligentiae tamen ubique diffidens.*] Horum verborum nullus bonus et huicce loco conveniens eſt ſenſus, auctorisque menti reſpondens. Vult enim dicere Marcellinus, Iulianum, quidquid toto orbe Romano agendum ſibi eſſet, diligenter conſideraſſe, licet belli Perſici apparatibus maxime eſſet intentus. In codice Colbertino ſcribitur: *Diligentiam tamen ubique diffidens.* Legendum eſt haud dubie: *Diligentiam tamen ubique dividens.* Sicut Virgilius ſcribit de Aenea in libro VIII. 20. (et IV. 285. W.)

Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partesque rapit varias, perque omnia verſat.

V autem ſaepe in F noſtri convertunt, et Germani nunc in verbis noſtris pro V littera F proferunt.] VALES.

Apud Hieroſolymam templum — inſtaurare ſumtibus cogitabat immodicis.] Rufinus Hiſtor. Eccleſ. lib. I. cap. 37. Socrates lib. III. cap. 17. Theodoretus lib. III. cap. 17. Sozomenus lib. V. cap. 21. Caſſiodorus Hiſtor. Tripart. lib. VI. cap. 43. Nicephorus Calliſt. lib. 10. cap. 32. Gregorius Nazianz. in Iulian. Orat. 2. Ioh. Chryſoſt. de laudibus Babylae Martyr. et contra Iudaeos *3. pag. 491.* LINDENBR.

Apud Hieroſolymam templum.] Quod noviſſime Conſtantino Max. imperante Iudaei inſtaurare aggreſſi fuerant: ſed eos Conſtantinus male multatos varia in loca diſperſit, ut narrat Chryſoſtomus Homil. 3. contra Iudaeos. Cedrenus ad annum XX. Conſtantini: καὶ ἰουδαίους περὶ τὴν οἰκοδομὴν τοῦ ναοῦ πάλιν στασιάζοντας κωνσταντῖνος ὁ μέγας τιμωρησάμενος διεσκόρπισεν. De hac autem everſione ſub Iuliano loquitur Iulianus ipſe in fragmento Epiſtolae, quam D. Petavio viro doctiſſimo debemus, p. 295. Spanh. et Ambroſius in Ep. 29. ad Theodoſium his verbis: *Non audiſti Imp. quod cum iuſſiſſet Iulianus reparari templum Hieroſolymis, divino qui faciebant repagulum igne flagrarunt.* VALES.

Alypio.] Is eſt ad quem exſtant Iuliani Aug. Epiſtolae, quibus eum fratrem appellat: eiusdem meminit Libanius in Epiſt. ad D. Baſilium: παρεκάθηντό μοι τῶν ἐν ἀρχῇ γεγενημένων ἄλλοι

τε οὐκ ὀλίγοι, καὶ ὁ πάντα ἄριστος Ἀλύπιος Ἱεροκλέους ἀνεψιὸς ἐκείνου. *Assidebant mihi Honorati plures, inter quos Alypius Hieroclis illius cognatus.* Huius Alypii filius fuit Hierocles, prisco illi Philosopho cognominis, de quo Marcellinus in lib. 29. c. 1. et Libanius in Ep. 314. ad Alypium. Eumdem intelligit Iulianus in Misopogone, pag. 84. VALES.

3. *Metuendi globi flammarum — cessavit inceptum*] Notatu digna haec Ammiani, pagani quippe, de frustra suscepto hoc opere narratio, cuius fidem, si Christianus ille fuisset, acriter a multis impugnatum iri credibile est: at vero nunc nemo audebit, ipsius quoque Iuliani (p. 295. Spanh,) auctoritate deterritus. De consilio si quaeris, quod in restaurando Iudaeorum templo secutus sit, Ammiano teste id egit, ut *imperii sui memoriam magnitudine operum propagaret*, sed, ut solent homines communia scilicet spernentes, insuper aliud quippiam propositum sibi habuisse videtur. Singularem quidem Iudaeorum amorem vix ei tribuas, imo prophetarum de fatis Hierosolymae vaticinia, licet evertendae Christianae pariter ac Mosaicae religionis studiosum, refellere voluisse suspiceris. Eo fine cum excidisset, ad conviciandi libidinem prolapsus insaniam illis exprobrat. De ipsa incendii origine *Michaelis Eques in Götting. Magazin von Lichtenberg und Forster, 3ten Iahrg. St.* 6. *p.* 801. inprimisque 822. recte sic statuit, aërem in fornicibus subterraneis, qui per longum tempus clausi fuerint, facile potuisse flammam concipere. Conf. omnino Gibbon. T. v. p. 376. ff. W.

4. *Apronianum.*] Flavius Apronianus Praef. Urbi dicitur in lege 3. Cod. Th. de suariis et pecuariis. Nec recte Onufrius in Fastis, L. Turcium Apronianum eum appellat: hic enim L. Turcius Apronianus Praefectus Urbi fuerat, Constantio II. et Constante Coss. ut est in Fastis Cuspiniani relatum. VALES. Vid. Corsini 227. 229. Ind. 1. Thom. Reinesium in Burmanni Sylloge Epp. T. v. p. 196. et Prosopogr. Cod. Theodos. it. Acta Traiectina P. IV. p. 185. ff. W.

Octavianum Proconsulem Africae] cf. XXIX. 3. W.

* *Venusto Vicariam commisit*] Hic est, ut opinor, Venustus, quem *mirandum virum* vocat Macrobius in lib. 1. Saturn. capite 3. patremque ait fuisse Virii Nicomachi Flaviani, de quo infra dicturi sumus. De hoc Venusto exstat hodieque vetus Inscriptio Romae in hortis Iustiniani ad portam Flaminiam. DIS. OMNIPOTENTIBUS. LUCIUS. RAGONIUS. VENUSTUS. V. C. AUGUR. PUBLICUS. P. R. Q. PONTIFEX. VESTALIS. MAIOR. PERCEPTO. TAUROBOLIO. CRIOBOLIOQUE. X. KAL. IUN. DN. VALENTINIANO. AUG. IIII. ET NEOTERIO. COSS. ARAM. CONSECRAVIT. Hanc Inscriptionem, Romae a se descriptam, mihi communicavit Iacobus Sirmundus, vir de litteris optime meritus. In qua si quis forte miretur omissam esse mentionem Vicariae dignitatis gestae a Venusto; animadvertere debet hanc Inscriptionem in ara litteris rudibus inscriptam fuisse, et sola Venusti Sacerdotia in ea recenseri; civilium vero Dignitatum nullam fieri mentionem.* VALES.

Venusto Vicariam commisit *Hispaniam*, unde *ex Vicario* XXVIII, 1, 24. W.

Rufinum Arabium.] Scribendum *Aradium*, ut diserte legitur in Regio cod. *Vatic.* [ac Colbert.] et Rom. ac Aug. Editione

Mariangeli Accursii. Atque ita coniecerat Iuretus ad Symmachi Auctarium, motus auctoritate veterum Inscriptionum, in quibus Aradius Rufinus exaratur. *Ad hunc Rufinum exstant Epistolae Libanii duae in libro 4. videlicet 268. et 269.* VALES. Cf. Prosopogr. Cod. Theodos. W.

Avunculi sui Iuliani.] Hic Iuliani Praefecti Praetorio filius, Basilinae frater, antea Praefectus Aegypti fuerat teste Iuliano in Epist. x. ad Alexandrinos. Postea Comes Orientis, Mamertino et Nevitta Coss. lege 51. Cod. Th. de Decurionibus. VALES.

5. *Omine praesentissimo*] certissimo. W.

Felice enim Largitionum Comite.] Hic ob nefarium sacrilegium, quod in sacrosancta vasa commiserat una cum Iuliano Comite Orientis, misere periit, ut narrat Theodoritus lib. 3. Idem desertor fidei in gratiam Iuliani, a Christi religione ad numinum cultum desciverat, quod praeter Theodoritum testatur et Libanius in Orat. pro Aristophane Corinthio (Reisk. 1. p. 436.): *μετὰ τούτων ἐστὶ Φῆλιξ ὁ καλὸς καὶ γενναῖος, τούτῳ μὲν ἀρχαῖος ἑταῖρος, θεοῖς δὲ νεωστὶ φίλος, ἡγεμόνι σοι χρησάμενος ἐπὶ τὴν γνῶσιν τῶν κρειττόνων.* Suffragatores Aristophanis Libanius hic producit praecipuos in amicitia Iuliani; Maximum in primis ac Priscum Philosophos, deinde Elpidium. Sic enim legendum, *ἀλλ' οὐδ' ἠλπίδιος, ὃν* etc. Male vulgo *ἐλπίδος* legitur, quod quemvis vel doctissimum interpretem in errorem induxisset. Hic est Elpidius Comes rerum privatarum, cuius ibidem meminit Theodoritus, et Libanius in Ep. 29. ad Iulianum Aug. Vide Chrysost. Orat. 2. de S. Babyla *contra Gentiles, ubi de Iuliani Comitis Orientis morte quaedam memorat satis recondita. Notabis etiam obiter Sancti Patris *μνημονικὸν σφάλμα.* De Iuliani enim Comitis morte ita loquitur, ac si ante translationem Relliquiarum S. Babylae contigisset; cum tamen anno post acciderit. Huiusmodi errata obrepere plerumque solent etiam doctissimis hominibus, non tam memoriae vitio, quam per imprudentiam, dum minime advertunt quae dicuntur. Vide eiusdem Chrysostomi Homiliam 4. in Matthaeum. VALES.

Publicos contuens titulos.] Statuarum scilicet atque imaginum Principis, quae per fora atque in locis publicis visebantur. Erant autem huiusmodi. Dn. N. Claudius Iulianus P. F. Aug. De hoc porro Antiochensium in Iulianum convicio loqui videtur Iulianus in Misopog. p. 87. (p. 355. Spanh.) *εἰς αὐτοὺς ὑβρίζοντες τοὺς ἄρχοντας καὶ τούτων εἰς τὰς ἐπὶ τοῦ γενείου τρίχας, καὶ τὰ ἐν τοῖς νομίσμασι χαράγματα:* quamquam *χαραγμάτων* vocabulo effigiem tauri nummis impressam intelligi satius est, in quam iocabantur Syri, teste Socrate in libro 3. VALES. Locus ita intelligendus: titulis imaginum et statuarum et numorum inscriptum erat *Dn. N.* (Dominus Noster) *Claudius Iulianus P. F.* (Pius Felix) *Augustus.* Plebs autem, omissis quibusdam, maligne pronuntiabat: *Felicem Iulianum Augustumque,* hoc volens, ut priores nuper mortuos Iulianus propediem sequeretur. W.

6. *Saevum*] malum, triste omen. W.

Cal. Ian. adscendente eo gr. Genii templum.] Iulianus Aug. quartum Consul Antiochiae processit Kal. Ian. et sacrificaturus ex more, Genii publici templum adscendit. Postridie, quod is dies ater habebatur, quievit domi. Tertio die demum (qui dies

erat votorum) in aede Iovis Philii vota pro ſalute ſua ac pop. Rom. nuncupavit, ut ipſe teſtatur in Miſopog. p. 70. (p. 346. Spanh.) quem locum, quia illuſtris eſt, nec a Martinio interprete intellectus, hic apponam: ἡ Σύρων ἧκει νεομηνία· εἶτα ὁ Καῖσαρ αὖθις εἰς Φιλίου διός· εἶτα ἡ πάγκοινος ἑορτὴ, καὶ ὁ Καῖσαρ εἰς τὸ τῆς τύχης ἔρχεται τέμενος· ἐπισχὼν δὲ τὴν ἀποφράδα, πάλιν ἐς Φιλίου τὰς εὐχὰς ἀναλαμβάνει κατὰ τὰ πάτρια. *Venerunt Calendae Syrorum: rurſus Caeſar ad Iovis Philii. Deinde Calendae Ianuariae: et Caeſar Genii templum adit: tum intermiſſo atro die, rurſus in aede Iovis Philii vota ſuſcipit more maiorum.* πάγκοινος igitur ἑορτὴ ſunt Cal. Ianuariae, quod is dies per totum orbem Rom. feſtus haberetur, etiamſi non omnes inde initium anni ducerent. Verbi gratia, Syri a Dio, qui Novembri Iuliano reſpondet, annum tunc ordiebantur. Itaque in hoc Iuliani loco ἡ Σύρων νουμηνία primus eſt dies menſis Dii. Explicationem vero noſtram aperte confirmat Libanius in deſcriptione Calendarum in tomo 1. (Reisk. 1. p. 256. ſſ.) his verbis, quae Latine brevitatis cauſa hic afferam: *Ac feſta quidem alia familiarum ſunt, alia civitatum, quaedam etiam populorum. Hoc autem unum commune eſt omnibus, qui ſub Imperio Rom. degunt: celebraturque anno hoc quidem ineunte, illo vero exeunte.* Idem in Orat. de vita ſua, pag. 75. τὴν μεγίστην ἑορτὴν ἥ τε κοινὴ τῶν ὑπὸ ῥωμαίους ὄντων Calendas Ian. vocat, itemque in Apologia pag. 604. Lucianus in Pſeudologiſta μεγάλην νουμηνίαν appellat. Sed et ipſa votorum commemoratio, de quibus ibi Iulianus loquitur, nullum dubitationi locum relinquit. Vota enim 3. Non. Ian. ſuſcipi ſolebant, ut docet Lucianus in loco cit. et Calendarium Herwartii. De Genii templo Antiochiae Euagrius in lib. 1. cap. 16. VALES.

Genii templum] nempe populi Rom. quale et Alexandriae fuiſſe didicimus XXII, 11. *diuturnior,* ſenior, aetate provectus. W.

Incertum] Sic edd. antiquiores. Gronoviana *interitum,* operarum errore, quem fideliter propagavit Erneſti. W.

7. *Conſtantinop. terrae pulſu vibratam.*] De hoc terrae motu loquitur Libanius in Orat. funebri, ubi eum Iuliani ſacrificiis et poſtulationibus ſedatum eſſe ſcribit (Reisk. 1. p. 581.): ἔσεισε μὲν ποσειδῶν τὴν μεγάλην ἐν Θρᾴκῃ πόλιν, etc. quae in Editionibus vulgatis deſiderantur, ingenti aliquot paginarum lacuna. Eiusdem terrae motus mentio fit in Victoris Epitome. VALES.

Irruentibus armis externis lex una ſit et perpetua, etc.] Livius lib. XLIII. *Iure gentium hoc evenit, ut arma armis propulſentur.* Ulpianus L. 1. §. 27. ff. de vi et vi armat. *Vim vi repellere licere Caſſius ſcribit, idque ius natura comparatur: apparet autem, inquit, ex eo, arma armis repellere licere.* L. 3. §. 9. ff. eod. L. 1. C. unde vi. L. 3. C. ad Leg. Corn. de Sicar. *L. 4. in princ. ad L. Aquil. L. ut vim. ff. de iuſt. et iure. Cicero lib. 1. Offic. *Eſt haec non ſcripta, ſed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, in vim, in tela aut latronum, aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendae ſalutis.* Idem in Orat. pro Milone.* LINDENBR.

Nihil renitente vi moris.] Mſ. *nihil remittente vim oris.* Ίσ. *nihil remittente vi mortis.* Metus enim mortis nihil remittit,

ſed contra vim inferentem omni ratione nos defendere cogit. LINDENBR.

Nihil remittente vi moris] i. e. iuris naturae, quod defenſionem ſui permittit, immo praecipit. Niſi vero cum Lindenbrogio legendum *mortis*. Sic Erneſti, et ego *mortis* praetulerim, ut *vis mortis nihil remittens* ſit motus mortis, ad quem ſileant omnes leges. W.

CAPVT II.

1. *Speciosa*] laudabili, liberali. W.

2. *Solum Arſacem monuerat Armeniae regem*] quocum donis atque muneribus in ſocietatem tracto (xxi, 6.) Conſtantius ſine dubio pepigerat, ut ſubſidia iuſſus mitteret. Verbum *monuerat* pro re nata nimis lene eſt. Cf. Gibbon. T. v. p. 464. W.

Rumore praecurſo (paullo poſt *fama praecurſa*) prius, quam rumor ipſe ad Perſas perveniret, *per militares numeros* per ſtationes diverſas diſperſos. *Teſſera expeditionali*, evocationis etiam dicta. W.

3. *Heliopoliten* Aegyptum quendam *Alexandrum Syriacae iurisdictioni praefecit* Conſularem conſtituit. v. xiv, 7. et ibi not. Alios illius aetatis *Alexandros* recenſet Wernsd. ad Himer. p. 864. W.

Alexandrum Syriacae iurisd. pr. turb. et ſaevum.] De quo Libanius loquitur in Ep. 707. ad Iulianum Aug. ubi eum aſperioris ingenii fuiſſe ſignificat. *Ad hunc eumdem Alexandrum exſtant Epiſtolae 274. et 281. Libanii in lib. IV.* VALES.

5. *Tarſum Ciliciae reverſurum.*] Iulianum Antiochia proficiſcentem Antiochenſis ordo honoris cauſa proſecutus, cum ſuppliciter rogaret, ut delictorum veniam ſibi concederet: Iulianus eis reſpondit, ſe nequaquam Antiochiae, ſed Tarſi hiberna acturum, ſi ſalvus e Perſide reverteretur, teſte Libanio de vita ſua, pag. 44. Id autem reſponſum cum his quae ibidem refert Libanius, Curialibus Antiochenis a Iuliano datum eſt in manſione I. quae Litharbis dicebatur, ut teſtatur Iulianus in Epiſt. 27. ad Libanium. Has porro Iuliani minas ut averterent Antiochenſes, eorum rogatu Libanius Orationem ad Iulianum ſcripſit, quae πρεσβευτικὸς ſeu legatio inſcribitur: qua veniam pro civibus ſuppliciter poſcit; orat, ne Imperator ſolita hibernacula dimittat, neve apud Tarſenſes homines longe petulantiſſimos hiemare velit. Alteram quoque Orationem ad Antiochenſes idem Libanius ſcripſit de Imperatoris ira, cuius meminit Socrates in lib. 3. cap. 17. quae brevi, ſi Deus dederit, a nobis edetur. VALES.

Memorium Praeſidem.] De quo Libanius in Epiſt. 352. *et in libri 4. Epiſtola 275. ubi eum Praeſidem Ciliciae fuiſſe teſtatur:* et Iulianus ipſe in Orat. ad Heraclitum, πῶς κυνιστέον. VALES.

Sepultum eſt] xxv, 9. W.

6. *Apricante coelo*] tempeſtate calidiore, vere appropinquante. *Hierapolim*, urbem Commagenes, xxi, 13. W.

7. *Id enim curatius observarat.*] Cum enim esset Hierapoli, fidos exploratores praemiserat, qui caverent ne quis ad Persas transfugeret, consilia sua, et profectionem hostibus proditurus, ut ipsemet scribit in Epist. ad Libanium Quaestorem. Quod quidem Iuliani consilium non immerito praedicat Libanius in Oratione funebri, pag. 311. (Reisk. 1. p. 594.) μεγάλην οὖσαν εἰδὼς ἐν ἀποῤῥήτοις ῥοπὴν, οὐκ εἰσόδου χρόνον, οὐκ εἰσβολῆς ὁδὸν, οὐ μηχανημάτων τρόπον, οὐδὲν ὧν ἔστρεφεν ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἐξήνεγκεν· εἰδὼς ὅτι πᾶν ἐκλαληθὲν εὐθὺς ἐστὶν ἐν ὠσὶ κατασκόπων, etc. *Cum maximum momentum in silentio esse cerneret, neque profectionis tempus, neque qua via irrupturus esset, neque machinarum speciem, neque quidquam eorum quae volvebat animo, patefecit: gnarus, simul atque quid evulgatum esset, ad exploratorum aures permanare.* VALES.

Assyrios] Assyriam, provinciam Persiae, Adiabenen etiam eo tempore dictam. v. infra c. 6. §. 15. W.

Scytharum auxiliis.] Praecipue Gothorum: horum enim distincte meminit Zosimus in lib. 3. c. 25. in pugna illa ad Ctesiphontem: φεύγουσι δὲ ἐπεκδραμόντες οἱ ῥωμαῖοι καὶ σὺν αὐτοῖς οἱ Γότθοι. VALES.

Scytharum auxiliis] qui tamen non socii erant, sed stipendiarii e vicinis barbaris gentibus conscripti. Zosim. III. 25. et Notitia Imperii. W.

Venit ad Batnas.] De hoc opido Iulianum in Epist. 27. ad Libanium loqui Lindenbrogius putavit: sed ex ipsa Epist. facile est hunc errorem refellere. Ait enim Iulianus ab Antiochia progressum se esse usque ad Litharba, qui est viculus in Chalcide: inde Beroeam venisse, ibique diem integrum mansisse: tum ad Batnas locum ita dictum accessisse. Cumque diei spatium Batnis moratus esset, Hierapolim contendisse: atque hinc ad Libanium se litteras dare. Ceterum Hierapoli triduum moratus Iulianus, Euphratem navali ponte traiecit, Batnasque, quod Osdroenae opidum est, venit, ut Zosimus in lib. 3. c. 12. Marcellinusque testantur. Duae igitur Batnae in hoc Iuliani itinere occurrunt. Prior locus est in Syria cis Euphratem: alterum est opidum Osdroenae trans Euphratem satis celebre. Utrumque opidum manifeste distinguitur in Antonini Itinerario. *Iter a Callecoma Edessam millia plus minus* 85. *sic. Batnas m. p. m.* 24. *Hierapoli m. p. m.* 21. *Thilaticomum m. p. m.* x. *Batnas m. p. m.* 15. *Edessa m. p. m.* 15. Tabula quoque Peutingerorum utrumque opidum aperte distinguit: Ab Antiochia *Emma m.* 23. *Chalcida* xx. *Beroea* 29. *Bannis* 27. *Thiltauri* 25. *Bathna* 12. *Hierapoli* 12. *Zeugma m.* 24. VALES.

Batnas municipium Osdroenae.] Zosimus lib. III. c. 12. Βάτνας τῆς Ὀσδροηνῆς πολίχνιόν τι. Iulianus Epist. 28 ad Libanium: Βάτναι, βαρβαρικὸν ὄνομα τοῦτο, Τύριον ἐστὶν ἑλληνικόν: et quae sequuntur, situm huius municipii ostendentia. LINDENBR. Cf. notam ad XIV, 3. W.

8. *Quinquaginta obruit homines*] Id quomodo accidere potuerit, non satis intelligo. *Paleae* enim saccis conditae, et ad summam altitudinem congestae tot homines pondere suo obruere potuisse vix credibile, nisi trabibus passim firmatas metas istas ponamus. Columella certe de re rust. l, 6. 9. ubi de fructibus

condendis loquitur, ſiccas res congerendas ait *tabulatis*, ut frumenta, foenum, frondes, *paleae*, ceteraque pabula. Nec me fugit, paleis antiquorum, qui bubus in orbem actis vel curribus triturabant, ſtramen ipſum comminutum miſceri, atque ita ad paſcendas pecudes adhiberi ſolitum, ſed nec hoc tantum ponderis addidiſſe acervis illis videtur, ut tantum hominum numerum enecaret. Nil me iuvarunt *Schoettgenius* de tritura, et *Paulſen* vom Ackerbau der Morgenländer. W.

CAPVT III.

1. *Carras antiquum oppidum Craſſor. et Romani exercitus aerumnis inſigne.*] Undecim puta Legionum ſtrage, et ipſius Craſſi interitu inſigne. Florus lib. III. cap. 11. Plutarchus in Craſſo, Appianus in Parth. (T. III. ed. Schweighaeuſ. p. 55. ſſ.) Dio lib. 40. c. 25. Strabo lib. 16. p. 747. Almel. Ovidius Faſtor. lib. VI. Eutropius lib. VI. c. 18. (15.) Oroſius lib. VI. cap. XIII. LINDENBR.

Carras antiquum oppidum] Moſi Haran. v. ſupra XVIII, 7. W.

Unde duae duc. in Perſ. viae regiae.] Idem narrat Zoſimus in lib. 3. c. 12. ex Eunapio, quem fere integrum exſcripſit, teſte Photio: δυοῖν τοίνυν ἐντεῦθεν ὁδοῖν παρακειμέναιν, τῆς μὲν διὰ τοῦ ποταμοῦ τίγρητος καὶ πόλεως νισίβιος ταῖς ἀδιαβηνῶν σατραπείαις ἐμβαλλούσης, τῆς δὲ διὰ τοῦ εὐφράτου καὶ τοῦ κιρκησίου, etc. *Cum autem duae ex eo loco viae ducerentur, quarum altera quidem per fl. Tigrim, et Niſibenam civitatem in Adiabenam excurrit, altera autem per Euphratem, et Circeſium Caſtrum, etc.* VALES.

2. *Lunae, quae religioſe per eos colitur tractus.*] Herodianus lib. IV. Spartianus in Caracalla. LINDENBR.

Religioſe colitur] Aſtartes nomine. W.

Paludamentum purpureum.] Idem refert Zoſimus libro 4. c. 4. his verbis: τούτῳ γὰρ (Procopio) ὡς γένει συναπτομένῳ μέρος τι τῆς δυνάμεως ἐμπιστεύσας ἐκέλευσεν ἅμα σεβαστιανῷ διὰ τῆς ἀδιαβηνῆς χωροῦντι ἀπαντῆσαί οἱ δι' ἑτέρας ὁδοῦ κατὰ τῶν πολεμίων ἰόντι, δοὺς αὐτῷ καὶ βασιλικὴν στολὴν ἔχειν. VALES.

Propinquo ſuo tradidiſſe Procopio.] Cedrenus Procopium Iuliani cognatum, ſeu ἀνεψιὸν nominat. Itaque conſobrinos Iulianum ac Procopium fuiſſe exiſtimo. Sane in lib. 26. cap. 6. Iuliani cognatus dicitur. VALES.

3. *Viſorum interpretes.*] Lib. XIV. *Viſa nocturna.* Gloſſar. *Viſum*, ὅραμα, ἐνύπνιον. Priſcianus lib. XI. *Viſum*, τὸ ὁραθὲν, καὶ τὸ ὅραμα. *Arnob. lib. 2. pag. 27. *Quibus modis inſomnia fiant, quibus viſa.** LINDENBR.

Palatini Apollinis templum] ab Auguſto conditum. *Cumana carmina*, libri Sibyllini, in baſi ſtatuae Apollinis ab eodem Auguſto ibi reconditi. Locus facit ad hiſtoriam carminum Sibyllinorum, quae poſt Ammianum adeo adhuc exſtitiſſe patet, quamquam alii temporibus Sullanis, alii una cum Capitolio conſumta incendio fuiſſe tradiderint, de quo vide Salmaſium ad Solinum p. 55. W.

4. *Procursatorum* equitum leviter armatorum *anhelantium* anhelo cursu XVI, 12. prae celeritate spiritum vix ducentium. W.

5. *Triginta millia lect. militum.*] Libanius in Oratione funebri, (Reisk. I. p. 594.) XX. dumtaxat millia ponit: ἀποσχίσας τῆς δυνάμεως μυριάδας ὁπλιτῶν δύο, τούτους μὲν ἐπὶ τὸν τίγρητα πέμπει, φυλάξοντάς τε τὴν γῆν, εἴτι ταύτῃ προσίῃ δεινὸν, καὶ παρεσομένους κατὰ καιρὸν καλοῦντι· χρῆν δὲ ἄρα καὶ τὸν ἀρμένιον παραπλήσιόν τι ποιεῖν, et reliqua cum Ammiani narratione mirifice congruentia. Zosimus l. 3. c. 12. (ubi vid. Reitemeier p. 574. W.) XVIII. millia peditum dumtaxat Sebastiano et Procopio commissa esse memorat, quae Tigris ripam tuerentur: sed Sozomenus in lib. 6. XX. dicit. VALES.

Sebastiano ex Duce Aegypti.] Is est igitur Sebastianus Dux Aegypti, secta Manichaeus, audax et petulans iuvenis, qui Georgium pulso Athanasio in sede Alexandrina armis imposuit, ut scribit Athanasius in Ep. ad Solitarios, et in Apologia; qui eum δοῦκα et στρατηλάτην nominat passim. Erat autem filius Antiphili, a quo in disciplinam traditus Libanio, mox relicto eloquentiae studio ad militiam se contulit, tametsi excellenti ingenio praeditus: ut docet Libanius in Epist. 2. ad Antiphilum, quibus et aliam subiungit ad Sebastianum, exhortans ut redeat. Exstant in Editione Cracoviensi Lat. Libanius 308. 340. 494. Epistolas ad eum scribit. VALES.

Intra Tigridem] eo non transmisso. — Ex *incauto latere,* non satis munito. *Corduenam,* XVIII. 6. (antiquioribus, Straboni, cet. Gordyene, hodie *Kurden)* montanam Armeniae regionem, et *Moxoënam,* itidem montanam, magis tamen orientem versus ad fines. *Chiliocome uberis Mediae* vel potius Assyriae *tractus.* vide *Mannert Persien* P. V. Fasc. 2. p. 225. f. *praestricto cursu* ὡς ἐν παρόδῳ. W.

Necessitatum articulis adsuturi] adiuturi, si forte nimis promerent hostes. W.

6. *Dextrorsus*] ad Euphratem. W.

Equus Babylonius nomine.] Non novum, equis quoque nomina indi solere. Apud Dionem *Incitatus* et *Pertinax* equi laudantur: apud Capitolin. in Vero *Volucer.* *Apud Pausan. lib. 6. pag. 160. Phoenix, Corax, Cnacias, Samus. Apud Tzetzen in Lycophr. pag. 33. Psylla, Arpinna, Xanthus et Ballias 39. Melissio equus apud Senec. Controv. pag. 50. num. 32. Vid. Camerar. de Nominib. equestrib. pag. 104. Vid. Augustin. de Civit. Dei lib. 2. cap. 4.* Et alia multa equorum nomina Romae in tabula marmorea leguntur. LINDENBR.

Auro lapillisque ornamenta distincta] Bene de his ornamentis Ioh. Chrysost. Orat. de se ipsum laedente pag. 9. Τί ποτ' οὖν ἐστὶν ἵππου ἀρετή· ἆρα τὸ χρυσοῦν ἔχειν χαλινὸν, καὶ τελαμῶνας τοιούτους, καὶ στομάτων δεσμὸν ἐκ σηρικῶν συγκείμενον, καὶ τάπητας ποικίλους καὶ χρυσοπάστους καὶ φάλαρα λιθοκόλλητα, καὶ πλοκάμους χρυσοῦς σχοινίοις συμπεπλεγμένους, ἢ τὸ δρομικὸν εἶναι καὶ εὐσκελῆ, etc. Imperatorios vero equos haec magnificentia proprie decebat. *Itaque privatis iure interdicta Constitutione Leonis Imp. L. unic. C. Nulli licere in frenis, etc. LINDENBR.

Ornamenta phaleras *conspersit* pulvere. W.

7. *Davanam venit.*] Dabana dicitur in Notitia Imperii Romani ſub Duce Osdroenae una cum Callinico. Procopius lib. 2. *περὶ κτισμάτων*, *δαβανὰς* nominat. VALES.

Davanam (alii Tabanam, Iſidoro Characenſi fortaſſe Alama) *Belias* (Iſidoro *Belicha*) v. Mannert v, 2. p. 270. 284. W.

Calliniſum.] Scribe Callinicum, ut Eutropius, Zoſimus ac Marcellinus Comes in Anaſtaſio appellant. Hierocles mſ. in *συνεκδήμῳ*: *ἐπαρχία ὀσδροηνῆς ὑπὸ ἡγεμόνος πόλεις αἵδε. λεοντόπολις ἡ πρὶν καλλινίκη. βίνθα.* Haec urbs condita eſt a Seleuco Callinico, ut docet Chronicum Alexandr. Olympiade 134. anno 1. *σέλευκος καλλίνικος ἐν μεσοποταμίᾳ καλλινίκου πόλιν κτίζει*: ſed falli hunc Auctorem docuit me Libanius. Is in Epiſt. ad Ariſtaenetum ait, Callinicum ſtationem eſſe in Meſopotamia circa Euphratem, ita vocatam ex eo quod Callinicus Sophiſta ibi occiſus eſt. Unde apparet recentiorem fuiſſe eius loci appellationem. Callinicus enim Sophiſta cognomine Sutorius, vixit ſub Gallieno, teſte Suida: cui Proſphoneticum ſcripſit. Rerum quoque Alexandrinarum hiſtoriam x. libris ſcripſit, quod opus citatur ab Hieronymo in Commentariis in Danielem. VALES.

Callinicum (antea *Nicephorium*, ſaeculo poſt *Leontopolis*, nunc *Racca*) *commercandi opimitate gratiſſimum* (floſculi Ammianei) Mannert l. c. p. 286. W.

Ad diem VI. *Kal. quo Romae matri Deorum pompae celebrantur.*] Notat eumdem hunc diem Vib. Sequeſter, in lib. de Flumin. pag. 329. *Almon Romae, ubi mater Deum* VI. *Kal. April. lavatur.* Kalendarium vet. ruſticum, quod in Bibliotheca Farneſia adſervatur: *Menſe Martio* LIBERAL. QUINQUATRIA. LAVATIO. LINDENBR.

Ad diem VI. *Cal.*] Scrib. *a. d.* VI. quod eſt ante diem 6. Porro hic dies ex re ipſa Lavatio dicebatur. Primo enim die qui erat a. d. IX. Cal. Aprilis, Galli comam iactantes, crebris ictibus lacertos cruentabant: atque is dies ſanguinis dicebatur, teſte Tertulliano in Carmine ad Senatorem, et Trebellio Pollione in Geſtis Claudii. Idem Tertullianus in Apolog. haec habet: *Archigallus ille ſanctiſſimus nono Kalendarum earumdem* (April.) *ſanguinem impurum lacertos etiam caſtrando libabat.* *Hanc *feſtivitatem ſanguinis* vocat Auguſtinus in tractatu 7. in Iohannem. Meminit etiam eius feſti auctor Quaeſtionum veteris et novi Teſtamenti, quaeſt. 84.* Proximus dies magna omnium laetitia celebrabatur, eoque Hilaria dictus, teſte Macrobio lib. 1. Saturn. Tertio quieſcebant. Quarto demum die, qui erat ante diem VI. Cal. Apr. ſimulacrum Cybelae carpento impoſitum Almonis aqua abluebant; hic dies Lavatio; ille Requietio dicebatur, ut docet Calendarium Romanum Conſtantini aevo exaratum, quod Georgio Herwartio debemus: XI. *Arbor intrat.* X. *Tubiluſtrium.* IX. *Kal. Apr. Sanguen.* VIII. *Hilaria.* VII. *Requietio.* VI. *Lavatio.* Quem locum valde illuſtrat Iulianus in Hymno quem in Deorum Matrem compoſuit. p. 168. Spanh. *τέμνεσθαι γὰρ φασὶ τὸ ἱερὸν δένδρον καθ' ἣν ἡμέραν ὁ ἥλιος ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ἰσημερινῆς ἀψῖδος ἔρχεται. εἶθ' ἑξῆς περισαλπισμὸς παραλαμβάνεται. τῇ τρίτῃ δὲ τέμνεται τὸ ἱερὸν καὶ ἀπόῤῥητον θέρος τοῦ θεοῦ γάλλου. ἐπὶ τούτοις ἱλάρια φασὶ καὶ ἑορταί.* Igitur XI. Kal. Apr. quo primum die Sol aequinoctialem circulum attingit, pinus ſuccidebatur, et in Deum Matris ſacrarium

inferebatur. Arnobius lib. 5. *Quid enim ſibi vult illa pinus, quam ſemper ſtatis diebus in Deum Matris intromittitis ſanctuarium?* ſic legendum. Poſtridie erat Tubiluſtrium, quem περισαλπισμὸν vocat Iulianus. Eo enim die tubae, quarum in ſacris frequens eſt uſus, luſtrabantur, teſte Feſto. VALES. Cf. Spanhem. ad Callimachi Lav. Palladis p. 597. ed. Erneſti, et interpretes ad Val. Flaccum VIII, 239. W.

Carpentum quo vehitur ſimulacrum.] Ambroſius Epiſc. lib. III. Epiſt. 48. *Currus ſuos ſimulato Almonis in ſlumine lavat Cybele.* Sed quo ritu currus hic ad flumen deductus ſit, Prudentius V. Cl. in parte indicat, cuius hi verſus ſunt, Hymno x. περὶ στεφάνων v. 153.

Quid eſſe vobis aeſtimem proiectius?
Nudare plantas ante carpentum ſcio
Proceres togatos, matris Idaeae ſacris.
Lapis nigellus evehendus eſſedo
Muliebris oris, clauſus argento ſedet:
Quem dum ad lavacrum praeeundo ducitis,
Pedes remotis atterentes calceis,
Almonis usque pervenitis rivulum.

*Tertull. de Baptismo cap. 5. *Ipſos etiam Deos ſuos lavationibus efferunt.* Lucan. lib. I. verſ. 600.

*Et lotam parvo revocant Almone Cybellen.** LINDENBR.

Reineſius adſcripſit: „*annales, carpentum, et, quod vehitur, ſimulacrum.* Sic Caſp. Barth. ad Claudian. de bello Gildon. 119. Omnia enim ſacra cum ipſo lapide fuere abluta." W.

8. *Sub pellibus*] tentoriis. *Gratanter* κεχαρισμένως lubenter et benevole. *Furta bellorum* κλέμματα πολέμου. Thucyd. V, 9. W.

9. *Claſſis advenit.*] Sexcentarum navium, teſte Zoſimo: praeter quas quingentae erant ſcorteae, et quinquaginta tectae, et alia plana navigia ad compingendos pontes: alia item quae alimenta et machinas portabant. Idem Praefectos claſſis Conſtantium et Lucianum nominat. VALES.

Xerxis inſtar claſſis] eodem fere numero navium, quo Xerxis olim. *Latiſſimum Euphratem arctabat* ut prae navibus aqua vix conſpici poſſet. *Bellatrices,* milites vehentes. W.

CAPVT IV.

1. *Circumſcripte*] h. l. non poteſt eſſe *paucis*, uti Erneſtio viſum eſt, praeceſſerat enim *breviter*, imo vero περιφραστικῶς quaſi, ut notionem certam atque perſpicuam animo concipiant *ignorantes*. — Ceterum, ut Ammianus ipſe ingenio ſuo modeſte diffiſus eſt, ſic ego, mechanices plane rudis, timidiuſcule ad interpretandum contextum accedo, quem dictio Marcellina obſcuriorem ſubinde fecit. Accuratius omnia, quam vel ille vel ego expoſuimus, cognoſcere ſi quis cupit, is adeat mihi, ut antiquiores praeteream, Lipſium in Poliorceticis, interpretes ad Vegetium cet. *Naſtium,* qui inter recentiores optime de machinis bellicis egit in *Griech. Kriegsalterthümern* p. 110 — 206. et ad calcem libri *Folardi, Silberſchlagii* aliorumque delineationes adiecit. W.

Ballista] quam tamen cum *Catapulta,* cuius nomen illa aetate non amplius in usu fuerit, confudisse tradit *Nastius* p. 185. W.

2. *Ferrum axiculis* asseribus, trabibus *compaginatur* includitur, firmatur, in *regulae* (Lineal) *maioris modum extentum* longius prominens — *cuius ex volumine tereti, quod in medio ars polita componit,* sine ornatu brevius dicere poterat: ex quo ferro in medio polito *quadratus stilus* itidem ferreus? *eminet extentius,* paullulum exstat altior et *cavatus* in rotunditatem *ad canalis angusti meatum,* ita ut crenae, quae suppositae regulae incisa est, accurate aptetur atque respondeat — *et hac* sc. parte, uti stilus crenae immissus, *multiplici chorda nervorum tortilium* multis nervis tortilibus (qui tamen non funibus cannabinis, sed crassioribus fidibus ex intestinis animalium contortis, aliisque, quibus maior vis inest elastica, constabant) *illigatus* — eique *duae ligneae cochleae* (Schrauben?) *coniunguntur* — artifex *contemplabilis* active: accurate observans *in temonis* regulae *cavamen* crenam *apponit sagittam conglutinatam* quidni praefixam? — iuvenes versant *rotabilem flexum* (Winden). W.

3. Cum *ad extremitatem nervorum* stilus retractus sit, tum *percita* sagitta *avolat* tam celeriter interdum, ut *scintillae* excutiantur. — Ex quo apparet, Ballistam sagittis, *lapidibus* contra e funda mittendis inservisse Scorpionem, de quo nunc plura. W.

4. *Scorpionis* cf. Nast. p. 185. quem appellant nunc *Onagrum* (asinum silvestrem, v. paullo infra) haec forma est. Et primo quidem basis quasi totius machinae ita describitur: *Dolati axes duo curvati* modice, ut prominere videantur *in gibbas* (usitatius: gibbos) gibborum instar rotundati, tum *in modum serratoriae machinae,* (quam uno verbo varam appellant Latini) *connectuntur,* ut haud procul inter se distent, ex utroque latere *patentius perforati* amplioribus foraminibus terebrati, *quas inter per cavernas* crenas *funes colligantur robusti,* totam *compagem continentes.* — Haec igitur, si recte tamen intelligo, basis; iam ipsa machina. W.

5. E medio illorum restium *ligneus stilus* exsurgit *obliquus* in modum *temonis,* quo iumenta curribus iunguntur, ita *nervorum nodulis implicatus,* ut sursum deorsumve possit moveri — summitati *unci ferrei* aptantur, e quibus pendet *stuppea* vel *ferrea funda* recipiendis lapidibus — ipsi ligno *fulmentum* fultura *prosternitur,* praetenditur, nempe *cilicium* saccus *paleis* et stramine minutim *concisis refertum.* W.

Fulcimentum prosternitur ingens cilicium.] In Regio *et Tolos.* [ac Colbert.] codice ac Rom. Edit. legitur *fulmentum,* quod placet: nam *fulcimentum* vox barbara videtur: apud Tertullianum legitur tamen, et in Glossis Graecis ἔρεισμα, quam vocem observavi ab interpretibus fere fulcimentum verti. Phoca Grammaticus in Vita Virgilii:

Terra ministravit flores, et munere verno
Herbida supposuit puero fulmenta virescens.

Fulturam tabularum vocat Hegesip. lib. v. cap. xx. VALES.

6. Nunc ipse machinae usus docetur. — *Repagula* mochlidas, supra: rotabiles flexus. *Inclinant,* deprimunt, retrahunt: quo facto *magister* altius stans *claustrum* clavum malleo *percutit* expellit — unde stilus *mollitudine cilicii* ne lapis ipse laederetur

offenſus, ad ſpeciem debilitatus, ſaxum nihilominus vehementiſſime *contorquet.* W.

Penes uncinum inclinant.] Sic primus edidit Gelenius. Caſtellus enim ediderat *paene uncinum.* Ego vero cum in Mſſ. omnibus, Regio, Florentino, Toloſano [et Colbertino] et in Editione Romana legeretur, *pene ſurinum;* certiſſima coniectura emendavi, *paene ſupinum inclinant.* Ita enim ſenſus optime conſtat.* VALES.

7. *Tormentum appellatur, ex eo quod omnis explicatio torquetur.*] Haec, ut ingenue fatear, non ſatis intelligo. An forte ſcribendum: *Quod funium implicatione torquetur?* aut ſane: *Funes implicati torquentur?* Sic a torquendis funibus tormentum deduxerit Ammianus. Ita balliſtarum tortores, lib. 19. cap. 7. Poteſt tamen nec incommode deduci ab eo quod lapides torqueat. Porro ſcorpionem proprie dici tormentum, docet Tertullianus in Scorpiace, initio: *Arcuato impetu hamatile ſpiculum in ſummo tormenti ratione reſtringit, unde et bellicam machinam retractu tela vegetantem de ſcorpio nominant.* Chariſius lib. 1. *Nam tam ſcorpium animal dicimus, quam militare tormentum.* VALES. Pater exemplari ſuo adſcripſit. [Malim: *quod tomicum explicatione.* Antea enim funes erant implicati, ſed iuvenes eos explicant.] GRONOV.

8. *Arietem*] cf. Naſt. p. 167. Truncus eligitur *abietis* vel *orni* excelſae, qui praefigitur ferro *prolixo* longo *efficiens* ſiſtens *prominulam* prominentem arietis ſpeciem. *Ex lance* aequilibrio. W.

Inſtar aſſurgentis et caedentis armati.] Dudum, *caedentis arietis,* legi debere conieceram, atque ita nuper in Codice Regio ſcriptum eſſe didici. VALES.

9. *Exerto* alacri *vigore diſcuſſum* expeditum, perfectum. W.

10. *Meditamentis* machinis *ob crebritatem deſpectis* parcius adhibitis. *Helepolis* (urbium expugnatrix) cf. Weſſeling. ad Diodor. T. IX. Bip. p. 483. W.

Helepolim Graece cognominant, cuius opera diuturna Demetrius.] Mſ. Fl. *Graeci cognominamus,* quod placet: ut inf. *tranſire διαβαίνειν dicimus Graeci.* Et ſic originem ſuam Ammian. oſtendit, quam iterum apertius fatetur in fine lib. XXXI. Ceterum de Demetrio Athenaeus Deipnoſoph. lib. V. pag. 206. lib. X. pag. 415. Vitruvius lib. X. cap. XXII. Plinius lib. VII. cap. 38. Leo Imp. in Tacticis, Suid. in προτομή. LINDENBR.

11. *Virgarum recenti textura*] frondibus viridibus adhuc implexis. *Limo* humido aſpergitur pars ſuperior, ut *flammeos et miſſiles caſus* ex moenibus deiectos ignes et alia miſſilia *detrectet,* non admittat, irrita faciat. W.

12. *Frontalibus*] fronti. W.

Qualia nobis pictores oſtendunt fulmina.] Feſtus Pomp. *Triſulcum fulmen fuit ab antiquis dictum, quia id aut incendit, aut afflat, aut terebrat.* Eius figura in nummis et monumentis antiquis apparet. LINDENBR.

13. *Intrinſecus*] teſtudine munitus miles. W.

14. *Malleoli*] cf. Naſt p. 161. *Multifido ferro*, in fila tenuia tracto. — Ventre *ſubtiliter et plurifariam patens*, multis, ſed ſubtilioribus foraminibus diſtincta. W.

15. *Superiecto pulvere*] Iisdem verbis eadem de naphtha vide infra c. 6. §. 37. W.

CAPVT V.

1. *Adſcitis Saracenorum auxiliis, quae animis obtulere prompt.*] Legatos enim Iulianus ad eos miſerat, qui admonerent, ut auxilia quamprimum mitterent, ſi iis collibitum eſſet: velut qui parum ſollicitus eſſet, ſi non adeſſent. Sic enim ipſe ſcribit in Epiſt. ad Libanium Quaeſtorem p. 401. Spanh. πρὸς τοὺς σαρακηνοὺς ἔπεμψα πρέσβεις, ὑπομιμνήσκων αὐτοὺς ἥκειν εἰ βούλοιντο. *Ad Saracenos legationem miſi, admonens eos, ut venirent ſi libitum eſſet.* VALES. Cf. c. 3. W.

Cercuſium, principio menſis Aprilis ingreſſus eſt munimentum.] Zoſimus lib. III. c. 12. Κιρκούσιον vocat: Φρούριον δὲ τοῦτο κυκλούμενον ὑπό τε τοῦ Ἀβώρα ποταμοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ Εὐφράτου, τοῖς δὲ Ἀσσυρίων ὁρίοις συναπτόμενον. Eutropius lib. IX. c. 2. *Circeſſo, quod caſtrum nunc Romanorum eſt.* Paeanius vertit Κιρκήσιον. Vid. Procop. περὶ κτισμάτ. pag. 16. et de Bello Perſico lib. II. LINDENBR.

Cercuſium.] Zoſimus in lib. 3. c. 12. κιρκήσιον vocat; Rufus Feſtus *Circeſſum.* In Concilio Chalcedonenſi inter Epiſcopos Osdroenae provinciae, qui Synodo ſubſcripſere, recenſetur Abrahamus Caſtrocircon Epiſcopus. *Geographus Nubienſis *Cercuſium* vocat perinde ac Marcellinus, et ad oſtia fluvii Alchabur ſitum eſſe, ac Euphrate allui teſtatur. Apparet ergo Cercuſium poſitum fuiſſe ad confluentem Euphratis et Aborae, quem *Alchabur* Nubienſis appellat: quod confirmat etiam Procopius in libro 2. Perſicorum.* VALES. *Abora* al. Chaboras. W.

2. *Diocletianus*] cf. Tillemont P. IV. p. 65. *ſuſpectum*, intutum. W.

Barbarorum confiniis interiores limites ordinaret.] Ea fuit in Rep. Diocletiani providentia, ut omnes limites Imperii Romani caſtris, et caſtellis undique communiret, et in iis idoneos milites locaret, qui barbarorum irruptionem arcerent. *Teſtatur hoc Eumenius in Oratione pro Scholis Auguſtodun. ſub finem.* Suidas in ἐσχατιά: ὁ διοκλητιανὸς λόγον ποιούμενος τῶν πραγμάτων, ᾠήθη δεῖν καὶ δυνάμεσιν ἀρκούσαις ἑκάστην ὀχυρῶσαι καὶ φρούρια ποιῆσαι. Sed paullo poſtea Conſtantinus hanc utiliſſimam diſpoſitionem ſubvertit. Nam e praeſidiariis illis caſtellis quae Diocletianus exſtruxerat, ad alia opida nullius praeſidii egentia militem tranſtulit: quo facto latam barbaris viam ad pervadendos Rom. Imperii fines aperuit, ut quidem ei obiicit Zoſimus lib. 2. his verbis: τῆς γὰρ ῥωμαίων ἐπικρατείας ἀπανταχοῦ τῶν ἐσχατιῶν τῇ διοκλητιανοῦ προνοίᾳ κατὰ τὸν εἰρημένον μοι τρόπον (locus quem intelligit, hodie deeſt; videtur tamen is eſſe quem e Suida produximus) πόλεσι καὶ φρουρίοις καὶ πύργοις διειλημμένης, καὶ παντὸς τοῦ στρατιωτικοῦ κατὰ ταῦτα τὴν οἴκησιν ἔχοντος, ἀπο-

ρος τοῖς βαρβάροις ἦν ἡ διάβασις, etc. In hac autem castrorum munitione id Diocletianus observabat, ut ultra ipsum limitem castella extrueret, et barbarorum fines subraderet, quemadmodum hoc loco Marcellinus memorat. Quod Idatius quoque confirmat in Fastis: Constantio et Maximiano. *His Coss. castra facta in Sarmatia contra Acinco, et Bononia.* Idque iam ante institutum fuerat a Probo Augusto, ut scribit Vopiscus his verbis: *Contra urbes Romanas castra in solo barbarico posuit.* [Id fecit postea et Valentinianus Aug. teste Ammiano.] VALES.

3. *In alto silentio*] pace? W.

Scenicis ludis.] Haec fere iisdem verbis transscripsit Hegesippus lib. 3. de excidio Hier. cap. v. *Denique cum ludi scenici in ea celebrarentur urbe, ferunt quemdam actorem mimorum, elevatis oculis ad montem, Persas vidisse advenientes, et dixisse continuo: Aut somnium video; aut magnum periculum Ecce Persas.* VALES.

Mimus cum ux. imm. e medio sumpta quaedam imitaretur.] Mimus a Graecis originem sumpsit, cui respondet apud Latinos planipes, ut Diomedes lib. 3. notat. Definitur autem mimus a Graecis: μῖμός ἐστι μίμησις βίου, τά τε συγκεχωρημένα καὶ ἀσυγχώρητα περιέχων. Diomedes autem ita definit: mimus est sermonis cuiuslibet, et motus sine reverentia, vel factorum et turpium cum lascivia imitatio. Inter Graecos mimorum auctores clarissimus fuit Sophron, quem Plato quoque Philosophus tanti fecisse dicitur, ut eius carmina sub lectuli sui pulvino semper habuerit. Scripsit μίμους ἀνδρείους, et μίμους γυναικείους, teste Suida et Athenaeo. Auctor Etymologici in v. σύφαρ laudat Sophronem ἐν τοῖς ἀνδρείοις μίμοις. Idem in v. σκιρωθῆναι eiusdem γυναικείους memorat. Sic autem inscripti esse videntur, quod argumenta hi quidem muliebria, illi ad viros spectantia continerent. Eodem plane modo quo pantomimorum, seu saltatorum argumenta partim ἀνδρεῖα, alia γυναικεῖα fuisse scribit Libanius in Orat. pro saltatoribus, pag. 496. * Inter γυναικείους Sophronis mimos fuere Ἀκέστριαι, laudatae ab Suida in Κάπηλος. Longo intervallo post claruit Philistion, qui mimos Graece scripsit: de quo in libris sequentibus dicemus. (ad xxx, 4.) Hic a Suida Comoedias scripsisse dicitur, et tam Comicus Poeta quam Mimographus dici potest. Namque ea aetate Comoedia nil praeter mimum erat: ut docet Marcus Antoninus lib. xi. de vita sua, (Sect. 6. p. 240. Wolle) his verbis: μετὰ δὲ τὴν τραγῳδίαν ἡ ἀρχαία κωμῳδία παρήχθη παιδαγωγικὴν παῤῥησίαν ἔχουσα. Et paullo post: μετὰ ταῦτα τίς ἡ μέση κωμῳδία καὶ λοιπὸν ἡ νέα πρὸς τί ποτε παρείληπται, ἣ κατ' ὀλίγον ἐπὶ τὴν ἐκ μιμήσεως φιλοτεχνίαν ὑπεῤῥύη, ἐπίστησον. ὅτι μὲν γὰρ λέγεται, καὶ ὑπὸ τούτων τινὰ χρήσιμα οὐκ ἀγνοεῖται. Cleon quoque Mimaulus cognominatus Italicorum Mimorum princeps fuisse memoratur ab Athenaeo in fine lib. x. qui Nymphodorum quoque superavit. Hic suos ipse mimos actitavit: sic enim haec Athenaei verba intelligo: ἰταλικῶν μίμων ἄριστος γέγονεν αὐτοπρόσωπος ὑποκριτής: quo loco cavillationes aliquot mimicae referuntur. Mimis itaque simillimae sunt, quas hodie forsas in Gallia vocamus, nisi quod pedestri sermone constant, quem tamen etiam in mimis olim usitatum esse existimo. Nam et Dio Orat. 2. de Regno, mimos vocat γέλωτος ποιητὰς μετὰ σκωμμάτων ἐμμέτρους τε καὶ ἀμέτρους. Antiquitus autem mimi ad symphoniam saltabant, ut de Antiocho

Epiphane ſcribit Polybius lib. 31. c. 4. ὑπὸ τῶν μίμων ὁ βασιλεὺς εἰσεφέρετο ὅλος κεκαλυμμένος, καὶ εἰς τὴν γῆν ἐτίθετο ὡς εἷς ὄντα τῶν μίμων· καὶ τῆς συμφωνίας προκαλουμένης ἀναπηδήσας ὠρχεῖτο, καὶ ὑπεκρίνετο μετὰ τῶν γελωτοποιῶν. Apud Rom. vero non ſaltabant mimi: ut patet ex Theodora Aug. quae cum nec pſallere, nec ſaltare noſſet, cum mimis in ſcenam prodiit, teſte Procopio. Unde Libanius in Oratione adverſus Ariſtidem pro ſaltatoribus, initio, mimorum et ſaltatorum artes longe diſſitas eſſe ait: ὀρχηστὰς autem pantomimos intelligit: ſic enim fere Graeci appellant. Philo in Orat. in Flaccum: ὀρχησταὶ καὶ μῖμοι καὶ αὐληταὶ καὶ ὅσα ἄλλα σκηνικῶν ἀθύρματα ἀγώνων. Iulianus in Miſop. Alterius. *De mimis plura Salmaſius in Solinum.* VALES.

E medio ſumta] i. e. ex uſu, vita communi, unde etiam βιολόγοι, ἠθολόγοι mimi dicti. v. Valeſ. ad xxx, 4. Ceterum reſcripſi *E medio*, quod antiquiores habent editt. et ipſe Valeſ. in nota. IN medio errore operarum irrepſerat, nec repetere debebat Erneſtius. — *Exacervantia* vox ſoli Ammiano propria pro *acervatim* advolantibus telis. — *Pacis more*, uti in pace mos eſt. cf. xxii, 12. extr. Reineſius malebat *pecoris more*. Nil opus! W.

Et haec quidem Gallieni temporibus evenerunt.] Sub initium Gallieni capta eſt a Perſis Antiochia. Zonaras enim Perſas ait capto Valeriano Aug. victoria acriter uſos, Antiochiam, et Tarſum urbem Ciliciae celeberrimam, ac Caeſaream Cappadociae, in qua 40. hominum millia erant, poſt diuturnam obſidionem fraude perfugae tandem cepiſſe. Idem refertur in Excerptis Graecis Chronici Euſebiani, pag. 71. Sed Trebellius Pollio in xxx. Tyrannis, ubi de Cyriade loquitur, Antiochiam et Caeſaream ante Valeriani infelicem pugnam a Perſis expugnatas eſſe indicat. In quo falli eum exiſtimo. Ceterum Libanius in Oratione ad Theodoſium de ulciſcenda caede Iuliani Aug. (Reisk. ii. p. 60.) eius cladis meminit his verbis: οὔτε μή τι συμβῇ τοιοῦτον οἷον καὶ ἐπὶ τῶν προγόνων δεδοίκαμεν, οἷς ἐν τῷ θεάτρῳ συγκαθημένοις ἐφειστήκεσαν οἱ τοξόται τὸ ὄρος κατειληφότες. *Ne quid tale accidat, quale avorum memoria, quibus in theatro ſedentibus, Perſici ſagittarii capto monte ſupervenere.* *Eunapius in Vita Aedeſii p. 50. ſub Conſtantio A. id ipſum accidiſſe ſcribit: cui minime aſſentior.* VALES.

Mareade] fortaſſe *Cyriade*, quem Sapor in Valeriani Imperatoris locum Orienti praefecerat. Nam quae Ammianus *Gallieni tempore* eveniſſe tradit, ea ſub Valeriano accidiſſe narrant alii, de quo vide Valeſium ad h. l. Tillemont T. iii. p. 729. et 907. Heynium ad Zoſim. i, 36. 3. W.

4. *Omnes ſequelae*] quidquid omnino ad exercitum pertineret. *Literas triſtes* ſollicitudinis plenas. W.

5. *Nulla vis humana vel virtus meruiſſe umquam poteſt.*] Praeclare Q. Curtius lib. v. c. 11. *Eludant licet, quibus forte et temere humana negotia volvi agique perſuaſum eſt: equidem aeterna conſtitutione crediderim, nexuque cauſarum latentium et multo ante deſtinatarum, ſuum quemque ordinem immutabili lege percurrere.* Aurel. Victor in Carino (de Caeſar. c. 38.) *Arduum fatalia devertere: eoque futuri notio ſuperflua.* *Arnob. lib. 7. *Caſibus nullus eſt in his locus, ſed ineluctabili omnia neceſſitate conſiunt: agit ſe ordo praeſcriptus, aut quod ſemel decre-*

decretum eſt, perficit. Apul. Mileſ. I. *Nihil impoſſibile arbitror: ſed utcumque fata decreverunt, ita cuncta Mortalibus provenire.** LINDENBR.

6. *Salluſtius Praefectus* Orientis *Praeſens* in Comitatu principis. W.

7. *Zaitham*] Meſopotamiae urbem. Reineſius: זֵיתָא Chald. oliva. W.

Zaitam venimus locum.] Regius codex *et Vatic.* [et Colbert.] *Zaitham;* Zoſimus lib. 3. c. 14. *ζαυθὰ* appellat. Sed non eo in loco, verum Duris Gordiani tumulum fuiſſe memorat his verbis: *ἑξήκοντα δὲ προελθὼν σταδίους εἰς τι χωρίον ζαυθὰ προσαγορευόμενον ἦλθε, καὶ ἐντεῦθεν εἰς δοῦρα, οὗ γορδιανοῦ βασιλέως ἐδείκνυτο τάφος.* Verior autem mihi videtur Zoſimi quam Ammiani narratio. Namque Eutropius ac Rufus Feſtus Gordiani tumulum xx. millibus a Circeſio caſtro abeſſe teſtantur. Zaita autem non plus quam diei unius itinere a Circeſio abeſſe poteſt, ſi quidem Ammianus et Zoſimus omnes Romani exercitus manſiones accurate notant: ac proinde xx. millibus abeſſe a Circeſio nullatenus poterit. Gradu enim militari procedens exercitus in hoſtico tot milia conficere non debet: ſed hoc argumentum parum firmum eſt. Illud gravius, quod Zayta non plus quam 60. ſtadia a Circeſio caſtro abeſt, ut teſtatur Zoſimus, quae ſeptem tantum milliaria conficiunt. VALES. Zoſimo adſtipulatur etiam Tillemontius T. III p. 554. et Reitemeier ad Zoſimum p. 574. Operae ſi pretium ſit, tantas componere lites, dici fortaſſe poſſit, monumentum illud tam edito loco erectum fuiſſe (*longe conſpicuum* ait Ammianus) ut inde a *Zeutha* conſpici potuerit. W.

[*Heic Gordiani Imper. longe conſpicuum vidimus tumulum.*] Scripſit P. Pithoeus ad marginem Ammiani ſui, titulum tamen tumuli Gordiani Aug. everſum fuiſſe a Licinio A. ut Capitolinus ſcribit.] VALES.

Gordiani Imp. longe conſpicuum vidimus tumulum.] Feſtus Rufus: *Milites ei* (Gordiano) *tumulum viceſimo miliario a Circeſſo caſtro, quod et nunc exſtat, aedificarunt.* Eius tumuli titulum Graecis, Latinis, Perſicis, Iudaicis, et Aegyptiacis litteris perſcriptum fuiſſe teſtatur Capitolinus in Gordian. c. 3. *Sepulcrum* GORDIANI locum vocari ait Victor Epit. c. 27. Vid. Zoſim. lib. III. cap. 14. LINDENBR. Cf. Gibbon. T. I. p. 395. W.

8. *Duram deſertum oppidum.*] Alia huius nominis urbs eſt xxv, 6. v. inprimis Mannert v, 2. 319. W.

Quo omine velut certiore iam ſpectaculi proſperioris elatus.] In Regio codice diverſam lectionem reperi, *iam ſpectatus:* quomodo fere in Romana Editione legitur: ea enim [et Colb.] *ſpectatos* exhibet. Fortaſſe igitur *ſpe ſtatus* Ammianus ſcripſerat. *Paullo poſt dicit, *incerto ſatu fortunae,* uti Capella in libro I.* VALES.

9. *Nam et oracula dubia legimus, etc.*] Theodoretus Epiſcopus contra Gentes Orat. de Oraculis. Euſebius de Praeparat. Evang. lib. v. cap. 10. Herodotus lib. I. capp. 53. 91. Suidas in ἀνελεῖν, et Ἅλυν. Cicero de Divinat. lib. II. c. 56. Aurel. Victor de Vir. illuſtr. c. 35. Iohannes Sarisberienſ. lib. II. cap. 27. LINDENBR.

[*Oblique deſtinaverat mare.*] Id eſt, *deſignaverat.* Sic Curtius in libro IX. c. 9. *Intellectum eſt, mare deſtinari ab ignari.*

naturae eius.] VALES. Quid hoc loco contigerit, ignoro. Certe in prima editione longe alia animadversio hic conspicitur, quam et tetigit Pater in libro 2. observat. cap. 8. An illo monente alii docti fuerint, viderint. GRONOV.

Oblique destinaverat mare] h. e. ut ligneis domibus, navibus salutem quaererent. W.

Aio te Aeacida.] Sed hoc oraculum ab Ennio in Annalibus esse confictum, Cicero demonstrat in lib. 2. de Div. c. 56. primum quod Latine Apollo numquam locutus est: deinde quod illa sors inaudita Graecis est: praeterea Pyrrhi temporibus iam Apollo versus facere desierat. Certe absque hoc Ciceronis testimonio fuisset, Ennii Latinum carmen ex hoc Apollinis Graeco translatum esse dixissem: νικᾷν σ' Αἰακίδη ῥωμαίους φημὶ δύνασθαι. VALES.

10. *Prolatis libris Ritualibus.*] Mentio horum librorum apud Ciceronem de Divinat. II, 23. Censorinum de die Natal. Fest. Pompeium in voce RITUALES. LINDENBR.

Ritualibus libris.] In Regio [et Colbert.] ac Vatic. *codice, et in Rom. Editione *exercitualibus* legitur, rectius fortasse: ut sint qui de ostentis tractabant quae ad expeditiones pertinebant: sic postea fulgurales libri dicuntur. Nam *rituales* nil ad hunc locum. Ea voce utitur Cassiodorus lib. XI. cum Liberium exercitualem virum vocat. VALES.

11. *Calcabantur*] contemnebantur, irridebantur. *In parum cognitis perseverantium diu* multum agendo nihil efficientium. W.

Id pertendebant.] *al.* *praetendebant.* LINDENBR.

Leo et aper ingens trucidati sunt.] Similiter aprum a triginta militibus confectum Imp. Severo, cum Nisibin tenderet, oblatum, Xiphilinus scribit Lib. 75. cap. 9. LINDENBR.

12. *Iovianus nomine miles*] Recte Stewechius ad Vegetii I, 17. p. m. 53. τὸ *nomine* expungi iubet ut glossema, nam militem esse *legionis Ioviorum*, cuius et alibi apud Nostrum fit mentio. Uncinis igitur inclusi. W.

13. *Interpretes arcessit.*] Lego *arcessiti, interrogatique*, ut habet Editio Augustana: [codex Colbertinus, *accersiti interrogatique.*] VALES.

Fulmen consiliarium esse] De fulgurum observationibus multa Cicero II. de Divinat. *Seneca Natural. Quaest. cap. 39. lib. 2.* Plinius Histor. Natur. lib. II. et passim, Festus, Servius, Lactantius.* Senecae locum Servius exscripsit: eum, quia huc maxime pertinet, adtexam ex Aeneid. lib. 8. v. 524. *Tria genera fulguris esse dicuntur, unum Consiliarium, ubi quid cogitantibus nobis accidit, quod vetat aut hortatur; alterum Auctoritatis, quod evenit re gesta, quod probet: tertium Statum est, ubi nec novi quidquam gessimus, nec cogitamus, sed quietis nostris rebus fruimur.* LINDENBR.

Fulmen consiliarium.] Genera fulminum tria esse ait Caecina: Consiliarium, Auctoritatis, et quod Status dicitur. Consiliarium ante rem fit, sed post cogitationem: cum aliquid versantibus in animo nobis, aut suadetur fulminis ictu, aut dissuadetur, ut refert Seneca lib. 2. Nat. Quaest. c. 39. Hic est Caecina, pater Auli Caecinae, eius quem defendit Cicero. Erat autem domo Tuscus,

et Etrufcae difciplinae callentiffimus, de qua etiam librum fcripfit. Cicero lib. 6. Epift. 6. Plinius in Indice. VALES.

Militem celfi nominis] a Iove denominatum. W.

Hoc modo contacta loca nec intueri, nec calcari debere.] *Artemidorus de Somniis lib. 2. cap. 8. Ὁ κεραυνὸς τὰ μὲν ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ, διὰ τοὺς ἐνιδρυμένους βωμοὺς, καὶ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας θυσίας· τὰ δὲ πολυτελῆ χωρία ἔρημα καὶ ἄβατα ποιεῖ· οὐδεὶς γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐνδιατρίβειν ἔτι θέλει. Scholiaftes Perfii ad Satyr. 2. *Bidental, locus facro percuffus fulmine; qui bidente ab Harufpicibus confecratur, quem calcare nefas eft.* Placid. Lactantius in Stat. lib. IX. *p. 355. ad illum verfum, *Qui tremor illicita.** LINDENBR.

Hoc modo contacta loca nec intueri, nec calcari debere.] Romani pariter ac Graeci loca de caelo tacta, propria quadam religione facra effe exiftimabant. Fulmen enim ipfum facrum effe arbitrabantur, unde ignis facer ab Ammiano hic dicitur. Itaque ea loca ftudiofe Harufpices muniebant, et hydriam cum operculo ibi collocabant. Paufanias in Eliac. 1. αὐτίκα δὲ εἰς τοῦτο τοῦ ἐδάφους κατασκῆψαι κεραυνὸν φασὶν, ἔνθα ὑδρία καὶ ἐπίθημα εἰς ἐμὲ ἦν ἡ χαλκῆ. Ea loca Graeci ἐνηλύσια vocabant. Helychius: ἐνηλύσια· τὰ κατασκηφθέντα χωρία λέγονται, ἔνιοι δὲ εὐκίνητα παρὰ τὴν ἤλυσιν ἤγουν ἔλευσιν· ἄλλοι δὲ τὰς ἐν τοῖς ἀβάτοις χωρίοις ἀφιδρυμένας νύμφας. Auctor Etymologici idem dicit: ἐνηλύσια· εὐκίνητα, παρὰ τὴν ἤλυσιν ἢ τὴν ἔλευσιν. Αἰσχύλος ἐν Ἀργείοις· καπανεὺς μοῦ καταλείπεται λοποῖς ἀκεραύνοις ἀρόρων ἐπηλυσίων. οἱ δὲ τὰ κατασκηφθέντα, εἰς ἃ κεραυνὸς εἰσβέβηκε. ἃ ἀνατίθεται διῒ καταιβάτῃ, καὶ λέγεται ἄδυτα καὶ ἄβατα. Iovi καταιβάτῃ facra fuiffe teftis eft et Pollux lib. 9. Dicebantur autem ἐνηλύσια, five ἠλύσια, quod fulmen in ea defcendiffet: ὅτι κεραυνὸς εἰς αὐτὰ εἰσῆλυθε: ut indicat Pollux ibidem. Sed et hominem fulgure ictum ibidem fepeliebant, (cremare enim nefas erat) ac locum levi materia circumdabant: ut docet Plutarchus lib. 4. Sympof. quaeft. 2. Quod allufit Marcellinus in Hermogenem, p. 108. νόμος τὸν σκηπτῷ βληθέντα αὐτοῦ θάπτεσθαι οὗ ἔπεσεν. Plinius lib. 2. *Hominem fulgure ictum cremari nefas: terra condi religio tradidit.* VALES.

Fulgurales pronuntiant libri.] Cicero de Divin. lib 1. c. 33. *Etrufcorum declarant, et harufpicini; et fulgurales, et rituales libri, noftri etiam augurales.* Bygois nympha artem fcripferat fulguralem, ut Servius notat Aeneid. VI. pag. 402. LINDENBR. Reinefius: Cf. Infcript. Nemauf. 8. p. 132. W.

14. *Spiritus curfum ex aethere aliqua via ad inferiora detrufum.*] *Legendum puto, *aliqua vi.** Confundit Ammianus duas opiniones veterum Philofophorum de fulmine. Nam Anaximenes quidem et Anaximander fulmen fpiritum effe dicebant, ut refert Seneca lib. 2. Nat. Quaeft. et Plutarchus lib. 3. de placitis Philofoph. Anaxagoras vero ignem effe dicebat ex aethere in inferiora fumma vi delapfum, ut teftatur ibidem Plutarchus, et ante eum Ariftoteles lib. 2. Meteorol. in fine: quibus accedit Seneca lib. 2. Natur. Quaeft. cap. 12. et cap. 19. fed in capite 19. male Anaximandrus pro Anaxagora exaratur. *Anaximandrus ait, omnia ifta fic fieri, ut ex aethere aliqua vis in inferiora defcendit, etc.* Putes Marcellinum noftrum haec exfcribere voluiffe: adeo eius verba his Senecae fimilia funt. VALES.

15 * *Aggere glaebali adsistens.*] Historiae Augustae Scriptores *aggerem caespiticium* appellant.* LINDENBR.

Celsarum potestatum] praefectorum et ducum. W.

16 *Massagetae quos Alanos nunc appellamus.*] Xiphilinus in Hadrian. pag. 358. ἕτερος ἐξ Ἀλανῶν (εἰσὶ δὲ Μασσαγέται) ἐκινήθη ὑπὸ Φαρασμάνου. Procopius eos Hunnos appellat, Vandalicor. lib. I. pag. 106. Αἰγὰν δὲ ἦν Μασσαγέτης γένος, οὓς νῦν Οὔννους καλοῦσιν. Confunduntur sic nempe nomina ob vicinitatem, et iidem modo Hunni, modo vocantur Alani. LINDENBR.

Massagetas, quos Alanos nunc app.] Massagetas tamen ab Alanis distinguit Claudianus lib. I. in Rufinum v. 312.

Massagetes, patriamque libens Maeotin Alanus.

Quin et Procopius non Alanos, sed Hunnos Massagetas passim appellat: cui subscribit Evagrius in lib. 5. cap. 2. Sed Isacius Tzetzes in Lycophronem, Massagetas ait esse, qui nunc Abasgi dicuntur. VALES. Cf. omnino *Mannert* P. IV, p. 426. ubi nec Ammianus neglectus. W.

Caspios lacus] Caspium mare. W.

Ventidium novimus Antonii legatum.] Plutarchus in Vita Antonii, Appianus in Parthicis pag. 156. (p. 72. ss. Schweigh.) Val. Maximus lib. VI. cap. 9. Dio, et alii. LINDENBR.

17. *Traianus et rursus Severus.*] Regius codex aurem, quod dicitur, nobis vellit, in quo *Traianus et Verus Severus* scriptum vidimus, *ut et in Mss. Tolos. Vatic.* [ac Colbertino.] Quare non dubito quin Ammianus scripserit: *Traianus, et Verus, et Severus hinc rediere victores.* Neque enim verisimile foret. Iulianum, qui omnes Augustos, quicumque de Parthis triumpharunt, hic diligenter recenset. Lucium Verum Divi Marci collegam hic praeterisse, qui de Parthis triumphavit, et cognomen Parthici meruit, teste Dione et Capitolino. Cari autem Augusti mentionem hoc loco de industria vitavit, ne infelicem vitae exitum, perinde ac Caro contigit, sibi ominari videretur. VALES.

Tropaeati] Fabricae Ammianeae vocabulum. *Honorate,* non sine honore memoriae eius debito, reverenter. W.

Apud Resainam superato.] In Editione Mariangeli Accursii legitur, *apud Resaenam,* [in Ms. Colbert. *Resainan.*] Est autem Resaina opidum Osdroenae, aut castrum, in quo milites sub Duce Osdroenae constituti agebant; ut docet Notitia Imperii Orient. Eius meminit Stephanus de Urbibus, ῥεσίνα πόλις περὶ τὸν ἀβόῤῥαν ποταμόν. Ptolemaeus in Mesopotamia inter mediterraneas numerat ῥαισίναν. Inter Episcopos quoque Provinciae Mesopotamiae, qui Nicaeno Concilio subscripsere, memoratur Antiochus Resinates, seu Resinitanus. Neque hanc stationem Tabula Itiner. Peutingerorum omisit, in qua legitur: *A Zeugmate transis Euphratem Thiar. mill.* 32. *Batnis* 30. *Charris* 32. *Saha* 35. *Ressania* 36. lego *Ressaina.* VALES.

Resainam] Mesopotamiae oppidum, ubi postea Theodosiopolis. *Mannert* v, 2. 292. W.

Nec erravere diu manes eius inulti.] Capitolinus in Gordian. c. 33. *Quod de Caesare memoriae traditum est, hoc etiam de Gordiano Cordus evenisse perscribit. Nam omnes quicumque illum gladio appetiverunt, (qui novem fuisse dicuntur) postea*

interemptis Philippis, sua manu, suisque gladiis, et iisdem quibus illum percusserant, interiisse dicuntur. LINDENBR.

Velut clarente Iustitia.] At in Ms. Florentino [et Colbert.] *ac Tolos.* et in prima Editione legitur, *velut clabente Iustitia:* quam scripturam ad Regii quoque libri marginem reperi. Nam in ipso contextu scriptum est *velut claborante Iustitia:* quod prae vulgata lectione mihi quidem praeplacet. In Mariangeli Edit. legitur, *illabente Iustitia.* VALES.

18. *Nos vero miseranda recens capt. urbium.*] Deesse aliquid videtur, puta, *facies*, aut quid simile. [Legitur in Ms Colb. *regens capt. urbium:* forte pro *strages.*] VALES. *Miseranda captarum urbium* sunt ipsae miserandae captae urbes. GRON.

Solemur socios.] Sic emendavit Gelenius, cum in Editione Rom. legatur *ut somnium sociis*, *perinde ac in Tolos.* [et Colbert.] In Ms. Reg. *isomnium sociis*, *ut in Ms. Vatic. Forte Marcellinus scripserat, *votis omnium sociis.** VALES.

Honorata huius lateris securitate Republica] ut honori reipublicae his provinciis nostris tuendis consulamus. W.

19. *Omnibus secundis.*] Lege *ominibus:* ut Editio Rob. Stephani praefert, quae ex Basiliensi Sig. Gelenii Editione profluxit. VALES.

Curtii (Liv. VII, 6.) *Mucii* Scaevolae (Liv. II, 12.) *clara prosapia Deciorum*, quos tamen non duo, uti vulgo numerantur, sed tres fuisse puta. *Nostrae propinquitatis* patrum nostrorum. W.

20. *Quae vexabant*] gentes, quae bellis infestabant. — *Perplexo* difficili. — *Eam Dux inclytus* Scipio *timuit superesse victoriae*, quamquam victam, tamen vires resumturam. W.

Superesse victor.] In Mss. Flor. et Regio, *Vatic.* [ac Colbert.] et in Editione Rom. ac Mariangeli exaratum est, *victoriae:* quare non dubito, totum hunc locum sic legi debere: *Devicta est perplexo et diuturno Marte Carthago: sed eam Dux inclytus timuit superesse victoriae. Evertit funditus Numantiam Scipio post multiplices casus obsidionis emensos.* Qua emendatione nihil iam clarius. Interpunctiones enim ipsae sunt ex Codice Regio, cui Editio Rom. et Mar. assentitur. Tantum ex vocabulo *dum*, *Dux* fecimus, moti simili loco libri XXVI. in quo, *partium dum in ancipiti Agilo*, habent omnes scripti codices eodem errore. *Ceterum Marcellinus hoc loco imitatus esse videtur Senecam, qui in Consolatione ad Polybium, de Aemiliano Scipione haec dicit: *Vir in hoc natus, ne urbi Romanae aut Scipio deesset, aut Carthago superesset.** VALES.

Numantiam post multiplices casus tredecim annorum (Florus II, VI.) *Fidenas* (Liv. IV, 17. ss.) *Faliscos et Veios* (Liv. V, 25 — 27.) *Ut suadere nobis laboret monumentorum veterum fides*, impetrare vix a nobis possumus, ut priscis credamus historicis. W.

Ut suadere nobis laboret, etc.] Lucium Florum imitatus videtur, qui lib. I. c. 12. extr. ait: *Laborat Annalium fides, ut Veios fuisse credamus.* Eadem prope figura usus Demosthenes, ut urbium excidium a Philippo dirutarum Atheniensibus ob oculos poneret, Philipp. 3. ὄλυνθον μὲν καὶ μεθώνην καὶ ἀπολλωνίαν καὶ τριάκοντα πόλεις ἐπὶ θράκης ἐῶ, ἃς ἁπάσας οὕτως ὠμῶς ἀνῄρη-

κεν, ὥστε μηδένα μηδ᾽ εἰ πώποτε ᾠκίσθησαν εἶναι ῥάδιον προσελθόντ᾽ εἰπεῖν. Quod Demosthenis dictum, ut et alia plurima, studiose imitatus est Philo in lib. de vita Mosis: τὰς μὲν οὖν πόλεις ἢ κατασκάπτοντες ἢ ἐμπιπράντες ἠφάνισαν (cf. Gronovii Praef. p. XIV. W.) ὡς μηδ᾽ εἰ τὴν ἀρχὴν ᾠκίσθησαν εἰπεῖν ἔχειν. VALES.

21. *Quisque agmini cohaerens incedat — signa propria sequut.*] Militaris haec tota dictio est, et qua in allocutionibus Impp. et exercitus duces utebantur: sive in campo armatos exercerent, sive serio Marte pugna cum hostibus pugnanda esset. Urbicus in Tacticis, quae Mss. in Biblioth. Magni Ducis Etruriae exstant Παραγγέλλει ὁ μανδάτωρ· CIΛΕΝΤΙΟ. MANΔATA. KOMΠΛΕΤΕ. NON. BOCTOYPBATIC. OPΔINEM. CEPBATE. BANΔA. CEKYITE NEMO. ΔEMITTAT. BANΔOYM ET INIMIKOC. CEKE. Καὶ κινοῦσι πρᾴως καὶ ἡσύχως, ὥστε μηδὲ ψιθυρισμὸν γίνεσθαι παρά τινος. Iterum cap. XXI. παραγγέλλει ὁ μανδάτωρ· Τὰς παραγγελθείσας ἐντολὰς τηρήσατε, μὴ διαταράξητε τὴν παράταξιν. Τὸ δὲ βάνδον ἅπαντες βλέπετε, καὶ μηδεὶς ἐξ ὑμῶν καταλείψῃ αὐτὸ, ἀλλ᾽ ἴσως τοὺς ἐχθροὺς καὶ ἁρμοδίως καταδιώκετε. LINDENBR.

Exsectis cruribus relinquetur] Sic enim mutilare captivos Persae solebant. cf. supra XIX, 6. ubi *suris vel suffraginibus exsectis* it. XXV, 3. XXXI, 7. W.

23. *Multa praesumentes bona, et aequata.*] Haec oratio satis languida est: sed aliter in Regio, *et in Tolos. codice* [ac Colbert.] et in Romana ac Mar. Editione concipitur: *Erigite animos vestros multa praesumentes et bona, aequata sorte no. etc.* Quod sane fortius et numerosius ad aures accidit. Est autem phrasis Graeca: *Multa praes. et bona.* πολλὰ καὶ ἀγαθὰ προλαμβάνοντες ταῖς ἐλπίσι: ubi καὶ eleganter παρέλκει. Cuius locutionis exempla passim apud Graecos tam Oratores quam Historicos occurrunt. Apud Dionem Coccejanum lib. 44. pag. 259. πολλῶν καὶ γενναίων: ubi Leunclavius eam particulam tamquam otiosam inclusit, et expungendam putavit: sed idem Dio pag. 287. similiter eam usurpat. VALES.

24. *Conclusa oratione ad hunc gravissimum finem.*] Placet *gratissimum*, ut in Editione Rob. Stephani et Mariangeli, et Rom. et in Regio cod. [Colbert.] *Vatic. ac Tolos.* exaratum est; quod sequentia plane confirmant. Ceterum omittendum non est, quod refert Zosimus in libro 3. c. 13. Iulianum finita hac oratione centum ac triginta nummos argenteos singulis militibus donativi nomine erogasse. ἀπό τινος βήματος πᾶσιν ὁμοῦ τὰ καθήκοντα προσφωνήσας ἀργυρῶν τε νομισμάτων τριάκοντα καὶ ρ´ τῶν στρατιωτῶν ἕκαστον δόσει τιμήσας, τὴν ἐπὶ πέρσας εἰσβολὴν ἐποιήσατο. Quod quidem si verum est, (neque enim Zosimo aut Eunapio quem exscripsit, hac in parte fidem derogare possumus) quo modo Amm. Marcellinus id praetermisit? Sane existimo Amm. Marcellinum de hoc donativo intellexisse in lib. 22. c. 9. cum ait: *Et militibus orationibus crebris stipendioque competenti ad expedienda incidentia promptius animatis, cunctorum favore sublimis Antiochiam ire contendens.* VALES.

Speque in prosperum elatior.] Forte *speque inde prosperorum elatior:* atque ita Ammianum scripsisse existimo. In Regio reperi, *speque prosperorum.* in Editione Rom. *speque prosperum.* [In Ms. Colbert. *speque prosperûm.*] VALES.

Indicente] imponente. cf. XVI, 5. W.

25. *Numeri*] legiones — *supplicantes* pacem petere coactas. W.

CAPUT VI.

1. *In excessu celeri*] Ernest. descriptione brevi; non credo, nam Ammianus ipse excusat *prolixiorem textum* capitis omnium longissimi. Equidem *celerem* malim, ad quam subito animus fertur. *Signatius*, accuratius, diligentius. Cum sequente Persiae descriptione utiliter conferri potest Gibbonus P. II. p. 1—43. Herodian. Lib. VI. p. 214. dissentit in quibusdam a Nostro. Vid. ibid. p. 43. not. 56. W.

2. *Multisque antea nominibus appellatum.*] Primo enim Medorum regnum vocatum est debellatis Assyriis duce Arbace: inde Persarum, devictis Medis duce Cyro: unde et Medorum imperium etiam post Cyrum a multis Auctoribus dicitur, quod revera Persarum erat; et bella illa Darii, et Xerxis τὰ μηδικὰ ab Herodoto, et Thucydide appellantur, quod etiam a Scholiaste Thucydidis lib. I. notatur. Postea Parthica Dynastia constituta est auctore Arsace Partho, de quo mox videbimus; ac deinde rursus Persarum imperium velut postliminio restitutum est ab Artaxerxe, Alexandri Severi temporibus, ut scribunt Herodianus, Zosimus, Agathias. VALES.

Apud Babylona Magnum fata rapuissent Alexandr.] Q. Curtius lib. X. c. 5. Iustinus lib. XII. c. 16. Plutarchus in Alexandro. LINDENBR.

Arsacis Parthi.] Parthum fuisse Arsacem Herodianus ac Zosimus I, 18. in Gestis Alexandri Severi testantur. Strabo lib. XI. p. 515. Almel. et Suidas in v. Ἀρσάκης Scytham eum nominant, levi utique discrimine: cum satis constet, Parthos a Scythis originem ducere. Alii Bactrianum Arsacem faciunt, teste ibidem Strabone. VALES.

Paulatim in melius mutato proposito.] Magnorum virorum, qui ex perdita nequitia pedetentim in melius emendati, praestantissimarum postea virtutum specimina dedere, apud Val. Maximum exempla exstant lib. IX. cap. 6. De hoc vero Arsace plura Iustinus lib. XLI. c. 4. LINDENBR.

Proposito] vitae ratione. *Clarorum contextu* serie *factorum aucti sublimius*, magnam nominis famam adepti. W.

3. *Superato Nicatore Seleuco.*] Hic fallitur Amm. Marcellinus. Neque enim Seleucus Nicator, verum Seleucus alter cognomento Callinicus, quartus a Nicatore Syriae Rex, ab Arsace superatus est, ut diserte docet Iustinus lib. 41. c. 4. et Strabo lib. XI. Vera autem Imperii Parthorum epocha sic habet. Post obitum Alexandri Magni, Parthi primum Antigono, inde Seleuco Nicatori paruerunt: a cuius nepote Antiocho Divo primum defecere 1. Punico bello, L. Manlio Volsone, C. Atilio Regulo Coss. qui apud Graecos erat annus 2. Olymp. 132. Caussa defectionis haec fuisse dicitur. Arsaces ac Tiridates ambo fratres, Arsacis filii, Phriapiti nepotes erant. Horum alter Tiridates graviter ferens se a Phere-

cle Satrapa, quem Antiochus Divus Parthiae praefecerat, de ftupro follicitatum effe, rem fratri aperuit. Arfaces mox adiuncto fratre, et quinque fociis Phereclem facto impetu obtruncat, et Parthos pulsis Macedonibus in libertatem afferit. Ipfe a Parthis ob virtutem Rex falutatus eft, ut fcribit Arrianus in Parthicis, cuius verba refert Photius in Bibliotheca. Arriani tamen verba paullo aliter refert Georgius Syncellus in Chronico, pag. 54. Editionis Iofephi Scaligeri. Praefectum enim ipfum Agathoclem, non Phereclem appellat. Ἀρσάκης, inquit, καὶ Τηριδάτης ἀδελφοὶ, τὸ γένος ἕλκοντες ἀπὸ τοῦ πέρσου Ἀρταξέρξου, ἐσατράπευον Βακτρίων ὑπὸ Ἀγαθοκλέους μακεδόνος ἐπάρχου τῆς περσικῆς· ὃς Ἀγαθοκλῆς ἐρασθεὶς Τηριδάτου, ὡς Ἀρριανὸς φησὶ, ἑνὸς τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὸν νεανίσκον σπουδάζων ἐπιβουλεῦσαι, διαμαρτήσας ἀνῃρέθη παρ' αὐτοῦ καὶ Ἀρσάκου ἀδελφοῦ. Atque hoc Parthici regni initium fuit. Cuius opes brevi auctae funt, adeo ut Arfaces acie collata Seleucum Callinicum, qui Antiocho Divo fucceflerat, devicerit: quem diem Parthi exinde follemnem, ut initium libertatis obfervant: quemadmodum fcribit Iuftinus lib. XLI. Duplex igitur epocha Parthici imperii notanda eft: prior ex defectione Parthorum fub Antiocho Theo confurgit; fecunda a victoria infigni, qua Seleucus Callinicus ab iisdem fuperatus eft, deducitur. Atque ita diffenfum Scriptorum conciliare foleo: quorum alii fub Antiocho Theo, in quibus eft Arrianus, Trogus Pompeius, et Eufebius; alii fub Seleuco Callinico, ut Georgius Syncellus, et Appianus in Syriacis, et Iuftinus ac Strabo, Parthici imperii initium collocarunt. Hos enim de fecunda, illos de priore epocha fenfiffe exiftimo. Eufebius autem et Iuftinus contraria ac fibi pugnantia dicunt. Namque Eufebius Olymp. 133. anno 1. Antiochi Divi quartodecimo, Parthos a Macedonibus defeciffe memorat. Atqui is erat annus primus Seleuci Callinici, qui anno 1. 133 Olymp. regnum orfus eft. Peccat enim Eufebius anachronismo biennii, ex eo quod Seleuci Nicatoris obitum biennio tardius affignat: quem Ptolemaeo Cerauno biennium fuperfuiffe fcribit, cum conftet eum a Ptolemaeo Cerauno effe occifum: quae maxima imprudentia eft. Similiter et Iuftinus Perfas ait primum a Seleuco Callinico pronepote Nicatoris defciviffe, Manlio Volfone et Atilio Regulo Coff. qui Confulatus cum in annum 2. Olymp. 132. inciderit, apparet, non Seleucum Callinicum, fed Antiochum Divum tum in Syria imperaffe. VALES.

Obedientium] civium, xv, 3. W.

4. *Medium agens curfum aetatis placida morte d.*] Iuftinus lib. cit. (XLI 5.) *Sic Arfaces quaefito fimul conftitutoque regno, matura fenectute decedit:* quod ab Ammiano Marcellino forte non diffidet: fenectus enim in aliquibus velocior et maturior eft: alii autem tardius fenefcunt. Sed Georgius Syncellus in Chronico prorfus ab Ammiano diffentit, biennio tantum regnaffe Arfacem dicens, et violenta morte exftinctum: καὶ βασιλεύει περσῶν Ἀρσάκης, ἀφ' οὗ οἱ περσῶν βασιλεῖς ἀρσακίδαι ἐχρημάτισαν, ἔτη β', καὶ ἀναιρεῖται. καὶ μετ' αὐτὸν Τηριδάτης ἀδελφὸς ἔτη λζ'. VALES.

5. *Solis fratres et Lunae*] cf. XVII, 5. W.

Utque imperatorib. noftris Augufta nuncupatio amabilis eft et optata, ita Regibus Parthicis, etc.] Iuftinus lib. XLI. c. 5. *Tertius Parthis Rex Priapatius fuit, fed et ipfe Arfacius dictus:*

nam, ſicut ſupra dictum eſt, omnes Reges ſuos hoc nomine, ſicut Romani Caeſares Auguſtosque, cognominavere. Dio lib. XL. ἐξ ὅυπερ καὶ οἱ ἔπειτα βασιλεύσαντες αὐτῶν (de Arſace ſermoſ uit) Ἀρσακίδαι ἐπωνομάσθησαν. Strabo lib. XV. Procopius Perſicor. lib. II. Suidas in Ἀρσάκης. Iſidorus Orig. lib. IX. cap. 3. Servius Aeneid. lib. VI. et XII. LINDENBR.

6. *Ad noſtri temporis memoriam*] in quo tamen falli Ammianum docet Gibbonus l. l. p. 6. W.

7. *Adusque Propontidem et Thracias.*] Vide infra XXV, 4. Hinc Sapor in Epiſtola ad Conſtantium Aug. quae refertur lib. 17. c. 5. *Adusque Strymona flumen et Macedonicos fines tenuiſſe maiores meos, antiquitates quoque veſtrae teſtantur.* Sane Megabyzus, dux Darii Regis Perſarum, Thraciam ſubegit, et ad Macedoniam usque penetravit: primusque Thraciae Satrapa conſtitutus eſt, teſte Herodoto lib. 5. c. 14. Eadem vanitas Artabani, apud Tacitum in 6. Ann. ac deinde Artaxerxis, apud Herodianum in principio lib. 6. VALES.

Tamyris Regina.] Al. *Tomyris:* neque ſecius Herodotus lib. I. c. 205. Oroſius lib. II. cap. 7. Plures tamen ita vocant, ut ex Mſ. edidimus. Vid. Iuſtin. lib. I. c. 8. Iul. Front. Strateg. lib. II. cap. 5. Val. Max. lib. IX. cap. 10. LINDENBR.

Tamyris] In Mſ. Regio *et Vatic.* ac Mariangeli Edit. *Tomyris* ſcribitur: neque alteram lectionem Lindenbrogius praeferre debuit. Ubicunque enim ſcriptum eſt *Tamyris*, mendoſe ſcriptum eſſe non dubito: τόμυρις enim ab Herodoto ac Diodoro Siculo aliisque appellatur. Iordanes in Geticis ſcribit, Tomyrum in Moeſiaco litore Tomes ſeu Tomos opidum e ſuo nomine condidiſſe: quod procedere non poteſt, ſi Tamyris ſcribitur. VALES.

Ad internecionem delevit Tomyris] ſi fabula vera eſt. v. Iuſtinum I, 8. W.

8. *Elementorum uſu mutato*] bello maritimo. W.

Et teſtamento nationem omnem.] Quidam Scriptores teſtamento Alexandri ſingulis Praefectis diſtributas eſſe provincias memorant. Sic enim Auctor libri primi Machabaeorum affirmat, et Excerpta Chronologica hominis ſemibarbari, a Scaligero edita: *Veniens ad mortem Alexander, teſtamentum ſcripſit, ut unusquisque Principum Alexandri regnarent ſinguli in proprias eorum provincias ſic, etc.* Sed Q. Curtius, et Arrianus, ac Diodorus Siculus fabulam hanc ſatis refutant. Curtii verba lib. X. in fine maxime huc faciunt: *Credidere quidam teſtamento Alexandri diſtributas eſſe provincias: ſed famam eius rei, quamquam ab Auctoribus tradita eſt, vanam fuiſſe comperimus.* VALES.

10. *In amplitudines diffuſae*] De omni ambitu Perſiae Cyri aetate v. Xenoph. init. Cyropaediae, ſub Dario Hyſtaspe Herodot. III, 79. W.

Cuius oſtia adeo eſſe perh. anguſta.] Totus hic locus ex Eratoſthene tranſlatus eſſe videtur: cuius verba refert Strabo lib. 16. p. 765. Almel. φησὶ δὲ περὶ αὐτῆς περσικῆς θαλάττης ἐρατοσθένης οὕτως, ὅτι τὸ μὲν στόμα φασὶν εἶναι στενὸν οὕτως ὥστ᾽ ἐξ ἁρμόζοντος τοῦ τῆς καρμανίας ἀκρωτηρίου, τῆς Ἀραβίας ἀφορᾶται τὸ ἐν μάκαις. Plinius autem a ſeipſo diſſentit. Nam lib. 6. cap. 24. ait: *Perſicum introitum alii 5. mill. paſſ. latitudinis; alii quatuor fecerunt.* Idem vero cap. 23. ſic ſcribit: *Inde promun-*

torium Carmaniae est, ex quo in adversam oram ad gentem Arabiae Macas traiectus distat quinquaginta millibus passuum. Eademque repetit cap. 28. sed utrobique, *quinque mill.* scribendum esse existimo. Alioquin quomodo id verum esset, quod Eratosthenes affirmat et noster Marcellinus, ex Harmozonte Carmaniae promuntorio oppositum Macarum promuntorium facillime cerni? ἁρμόζον ἄκρον memorat et Ptolemaeus in descriptione Carmaniae. VALES.

Ex Harmozonte Carmaniae promontorio] ubi nunc *Minau.* W.

Quod appellant incolae Maces.] Eratosthenes dicit τὸ ἐν μάκαις. Quare ita Ammianum quoque scripsisse verisimile est, *quod appellant incolae* ἐν μάκαις: quod ab imperitis postea depravatum est. Certe vulgata lectio ferri non potest. Neque enim incolae ipsi Maces, sed Macae ab omnibus Geographis veteribus appellantur: aut promuntorium ipsum dicitur Maces, sed Macera, teste Arriano in libro, qui Indica inscribitur. VALES.

Quod appellant incolae Maces (alii Maceta, Nearchi periplus p. 22. Strabo XVI. p. 1110.) hodie *Ras Fillam* ap. Niebuhr. v. omnino *Mannert* v, 2. p. 51—54. et VI, 1, 157. W.

11. *Urbem Teredona*] in Babylonia, Mannert l. c. p. 421. W.

In numerum XX. *mill. st.*] Consentit Eratosthenes his verbis, quae Ammiano Marcellino lucem adferunt: ἀπὸ δὲ τοῦ στόματος ἡ ἐν δεξιᾷ παραλία περιφερὴς οὖσα καταρχὰς μὲν ἀπὸ τῆς Καρμανίας πρὸς ἕω μικρὸν, εἶτα πρὸς ἄρκτον νεύει, καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τὴν ἑσπέραν μέχρι τερηδόνος καὶ τῆς ἐκβολῆς τοῦ εὐφράτου. περιέχει δὲ τήν τε Καρμανίαν παραλίαν καὶ τὴν περσῶν, καὶ σουσίων, καὶ βαβυλωνίων ἀπὸ μέρους, ὅσον μυρίων οὖσαν σταδίων. τὸ δ' ἐντεῦθεν ἑξῆς ἐπὶ τὸ στόμα, πάλιν ἄλλοι τοσοῦτοι. etc. Hinc intelligimus, cur spatium detornatum dixerit Ammianus. Est enim Persicus sinus prorsus circulari ambitu navigabilis. Praeclare igitur Plinius lib. 6. situm eius humani capitis effigie esse dixit. Sed quod ibidem Plinius scribit, eiusdem circuitum esse 25. millium passuum, ut Eratosthenes tradit: ex loco ipso Eratosthenis quem proxime adduximus falsi convincitur. VALES.

Spatio detornato.] Id est, rotundo spatio, ut lib. 31. c. 12. *Ad speciem rotunditatis detornata.* Gellius lib. IX. cap. 8. *Sententiam detornatam inclusamque verbis his paucissimis.* *Cicero de Universo p. 442. *Ita tornavit, ut nihil effici possit rotundius.** LINDENBR.

12. *Intervallo*] aliquo, exiguo. W.

Cantichus nomine pand. sinus.] In Reg. *et Tolos.* *Cautichus.* In Editione Mariangeli Accursii *Cataonius* legitur: quod ex officina Petri Castelli illius manavit, qui Editionem Bononiensem fabricavit. Forte *Mesaniticus* legendum est. μεσανίτης sinus Persici maris est apud Ptolemaeum in Arabiae desertae situ, et apud Marcianum ac Stephanum. *An potius scribendum est *Elaniticus?* De quo sinu Plinius in lib. 6. Strabo, Diodorus S. et reliqui.* VALES.

Quem vocant Chaliten.] Ptolemaeus lib. 6. in descriptione Felicis Arabiae σαχαλίτην κόλπον appellat, eique cognomines Arabiae populos Sachalitas. Sed Marcianus, non ille Heracleota qui

περιήγησιν versu comico conscripsit, sed alter longe recentior, lib. 1. περίπλου, hunc sinum Aschalitem nominat, et maximum esse ait, utpote qui ad ostium usque sinus Persici penetret. Sed Arrianus in periplo maris Erythraei Sachaliten quoque nuncupat, et Stephanus. VALES.

Mari Oceano] Alterutrum redundans videri possit, utrumque tamen iungunt et alii sequioris aetatis homines. v. Rufum Festum c. 5. et ibi Tzschuckium. it. Gesner. v. Oceanus n. 5. W.

13. *Arimaspis hominibus luscis.*] Solinus: *Arimaspi circa Gesclithron positi, unocula gens est.* LINDENBR.

Arimaspis hominibus luscis.] unoculis, a Scythico *Arima* unus et *Spu* oculus, ut monuit Mannert IV. p. 113. ex Herodoto. — *Niphates,* mons Armeniae. W.

Mare Rubrum.] Immo *mare Rubrum* huic orae prorsus ad meridiem est: ut ait Plinius cap. 25. lib. 6. Mesopotamia vero ab Occidente. VALES.

Scenitas Arabas quos Saracenos post. app.] Saracenos tamen a Scenitis distinguunt Plinius lib. 6. cap. 28. ac Ptolemaeus. Notandum est autem, quod ait Plutarchus in Lucullo, *Scenitas Arabas* ex suis sedibus esse translatos a Tigrane, Armeniorum Rege, quos in Ciliciam Commagenemque deduxit teste Plinio Secundo in libro 6. De Saracenorum Etymologia vide Scaligerum in Eusebii Chronicon: ubi tamen fallitur, cum ait antiquiorem Ptolemaeo neminem exstare, qui Saracenorum meminerit. Atqui Plinius Ptolemaeo vetustior eos diserte nominat. VALES. Cf. XIV, 3. XXII, 15. W.

Sub axe meridionali.] Regius codex [et Colbert.] habet *meridiali,* et sic postulat analogia: quare barbare loquuntur qui meridionalem dicunt. Apud Gellium lib. 2. cap. 21. codex Regius *meridialem ventum* habet. VALES. Et sane iam dixit 22, 15. *a meridiali latere.* GRONOV.

14. *Vitaxae, id est, Magistri equitum.*] Hanc vocem Persicam in Lexico Hesychii aliter interpretatam reperi: βίταξ ὁ βασιλεὺς παρὰ πέρσαις: unde non immerito quis suspicari posset, hunc locum Ammiani transpositum esse, ac legendum: *Vitaxae, id est Reges, et Magistri equitum curant et Satrapae.* Sed absque scriptorum codicum auctoritate equidem id asserere nolim. Persicarum autem dignitatum nomina haec memorantur a Procopio lib. 1. Persic. χαναράγγαν, quod est Magister militum seu Dux limitis: et οὐαρίζης, quod quidem dignitatis nomen esse Procopius scribit, sed quid significet non expressit: et μιρράνης, quod est Magister militum. Marcellinus lib. 25. initio Merenem vocat equestris Magistrum militiae. Theophylactus quoque Simocatta lib. 1. ait Cardarigan nomen esse dignitatis apud Persas, ac sollemne esse Persis ex dignitatibus nomen sortiri, ut qui a parentibus indita sibi nomina dedignentur: φίλον δὲ πέρσαις ἐκ τῶν ἀξιωμάτων προσαγορεύεσθαι. Idem lib. 3. in fine δαριγμεδοὺμ dignitatem summam esse ait apud Persas, quam Rom. Curopalatem vocant. Libro autem 4. cap. 2. Φεροχάνην ait dici a Persis, quam Rom. magisteriam dignitatem vocant. Zich quoque maximae apud Persas dignitatis nomen, teste Menandro Protectore lib. 1. Postremo Surena dignitatis nomen secundae post Regem, teste

Ammiano, Zosimo, et Plutarcho. Est autem Surena Syriace Dominus noster: *sur* enim Dominum significat, *ena* noster. VALES.

Emodem montem.] Infra vocat *Emodon:* et credibile hic eodem modo vocasse. GRON.

Paropamisadae.] Rectius in Regio codice, et Roberti Stephani Editione legitur *Paropanisadae:* sic enim Ptolemaeus lib. 6. et Tabula Peutingerorum. Strabo tamen *Parapamisadas,* montem ipsum *Paropamisum* vocat. VALES.

Gedrosia.] In Ms. Regio, *Tolos. Vatic.* [et Colbert.] et Romana Editione reperi *Cedrosia:* quod spernendum non est. Nam Alexander Polyhistor ita scripserat κεδρωσία, teste Stephano: quod exemplaris mendum fuisse frustra suspicatur Stephanus. Nam et Diodorus lib. 18. sic nominat: et in Excerptis Chronolog. editis a Scaligero *Cedrusia* dicitur, et in Suidae Lexico. Arrianus γαδρωσίαν semper appellat. VALES.

15. *Propinqua est nobis*] Romanis. v. Valesii Praefat. p. LXII. sq. *Celebritate* incolarum multitudine. *Per amplos populos diffusa quondam* comprehendebat enim olim Assyriam, Babyloniam et Mesopotamiam. Mannert v, 2. p. 424. *Bitumen* Asphaltes, de quo vide Mannert v, 2. p. 454. W.

Prope lacum nomine Sosingiten.] Strabo *Thonitin* vocat lib. XVI. p. 746. Almel. διαῤῥεῖ δὲ ὁ Τίγρις τὴν Θωνῖτιν καλουμένην λίμνην κατὰ πλάτος μέσην· περαιωθεὶς δ' ἐπὶ θάτερον χεῖλος, κατὰ γῆς δύεται μετὰ πολλοῦ καὶ ψόφου καὶ ἀναφυσημάτων· ἐπὶ πολὺ δ' ἐνεχθεὶς ἀφανής, ἀνίσχει πάλιν οὐ πολὺ ἄπωθεν τῆς Γορδυαίας. LINDENBR.

Lacum nomine Sosingiten.] De hoc subterraneo lapsu Tigridos disputat Salmasius ad Solinum pag. 693. et seqq. (p. m. 489—491. W.) existimans Sosingiten appellari Ammiano, qui Thospites vel Thonites dicitur aliis, statuitque in ipsa esse Mesopotamia; quod iam non excutio. Iustinus eum quinque et viginti millia passuum sub terras currere scribit libro XLII. c. 3. GRON. Cf. Mannert v, 2. p. 207. W.

16. *Hic et naphtha gignitur.*] De naphtha iterum Ammianus hoc ipso capite §. 37. eamque ita gentili, id est barbaro vocabulo dici monet: unde et Turcis et Arabibus in hunc usque diem *Nepht* appellatur Iocularis ergo Ambrosii Episcopi, et Magni Grammat. error, qui παρὰ τὸ συνάπτειν vocari putant. Ambrosii verba haec sunt, in lib. de Noa cap. 6. *Est enim bitumen vehementis ad constringendum naturae. Unde Graece dicitur νάφθα παρὰ τὸ συνάπτειν, quod disiuncta connectat, nexuque constringat indissolubili, ita ut naturali unitate sibi credas convenire.* Videndus Plinius lib. II. cap. 105. Tacitus Histor. lib. V. c. 6. Sotion περὶ ποταμῶν. *Cyprianus in carmine de Sodoma p. 462.* Plutarchus in Alexandro c. 35. G. Codinus in Descriptione CP. Xiphilinus lib. XXXIV. extr. Hesychius et Suidas in Νάφθα; ex recentioribus vero P. Bellonius Rerum antiquar. lib. III. LINDENBR.

Naphtha picea specie glutinosa.] *Naphthas* vocabulum est barbarum, quo Medi genus quoddam olei cedro similis appellant. Probus ex Sallustio lib. 4. Histor. *Hoc Naphthas genus est olei cedro similis.* Graecis ὁ νάφθας fere dicitur; interdum tamen ἡ νάφθα. Corruptum autem id vocabulum legitur apud Grego-

rium Nyssen. de anima: καὶ ὥσπερ ὁ καλούμενος φθὴς ἐξάπτεται τῷ πυρὶ τοῦ μέσου μὴ πυρωθέντος, οὕτω δὲ καὶ τὸ σῶμα ἀθρόον ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἀνάπτεται· legendum est νάφθης. Apud Simplicium quoque in Commentario in Categorias Aristotelis fere eodem modo depravatum est: ὡς αἱ τῆς λύρας χορδαὶ συνέχουσιν (leg. συνηχοῦσιν) ἀλλήλων πόῤῥω διεστῶσαι, καὶ ὁ ἄφθας (leg. νάφθας) δέχεται πόῤῥωθεν τὸ τοῦ πυρὸς εἶδος. Utrumque errorem in versione sua retinuit interpres Latinus. *Quamquam ἄφθας ferri potest. Sic enim dicebatur a Graecis, ut ex Strabonis Epitome, et ex Constantino Porphyrogenneto docuit Salmasius in Solinum pag. 242.* Graeci μηδείας ἔλαιον dixere naphtham teste Procopio in Persicis, et Suida. Nicander in Alexipharm. v. 249.

Ἣν δὲ τὸ μηδείης κολχηΐδος ἐχθόμενον πῦρ
Κεῖνο ποτὸν δέξηται ἐφήμερον.

Scholiastes: τὸ ἐφήμερον σκευαστικόν ἐστι φάρμακον, ὃ καὶ οἱ βάρβαροι νάφθαν καλοῦσι, etc. Idem ait Sotion de fluminibus. VALES.

17. *In his plagis hiatus quoque conspicitur terrae, etc.*] Georg. Codinus: Ἐκεῖσε δέ ἐστι τὸ Ἄορνον στόμιον, ἐξ οὗ δεινὸν πνεῦμα ἀναδίδοται, ὡς ἐπίγειον ζῶον ἅπαν καὶ πετεινὸν ἀποφθείρειν, εἴπερ τύχοι ὀσφρανθῆναι. quae ipsissima verba apud Suidam exstant in Ἀδιαβηνή. *Lucret. lib. VI. v. 756.

In Syria quoque fertur item locus esse videri,
Quadrupedes quoque quo simul ac vestigia primum
Intulerint, graviter cogat concidere ipsa:
*Manibus ut si sint divis mactata repente.** LINDENBR.

Cum os eius excesserit latum.] Huius loci sensus valde obscurus est, quem sic intelligo. Hunc pestiferum halitum e profundo puteo ortum, si os ipsum putei excederet, ac per aërem diffunderetur, eas regiones prorsus incultas ac desertas facturum fuisse: sed nimirum hic halitus ad crepidinem putei progressus, in imum rursus redit, ac sese resorbet. Perinde ac fons ille, qui ad Asbamaei Iovis templum in Cappadocia cernitur. VALES.

18. *Antehac ut adserunt aliqui videbatur.*] Atqui Damascius in vita Isidori (apud Photium W.) qui multo post Ammianum vixit, hoc spiraculum Hierapoli Phrygiae adhuc sua aetate visum esse memorat, sub templo Apollinis; quod ipsas etiam supervolantes aves letali halitu conficeret: solisque initiatis et consecratis securum atque innoxium eius introitum fuisse; seque adeo una cum Doro Philosopho eo descendisse. VALES.

Quidquid prope venerat, corrumpebat, absque spadonibus solis] Photius in Biblioth. ex Isidori Philos. Vita: Ὅτι ἐν Ἱεραπόλει τῆς Φρυγίας ἱερὸν ἦν Ἀπόλλωνος, ὑπὸ δὲ τὸν ναὸν καταβάσιον ὑπέκειτο θανασίμους ἀναπνοὰς παρεχόμενον· τοῦτον τὸν βόθρον οὐδ' ἄνωθέν ἐστιν ἀκίνδυνον, οὐδὲ τοῖς πτηνοῖς τῶν ζώων διελθεῖν· ἀλλ' ὅσα κατ' αὐτὸν γίνεται, ἀπόλλυται. τοῖς δὲ τετελεσμένοις, φησὶ, δυνατὸν ἦν κατιόντας καὶ εἰς αὐτὸν τὸν μυχὸν ἀβλαβῶς διάγειν. Vid. Strabon. lib. XIII. p. 630. Almel. (et ibi Penzel p. 1885. W.) Plin. lib. II. cap. 93. *Apuleium de Mundo pag. 12.* Xiphilin. in Traiano (Lib. LXVIII. c. 27.), Codin. in urb. CP. Descript. LINDENBR.

19. *Apud Asbamaei quoque Ioris templum.*] Idem de hoc fonte scribit Philostratus in vita Apollonii lib. 1. cap. 4. his verbis: ἔστι δέ τι περὶ Τύανα ὕδωρ ὅρκιον Διὸς, ὥς φασι, καλοῦσι δὲ αὐτὸ Ἀσβαμαῖον· οὗ πηγὴ ἀναδίδοται ψυχρά· παφλάζει δὲ ὥσπερ θερμαινόμενος λέβης, etc. Nihil autem a Philostrato dissentit noster Marcellinus, nisi quod cognomen Asbamaei Iovi ipsi tribuit, quod Philostratus aquae cognomen esse dixerat: quem secutus est Suidas, Ἀσβαμαῖον ὕδωρ οὕτω καλούμενον. Ceterum quod de eo fonte scribit Marcellinus, effervescere eum subinde ac mox in se redire: idem testatur Philostratus cum dicit, παφλάζει δὲ ὥσπερ θερμαινόμενος λέβης. Id est: *Effervescit autem more aquae in lebete bullientis.* Simile est quod narrat Aristoteles lib. περὶ θαυμασίων ἀκουσμ. cap. 55. de fonte in Palicis Siciliae, ad quem iurandi causa perinde ut ad Asbamaeum illum fontem conveniebant. VALES. De *Apollonio Tyaneo* vide praeter innumeros alios Tillemontius T. II. P. I. p. 200. ss. W.

20. *Onam*] hodie Odoan, veteribus *Physcum.* v. Mannert v, 2. p. 433. — *Vado* terrestri itinere. W.

21. *Quos et transivimus*] tum, cum post Iuliani cladem fugiendum esset. W.

Diavas et Adiavas.] Existimo hos fluvios esse eos, qui frequentius Zabas et Anzabas dicuntur. Ut enim diaeta et zaeta, *Diacones et Zacones,* Diabolus et Zabolus, Hippo Diarrytus et Zarrytus promiscue dicitur; ita plane Diabas et Zabas. Zabae autem fl. mentio est apud Cedrenum, et in Historia Miscella in rebus gestis Heraclii. Hic e montibus cessis a Septemtrione exortus modicus fertur: mox in Austrum procedens ac torrentibus multis auctus, navigabilis fit, atque in Tigrim delabitur, teste Theophylacto lib. 4. initio. Adiabas vero ab Ammiano Anzabas dicitur lib. 18. c. 6. 7. et in Adiabene ponitur. *Scio quidem Samuëlem Bochartum in libro IV. Geographiae sacrae cap. 19. pro Anzaba Zabam restituere in Ammiani nostri exemplaribus. Sed obstat omnium codicum auctoritas.* [*Magnus Sabas* seu Zabas maior in Historiae Miscellae lib. 18. est haud dubie Adiabas, haud procul a Ninive in Assyria: *minor Zabas* in eodem libro est is, qui Ammiano Diavas dicitur.] VALES. De *Zaba* maiore et minore vid. Mannert v, 2. 434 ss. Idem p. 428. propius, ut videtur, ad veritatem accedens Ammianum existimat prae fugiendi celeritate haud recte percepisse fluminis nomen, quod aliis *Sillas*, vel *Delas*, hodieque *Diala* sit. W.

Adiavenam cognominatam, ut a flumin.] Codinus et Suidas: λέγεται δὲ Ἀδιαβηνὴ, διὰ τὸ εἶναι πλείονας ποταμοὺς ἐν αὐτῇ, καὶ δυσχερεστέραν ποιεῖν τὴν διάβασιν. LINDENBR.

Aegyptus] ab Aegypto, i. e. Nilo. cf. XXII, 15. W.

Insigni] Sic pro *insignis*, quod vulgabatur, ex coniectura dedit Hadr. Valesius. Vid. eius praef. p. LXIII. W.

22. *Ninus*] de quo vide supra ad XVIII, 7. *Ecbatana* hodie Hamadan. v. Mannert p. 159. ss. W.

Arbela et Gaugamela, ubi Darium Alexand.] Strabo lib. XVI. p. 737. Almel. ἐν δὲ τῇ Ἀτουρίᾳ ἐστὶ Γαυγάμηλα κώμη, ἐν ᾗ συνέβη νικηθῆναι καὶ ἀποβαλεῖν τὴν ἀρχὴν Δαρεῖον. At vero apud Arbela vicum Darium victum Arrianus lib. III. c. 15. Curtius lib. V. c. 1. init. scribunt. LINDENBR.

23. *Apamia Mesene cognominata.*] Plinius lib. 6. cap. 27. Apamiam a Messene separat. *Circa Apamiam*, inquit, *Messenes opidum:* et ita Stephanus in ἀπάμεια. VALES.

Apamia Mesene cognominata.] cf. et XXIV, 3. de qua vide copiose disputantem *Mannert* p. 359—367. — *Teredon* Plin. H. N. VI, 28. Mannert p. 421. — *Apollonia* Idem p. 456. W.

Vologessia.] Stephano βολογεσσιὰς πόλις πρὸς τῷ εὐφράτῃ. Haec ab eodem Plinio cap. 26. Vologesocerta dicitur, condita a Vologeso Parthorum Rege non longe a Babylonia. *Certa* autem Persice et Armeniace opidum significare videtur: unde Vologesocerta erit Vologesi opidum; ut Tigranocerta Tigranis. Hesychius: κέρτα πόλις ὑπὸ ἀρμενίων. In Tabula Peutingerorum ad ostia fl. Tigris ponitur Volocessia; inde Babylonia 18. dein Seleucia 44. abhinc Rache 60. lege *Ragae*. VALES. Cf. Mannert l. c. p. 413. W.

Babylon, cuius moenia bitumine Semiramis struxit.] Strabo lib. XVI. Iustinus lib. I. c. 2. Curtius lib. V. c. I. Orosius lib. II. cap. 7. Solin. cap. 60. Stephanus in βαβυλών. LINDENBR.

Babylon.] Quam sua aetate paene desertam fuisse scribit Diodorus Siculus in principio lib. 2. Pausanias autem in Arcadicis scribit suo aevo, id est Marci Antonini temporibus Babylonis nihil praeter moenia Belique fanum superfuisse. Cui subscribere videtur Libanius in Orat. funebri, pag. 39. de Ctesiphonte loquens et Coche: αἳ τὴν βαβυλωνίων γῆν ἀντὶ βαβυλῶνος κοσμοῦσι. VALES.

Babylon.] Rudera quaedam haud procul ab urbe Helée reperit *Niebuhr* II. p. 288. Mannert p. 408. ff. W.

Ctesiphon quam Vardanes, etc.] Quis hic Vardanes *vel Varanes* fuerit obscurum est, a quo primum esse conditum Ctesiphontem Marcellinus memorat. Rex autem Pacorus videtur esse Orodis Regis filius, qui a Ventidio M. Antonii legato interfectus est: qui cum Rex numquam fuerit, a quibusdam tamen Scriptoribus Rex vocatur. Frontinus enim lib. I. Strateg. cap. I. et Florus lib. 4. c. 9. eum Regem cognominant. Quod si de hoc Pacoro Orodis filio loqui voluit Marcellinus, tum falsum erit quod subiicit, supradictam urbem Graeco cognomine κτησιφῶντα ab eo esse appellatam. Ctesiphontis enim appellatio Pacori illius aetate longe antiquior est, cum a Polybio memoretur in historia illius belli quod Antiochus Magnus cum Molone Mediae Praefecto gessit, lib. 5. c. 44. VALES.

Ctesiphon] Hic reges Parthorum hiemes agebant. Mannert p. 405. *Vardanes.* Reines. *Pharnaces* c. Iustino L. 41. (?) W.

Specimen summum] urbem pulcherrimam. Senec. Phoeniss. 184. Non te ut reducam veteris ad *specimen* domus. Apul. Met. I. post med. p. 112, 38. Elmenh. tibi *specimen* gloriosum arrogaris. W.

Seleucia ambitiosum opus Nicanoris Seleuci.] *Vide quae sup. lib. XIV. notata.* LINDENBR.

Seleucia] ad Tigrin, ut ab aliis eiusdem nominis discernatur. W.

24. *Per duces Veri Caes. ut ante retulimus expulsata.*] Nove dictum, *expulsata,* ἀντὶ τοῦ *expugnata:* ut Capitolin. in Vero c. 8. *Non L. Veri vitio, sed Cassii — contra fidem Seleucia,*

quae ut amicos milites nostros receperat, expugnata est. (Quod tamen Casaubono non sufficit, qui *solo* adeo *aequatam* dicit duce Dione Cassio LXXI, 2. διέφθειρεν ἐμπρήσας. W.) Orosius lib. VII. cap. XV. *Antoninus per strenuissimos duces magnis rebus gestis, Seleuciam Assyriae urbem super Hydaspen fluvium sitam, cum quadringentis millibus hominum cepit, et cum fratre de victoria Parthica triumphavit.* Vide Dion. Euseb. Eutrop. LINDENBR.

Simulacrum Chomaei Apollinis] Princeps Editio Romana habet *Comei:* cui Augustana quoque Editio adstipulatur, [et codex Colbert.] *ac Tolos.* Quare non dubito, quin *Comaei Apollinis* scribi debeat, quod est τοῦ κωμαίου Ἀπόλλωνος. Apollinem enim cognomento Comaeum ab aliis quoque cultum esse docet Athenaeus lib. 4. p. 149. D. παρὰ δὲ ναυκρατίταις, ὡς φησὶν Ἑρμείας ἐν τῷ β' περὶ τοῦ γρυνείου Ἀπόλλωνος, ἐν τῷ πρυτανείῳ δειπνοῦσι γενεθλίοις Ἑστίας πρυτανίτιδος, καὶ διονυσίοις, ἔτι δὲ τῇ τοῦ Κωμαίου Ἀπόλλωνος πανηγύρει. VALES.

Comei Apollinis] *Salmasius* ad Iul. Capitol. in Vero c. 8. mavult *Chochaei*, quoniam Seleucia et Coche dicta sit, ipso Ammiano teste XXIV. 5. Idem sentit Tillemontius T. I. P. 2. p. 624. *Comaeum* tuetur Valesius ex loco Athenaei lib. IV. 13. cuius nuperus editor Schweighaeuserus nihil iuvit. Ceterum de Seleucia vide Manner p. 391. qui tamen eandem fuisse, quae Coche, negat p. 402. W.

Fertur autem quod post direptum.] Capitolinus in Vero c. 8. p. 426. *Nata fertur pestilentia in Babylonia: ubi de templo Apollinis ex arcula aurea, in quam miles forte inciderat, spiritus pestilens evasit, atque inde Parthos orbemque complesse.* Orosius lib. VII. cap. 15. LINDENBR.

25. *Chaldaeorum est regio altrix Philosophiae.*] De Chaldaeis Philosophis eorumque secta, multa Strabo lib. XVI. p. 739. Almel. LINDENBR.

Marsias.] In Regio, *Vatic. Tolos.* [ac Colbert.] codice, atque in Editione Rom *Marses:* unde non absurde coniecimus scribendum esse *Maarsares.* Sic enim Ptolemaeus appellat in Babyloniae descriptione; quem exscripsisse videtur noster Marcellinus. Annon enim haec verba, *Perfluunt autem has terras potiores ante alios amnes Marses, et flumen Regium, et Euphrates*, ex his Ptolemaei translata sunt? διαῤῥέουσι δὲ τὴν χώραν ὅ τε βασίλειος ποταμὸς, καὶ ὁ καλούμενος Μααρσάρης, etc. VALES. Fortasse tamen apud ipsum Ptolemaeum scribi debet *Naarsares,* quum Abulfeda *Narsi* habeat. Plura vide ap. Mannert p. 349. et 387. W.

Flumen Regium.] Syr. *Naar-Malcha,* quod ipse Noster habet XXIV, 6. ubi vide plura. W.

26. *Susa saepe domicilium Regum.*] Strabo lib. XV. p. 727. Almel. Curtius lib. V. c. I. Eustathius in Dionys. pag. 132. Stephanus in Σοῦσα. LINDENBR.

Susa saepe domicilium Regum.] Hiemem Reges Persarum Susis, aut Babylone agebant, aut interdum Bactris: aestatem autem Ecbatanis Mediae opido, ut scribit Dio Orat. 6. et Maximus Tyrius Orat. XX. Xenophon lib. 8. ait Cyrum vernos menses tres exegisse Susis, aestivos duos Ecbatanis. VALES.

Et Arsiana, Sela, et Arecha.] Rectius, ut solet, Codex Regius, *Tolos. Vatic.* [ac Colbert.] *Sele et Aracha.* Ptolemaeus in

in Suſianae ſitu ἄραχκα, σέλη nominat. In Rom. Edit. *Sele et Archa:* ſed Auguſtana Editio Mariangeli, *Sele et Araca.* *Bochartus libri 4. Geographiae ſacrae cap. 16. emendat, *et Turſiana.** VALES.

Praeſtantior Oates, et Harax, et Meſeus.] Quod in ſcriptis codicibus, ac praecipue in Pandectis Florentinis occurrit, ut finis unius vocabuli, et ſequentis dictionis initium coaleſcant; id hoc loco eveniſſe non dubito. Itaque recte fecit Mariangelus Accurſius, qui in Editione ſua *Oroates* cudi iuſſit: ſic enim Plinius eum vocat; Ptolemaeus et Marcianus ὀροάτιν. Iam qui Meſeus ab Ammiano dicitur, is *Moſaeus* eſt Ptolemaeo Marciano in periplo Suſianae *Mogaeus.* Mariangelus in Editione ſua *Mogaeus* exhibet: ſed vir ille totam hanc Perſidis deſcriptionem non ex Mſ. fide, ſed ad Ptolemaei exemplaria caſtigaſſe videtur. VALES.

Et Harax.] Apud Ptolemaeum in ſitu Suſianae χάραξ σπασίνου. μωσαίου ποταμοῦ ἐκβολαί. εὐλαίου ποταμοῦ ἐκβολαί. Ex quibus deceptus fuiſſe videtur Marcellinus, qui Characem pro fluvio accepit, cum ſit nomen opidi ſatis celebris, quod in Tabula quoque Peutingerorum dicitur *Spaſinu Charax:* cuius meminit Xiphilinus in Traiano, et Lucianus in Macrobiis. Atque in hac urbe genitum eſſe Dionyſium, qui de ſitu orbis verſibus ſcripſit, docet Plinius lib. 6. cap. 27. quem qui Alexandrinum vulgo vocant, ii minime quidem falluntur. Nam Characi prius Alexandriae nomen fuit, teſte ibidem Plinio. Gravius errat Scaliger in Notis ad Euſebii Chronicum, qui eum Severi Auguſt. temporibus ſcripſiſſe contendit: idque unico Dionyſii verſiculo confeciſſe ſe exiſtimat, qui habet:

Ῥώμην τιμήεσσαν ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων.

Sed eum verſum de Caio et Lucio Caeſſ. ab Auguſto adoptatis intelligo. Nam et Plinius Dionyſium Caio comitem in Orientem ituro, ab Auguſto datum eſſe memorat. Sed verſus illi Dionyſii de Parthis:

Ἀλλ' ἔμπης κατὰ δῆριν ἀμαιμακέτους περ ἐόντας
Αὐσονίου βασιλῆος ἐπεπρήϋνεν ἀκωκή.

an de alio quam Auguſto intelligi poſſunt? VALES. Quod de confuſione Characis fluvii et oppidi notat, totum eſt ex ſuſpicione Salmaſii ad Solinum pag. 1194. GRON.

Arſiane, Sele et Aracha.] Ptolemaeus: *Agra, Aſia,* (unde corruptum ſine dubio *Arſiane) et Sela et Arecha,* unde *Areccaei campi* ap. Tibullum iv, 1, 142. (ubi tamen nunc Arectaei. vide ibi Heynium.) — Fluvii *Oroates* et *Harax* et *Moſeus* (Moſeus). Haec omnia debentur Salmaſio ad Solinum p. 840. ſ. qui et in eo erraſſe dicit Ammianum, quod *Haracem* urbem in fluvium transformaverit. De hac urbe: *Charax Paſinu* vel *Spaſinu* v. Mannert p. 421. de *Oroate* et *Moſaeo* fluviis p. 480. Mirum tamen, quod Ammianus maiora omiſit flumina *Eulaeum* et *Paſitigrin.* Mannert p. 472. W.

Per arenoſas anguſtias.] Intelligit τέναγος ἀμμῶδες, quod notatur a Ptolemaeo in Suſianae deſcriptione: ſed quod addit Ammianus his anguſtiis a Rubro prohiberi Caſpium mare, non capio: ac fortaſſe Perſicum pro Caſpio ſcribendum eſt. VALES. An non manifeſte illud ipſum ſignificat, quod Pomponius Mela 1. 2? *Aſia ex illo Oceano quem Indicum diximus Arabicum et Per-*

ſicum, ex Scythico Caſpium recipit; et ideo qua recipit, anguſtior. GRON.

27. *Hyrcano* Caſpio *mari.* W.

Aſiae reginam totius.] Codex Reg. et Flor. *cum Toloſ. Vatic.* [et Colbert.] et cum Editione Rom. et Auguſt. ſcriptum habent *regna totius.* Forte deeſt aliquod vocabulum; puta *Aſiae regna tenuiſſe totius.* VALES. Poſſis leviore modo *regiam* vel *regnatricem totius.* GRON. Ad ſtabiliendam lectionem vulgatam Erneſtio monente fortaſſe valet Ammiani locus 14, 11. ubi Nemeſis *regina* cauſſarum dicitur. W.

Aſſyriis duce Arbace *domitis.* W.

In Acropatenae.] Rectius Mariangeli Editio, *Atropatenae:* ſic enim Ptolemaeus, et Strabo eam provinciam vocat; et Stephanus de Urbibus: in Tabula Peutingerorum, et apud Plinium Atrapatene ſcribitur, corrupte: dicta eſt enim ἀπὸ τοῦ ἀτροπάτου ἡγεμόνος teſte Stephano: qui unus fuit e ſucceſſoribus Alexandri. VALES. Cf. Mannert v, 2. p. 118. et 142. W.

28. *Ad latitudinem nimiam extenduntur*] latum terrarum tractum tenent — *Zacra.* Polybius v, 44. *Zagron,* Strabo *Zagrius.* Mannert p. 123. *Orontes* hod. Alwend. Mannert p. 122. *Iaſonius.* Id. p. 125. Hi montes omnes brachia ſunt Tauri. W.

29. *Coronus mons*] proprie in Parthia. v. Mannert p. 105. *Frumentariis agris adſluunt et vinariis.* cf. Polybium x, 25. Mannert. p. 116. W.

30. *Fetus equarum, quos Niſaeos appellant.*] In caſtigatiſſimis Editionibus, Romanam dico, et Auguſtanam, et Roberti Stephani, *Neſaeos* reperi: neque aliter *Mſſ. codices Regius, Toloſ. Vatic.* [et Colbert.] praeferebant. Quid quod apud Graecos eamdem διττογραφίαν reperias? Sane Stephanus Byzantius, et Heſychius ac Arrianus νησαίους ἵππους appellant: neque aliter ſcribitur apud Dionem in Boryſthenitica, (Reisk. II. p. 93.) ubi de Magis Perſarum: ἐκεῖνοι δὲ τά τε ἄλλα δρῶσι κατὰ λόγους ἱεροὺς, καὶ δὴ τῷ διὶ τρέφουσιν ἅρμα νησαίων ἵππων. οἱ δὲ εἰσὶ κάλλιστοι καὶ μέγιστοι τῶν κατὰ τὴν ἀσίαν. τῷ δέ γε ἡλίῳ ἕνα ἵππον. Subdit deinde quaedam de illo Iovis quadriiugo curru ſatis recondita. Sane in omnibus expeditionibus hic Iovis currus cum equo Solis olim apud Perſas praeire ſolebat, ut teſtatur Herodotus lib. 7. c. 40. ὄπισθεν δὲ τούτων τῶν δέκα ἵππων ἅρμα διὸς ἱερὸν ἐπετέτακτο, τὸ ἵπποι μὲν εἷλκον λευκοὶ ὀκτώ. ὄπισθε δὲ τῶν ἵππων εἵπετο πεζῇ ἡνίοχος ἐχόμενος τῶν χαλινῶν. οὐδεὶς γὰρ ἐπὶ τοῦτον τὸν θρόνον ἀνθρώπων ἀναβαίνει. Sed et Q. Curtius lib. 3. c. 3. *Currum deinde Iovi ſacratum albentes vehebant equi; hos eximiae magnitudinis equus, quem Solis appellant, ſequebatur.* Idque inſtitutum a Cyro videtur: de quo vide Xenophontem lib. 8. de Inſtit. Cyri. Philoſtratus cap. xx. lib. primi de vita Apollonii: λευκὸν δὲ ἄρα ἵππον τῶν σφόδρα νισαίων καταθύειν ὁ βασιλεὺς ἔμελλε τῷ ἡλίῳ. VALES.

Fetus equarum nobilium — quos Niſaeos appellant.] Herodotus lib. VII. c. 40. Lucian. in lib. de Hiſtor. ſcrib. Syneſius Epiſt. 40. *Themiſtius Orat. 5. p. 72. et Orat. 2. Heliodor. Aethiop. lib. 9. pag. 437.* Euſtathius in Dionyſ. Alexand. Suidas in Νίσαιον. LINDENBR.

Nesaeos] alii fortaffe rectius *Nifaeos*. Dicti a Nifaeis campis prope Cafpias portas. Cf. Herodotus VII. 40. Strabo XI. p. 525. et 529. et quos laudat Briffonius de regno Perfarum p. 667. ff. E recentioribus vide Salmafium ad Solinum p. 842. Belin de Ballu ad Oppian. p. 2.5. Wernsdorf ad Himerium p. 237. Mannert p. 169. ff. — *Quibus ineuntes proelia viri vehi folent*, quod non omnino verum, quum foiorum regum curribus iungerentur. W.

31. *Abundant aeque* fc. Atropateni *civitatibus*, quibus *Media* fc. maior dicta. — *Abfolute*, plane, breviter. *Uberrimum eft habitaculum Regum*, Atropatis et pofterorum. W.

32. Occafionem hic arripit Ammianus, nonnulla inferendi de *Magis*, utinam veriora. *Magorum agri* et *villae* v. paullo poft. De iftis *agris* nihil, dum haec fcribo, habeo compertum, nec Briffonius quidquam praebet. Ex aliis agris etiam decimas accepere. W.

Auctor ampliffimus Plato Machagiftiam.] Non reperitur, quantum memini, hoc verbi in Platone: videtur tamen innuere locum ex Alcibiade. LINDENBR.

Machagiftiam] Sic nusquam habet Plato, nec, hac forma quidem, habere poteft. Ἀγιστείαν novi, fed quid prima fyllaba fibi velit, non exputo, nec placet τὸ Χ mutari in Γ. ut fit μαγαγιστεία. Reinefius adfcripfit: *Magiftiam*. W.

Divinorum incorruptiffimum cultum.] Plato θεῶν θεραπείαν vocat in Alcibiade, et ex eo Apuleius in Apolog. Inde Apollon. Tyan. in Epift. Μάγος ὁ θεραπευτὴς τῶν θεῶν. Porphyrius de Abstinentia animal. pag. 57. Παρά γε μὲν τοῖς Πέρσαις οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ, καὶ τούτου θεράποντες Μάγοι μὲν προσαγορεύονται. τοῦτο γὰρ δηλοῖ κατὰ τὴν ἐπιχώριον διάλεκτον ὁ Μάγος. LINDENBR.

Multa ex Chaldaeorum arcanis Bactrianus addidit Zoroaftres, deinde Hyftafpes.] Accurate totam hanc rem narrat Agathias Hift. lib. II. Πέρσαις τοῖς νῦν τὰ μὲν πρότερον ἔθη σχεδόν τι ἅπαντα τηρεῖται ἀμέλει καὶ ἀνατέτραπται, ἀλλοίοις δέ τισι καὶ οἷον νενοθευμένοις χρῶνται νομίμοις, ἐκ τῶν Ζωροάστρου τοῦ ' ρμάσδεως διαγμάτων κατακηληθέντες. Οὗτος δὲ ὁ Σωρόαδος, ἤτοι Σαράδης (διττὴ γὰρ ἐπ' αὐτῷ ἡ ἐπωνυμία) ὁπηνίκα μὲν ἤκμασε τὴν ἀρχὴν, καὶ τοὺς νόμους ἔθετο, οὐκ ἔνεστι σαφῶς διαγνῶναι. Πέρσαι δὲ αὐτὸν οἱ νῦν ἐπὶ Ὑστάσπεω οὕτω δή τι ἁπλῶς φασὶ γεγονέναι, ὡς λίαν ἀμφιγνοεῖσθαι καὶ οὐκ εἶναι μαθεῖν, πότερον Δαρείου πατὴρ, εἴτε καὶ ἄλλος οὗτος ὑπῆρχεν Ὑστάσπης· ἐφ' ὅτῳ δ' ἂν καὶ ἤνθησε χρόνῳ, ὑφηγητὴς αὐτοῖς ἐκεῖνος, καὶ καθηγεμὼν τῆς μαγικῆς γέγονεν ἁγιστείας, καὶ αὐτὰς δὴ τὰς προτέρας ἱερουργίας ἀμείψας, παμμιγεῖς τινας καὶ ποικίλας ἀνέθηκε δόξας. LINDENBR.

Bactrianus Zoroaftres.] De hoc Magorum auctore mira produnt veteres. Perfae quidem tefte Dione in Boryfthen. (T. II. Reisk. p. 93.) eum dicunt fapientiae ac iuftitiae ftudio in montem nefcio quem fecelliffe, ac deinde eum montem igne caelitus lapfo conflagraffe: cumque is continue arderet, Regem una cum proximis adorandi caufa eo acceffiffe: ac tum Zoroaftrem repente ex flammis illaefum apparuiffe benigno vultu, iubentem ut animo fidenti effent, ac certa facrificia factitarent: eo enim in loco praefentes effe Deos. Eadem fere Suidas ac Georgius Cedrenus de Zoroaftre produnt, eum fcilicet, uti a Diis immortalibus precatus

fuerat, fulmine arſiſſe, cum Perſis prius mandaviſſet, ut cineres ſuos colerent ac ſervarent, tamquam manſuri penes eos imperii pignus. *Paullo aliter Clemens Rom. in Recognitionibus homilia IX.* De Zoroaſtris antro Porphyrius ex Eubulo in antro Nympharum ſcribit. Quibus accedit Gregorius Turon. lib. I. Hiſt. Francorum his verbis: *Primogenitus Cham filii Noe fuit Chus: hic ad Perſas tranſiit, quem Perſae vocitavere Zoroaſtrem, id eſt viventem ſtellam. Ab hoc etiam ignem adorare conſueti, ipſum divinitus igne conſumptum, ut Deum colunt.* Plures autem fuere Zoroaſtres, ut ſatis conſtat: ſed omnium antiquiſſimus fuit Bactrianus, quippe Nini Aſſyriorum Regis aequalis, qui bellum inferente Nino non armis tantum, ſed et magicis artibus ſeſe tutatus eſt, ut refert Arnobius in lib. I. et Iuſtinus. Hunc Semiramis Aſſyriorum Regina bello ſuperavit, ut docet Theon in Progymnasm. cap. *περὶ συγκρίσεως, οὐ γὰρ εἰ τόμυρις κρείσσων ἐστὶ κύρου, ἢ καὶ μὰ δία σεμίραμις ζωροάστρου τοῦ βακτρίου, ἤδη συγχωρητέον τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος ἀνδρειότερον εἶναι.* Alter fuit Pamphylius genere, Armenii filius, quem Hera vocat Plato lib. X. de Rep ut ſcribit. Clemens Alexandr. lib. 5. Strom. Arnobius lib. I. ait hunc familiarem fuiſſe Cyro, ex Cteſia lib. I. Hiſtor. *Age nunc veniat quaeſo per igneam zonam Magus interiori ab orbe Zoroaſtres, Hermippo ut aſſentiamur auctori, Bactrianus: et ille conveniat, cuius Cteſias res geſtas Hiſtoriarum exponit in primo, Armenius Zoſtriani nepos, et familiaris Pamphylus Cyri.* Ubi notandum eſt Armenium dici ex Latinorum more pro Armenii filio, τὸν ἀρμενίου. Sed in Arnobio ſuſpectum habeo nomen Cyri. Nam cum dicat Cteſiam lib. I. Hiſt. huius Magi mentionem feciſſe, certum autem ſit Cteſiam libris ſex prioribus de Aſſyriorum ac Medorum rebus ſcripſiſſe, ac in ſeptimo libro res Perſicas aggreſſum: quomodo in libro I. Cyri meminiſſe potuit Cteſias, non video. Itaque *Nini* fortaſſe in Arnobio legendum eſt. Fuit et Zoroaſtres Proconneſius, paullo anterior Xerxis temporibus, teſte Plinio in lib. 30 c. 2. Hunc vero qui Magiae Perſis auctor fuit, Oromazis filium vocat Plato in Alcibiade I. VALES. De hoc Arnobii loco plura Io. Marshamus lib. I. Philoſophiae Orientalis. GRONOV.

Hyſtaſpes Rex.] Falſum eſt *Hyſtaſpem* Darii patrem Regem fuiſſe, neque id refutationem meretur. Ceterum quod hoc loco Marcellinus *Hyſtaſpi* tribuit, id Dario eius filio tribuitur ab aliis. Hic enim ſepulcro ſuo inter cetera id etiam inſcripſiſſe fertur, quod Magorum Magiſter fuiſſet, ut narrat Porphyrius lib. 4. *περὶ ἀποχῆς.* *Alii tamen Hyſtaſpem hunc Magiae doctorem Hyſtaſpe Darii patre multo vetuſtiorem faciunt, teſte Agathia in l. 2. Lactantius in libri 7. cap. 15. *Hydaſpen* vocat *antiquiſſimum Medorum Regem:* corrupte pro *Hyſtaſpen:* ut monuit Canterus in libro 2. Variarum cap. 14. Hyſtaſpis enim Magi meminit Iuſtinus in Apol. Clemens in 9. Strom.* VALES. Cf. *Walchii Commentatt. de Hyſtaspe, eiusque vaticiniis ap. Patres in Commentatt. Soc. Reg. Goetting.* T. II. p. 3—18. W.

33. *Brachmanorum*] Hoc novum, nam alii, v. c. Diogenes Laertius Prooem. VI. a Gymnoſophiſtis Zoroaſtrem profeciſſe tradunt. W.

34. *Una eademque proſapia*] Non igitur ordo tantum populi Perſici fuere, ſed nati ſacerdotes, quorum diſciplina et dignitas a

patribus ad filios propagaretur, quod et apud Aegyptios, Chaldaeos et Indos ita fuiſſe accepimus. W.

Feruntque, ſi iuſtum eſt credi, etiam ignem caelitus lapſum] Vid. ampliſſ. viri Barnabae Briſſonii Comment. de Reg. Perſar. lib. II. LINDENBR.

[*Ferunt ignem caelitus lapſum, apud ſe ſempit. foc. cuſtodiri.*] Q. Curtius in libro III. c. 3. *ignem* memorat, *quem Perſae ſacrum et aeternum vocant.* Et in libro 10. Hiſtoriae Tripertitae capite 39. *πυρεῖα vocant Perſae templa, in quibus perpetuum ignem ſervant.* Scriptores rerum Heraclii Aug. tradunt, *in civitate Thebarma* non longe a Gazaca urbe *templum fuiſſe ignis ac errorem prunarum.* Lege Theophanem et Cedrenum in Heraclio A. et Hiſtoriae Miſcellae librum XVIII.] VALES.

35. *Huius originis*] „ proprie horum Magorum illius originis. Certe *origines* dicuntur de hominibus, qua auctoribus v. c. populorum. Apud Livium 38, 39. *originum memoria* pro *Ilienſium memoria* dicitur. Similiter Tacitus A. 4, 9. vid. VALES. ad Amm. 15, 9." Sic Erneſti. W.

Perſicae poteſtates] Reges. W.

Eratque piaculum aras adire vel hoſtiam, etc.] Herodotus lib. I. c. 132. ἄνευ γὰρ δὴ Μάγου οὔ σφι νόμος ἐστὶ θυσίας ποιέεσθαι. Vid. Briſſon. de Regn. Perſar. lib. II. LINDENBR.

36. *Ex hoc Magorum ſemine ſeptem poſt mortem Cambyſ.*] Totidem Magos nominat etiam Val. Maximus lib. IX. cap. 2. Verior tamen opinio, duos tantum fuiſſe: ſed qui in necem eorum coniuraverant, Perſas ſeptem. Herodotus lib. III. c. 70. Iuſtinus lib. I. c. 9. Curtius lib. IV. c. 12. Florus lib. III. cap. 5. LINDENBR. Poſt Anquetilium Perronum de Zoroaſtre longe veriora edocti ſumus ab *Meinerſio* in Commentatt. Soc. Reg. Goett. T. VIII. et de religionum Zoroaſtricarum ap. veteres gentes veſtigiis in Commentatt. Vol. XI. De Magia omnino expoſuit *Tiedemann de quaeſtione, quae fuerit artium magicarum origo* etc. Marb. 787. cf. Gibbonum P. 2. p. 9. ſſ. et *Heeren Ideen über Politik u. ſ. w. der alten Völker* Th. II. S. 400. ſſ. W.

37. *Oleum conficitur Medicum.*] Μηδείας ἔλαιον. Procopius Gothicor. lib. IV. Ἀγγεῖα θείου τε καὶ ἀσφάλτου ἐμπλησάμενοι, καὶ φαρμάκου, ὅπερ Μῆδοι μὲν νάφθαν καλοῦσιν, ἕλληνες δὲ Μηδείας ἔλαιον. LINDENBR.

Oleum Medicum] Alii etiam vocant oleum *Medeae*, de quo vide Schneider. ad Nicandri Alexipharm. p. 155. W.

Si aqua voluerit abluere quisquam.] Eſt certe quod de hac lectione quis dubitet, quum Solinus dicat, *hoc ad incendium excitatum ſi obruere aqua geſtias, ardet magis.* Quem quum deſcribat et alibi Ammianus, inde Salmaſius legebat hoc loco *ſi aqua voluerit obruere quisquam,* ad Solinum pag. 241. (p. m. 180. W.) GRON.

38. *Oleum uſus communis* arborum proventum *herba quadam infectum* depravatum *condiunt, et coaleſcens durant* ſpiſſant *ex materia venae* fontis, ſcaturiginis *naturalis, ſimilis oleo craſſiori,* Naphthae (Neft.) Cf. Salmaſ. ad Solin. p. 172. W.

39. *Zombis et Patigra, et Gazaca.*] Ζομβὶς πόλις τῆς μηδίας Stephano. Eidem γάζακα πόλις μεγίστη τῆς μηδίας: eius

meminit Ptolemaeus. Pro *Patigra* in omnibus Mss. *Reg. Tol. Vat * [Colb.] est *Patigran:* forte *Patigrana,* Ptolemaeo πιγράνα. [Quae Ammiano *Gazaca* est, γαζακὸν dicitur Cedreno, in rebus Heraclii Augusti; Κάνζακα in Chronico Alexandrino; *Gazacensium civitas* in libro XVIII. Historiae Miscellae.] VALES.

Gazaca] Sic et Ptolemaeus, Strabo autem p. 794. et Plinius v, 13. *Gaza.* Metropolis erat Atropatenes. Mannert v, 2. 145. — *Heraclia.* Strabo XI, p. 785. in regione Rhagiana ponit, quae tamen in medio Mediae sita erat. Mannert p. 179. W.

Arsacia et Europis.] Strabo lib. XI. p. 524. Almel. Europum et Arsaciam eamdem esse ait, cui consentit Stephanus. VALES.

Cyropolis] de qua vide Salmas. ad Solin. p. 840. et Mannert p. 133. — *Ecbatana,* haec vero celeberrima totius Mediae, hod. *Hamodan,* de qua inde ab Herodoto I, 98. innumeri egere et historici et geographi. Copiose de ea exponit Mannert p. 159. ss. — *Syromedorum* Syromedia ea pars Mediae, quae Persiae praetenditur. W.

40 *Choaspes et Gyndes.*] Hi fluvii nil videntur hic convenire. Nam *Gyndes* Dahas Ariosque disterminat, teste Tacito XI. c. 10. Vide Herodotum. *Choaspes* tamen e Media in Tigrim influit, teste Plinio 6. libro. VALES.

Choaspes] idem qui *Eulaeus.* In Media ortus, Susianam transcurrit atque in sinum Persicum exoneratur. — *Gyndes* est Assyriae, non Mediae. Occurrit quidem in nostra regione ap. Tacitum Annal. XI, 10. ubi tamen meliores libri *Sindis.* vide Mannert p. 431. et 433. W.

Amardus] Ptolemaeo μάρδος levi discrimine: sic Mardi eidem ἄμαρδοι dicuntur. In Regio Codice *Arnardur.* In Edit. Rom. *Arriardus,* [ut et in Colbert. codice] ac Tolos.* VALES. Cf. Mannert p. 133. et de *Charinda* p. 140. W.

Cambyses et Cyrus, cui magno et spatioso.] Vid. Strabo lib. XI. p. 500. Almel. Pompon. Mela lib. III. cap. V. LINDENBR. Mox video patrem notasse ex Vat. *ut ipse eque ferebatur,* pro *aeque.* GRONOV.

Cambyses et Cyrus] qui fortasse nunquam exstiterunt, licet Ammianus Cyrum in expeditione Scythica flumini istius tractus nomen suum dedisse tradat. vide Mannert p. 131. W.

41 *Minutis frugibus*] λεπτοῖς καρποῖς, pomis et leguminibus. Cf. Salmas. ad Solin. p. 208. *Amnes* in quibus Ammianus nil nisi Ptolemaeum coecum ducem secutus est. W.

Vatrachites, Rogomanis] In Mss. Fl. et Reg. *Vat. Tolos.* et in Editione Rom. *Rogomanius,* quod placet: Ptolemaeo ῥογομάνιος in genitivo. [In Ms. Colbert. *Ragomanius.*] Apud Marcianum (non illum Heracleotam, qui περιήγησιν versu comico scripsit ad Nicomedem Regem Bithyniae, sed alterum recentiorem, qui Epitomen Artemidori Ephesii duobus libris scripserat, teste Stephano in μαζάκη: cuius Epitomes hodie dumtaxat Epitome restat) apud hunc Marcianum inquam ῥογομανίας ποταμοῦ scribitur. *Vatrachites* quis sit, obscurum est [qui in Codice Colbert. *Vatradites* scribitur.] VALES.

Vetrachites] corrupto fortitan nomine, quem alii Oroatin appellant; verius tamen *Arosis,* in finibus Susianae, totius regionis ma-

ximus. vide Mannert. p. 538. — *Rogomanis.* Sic Ptolemaeus, rectius *Rogonis* Nearchi. p. 637. et 513. — *Brifoana,* ap. Arrian. Ind. 39, 7. Brizana. Mannert. ib. — *Bagrada,* Id. p. 533. W.

42. *Perfepolis*] quam ab Alexandro M funditus deletam plures poft Curtium falfo crediderunt. Ruinae eius etiamnum exftant fplendidiffimae, Tfchilminar (quadraginta columnae) de quibus poft Chardinum, Niebuhrium, Herderum, uti mihi, ita et Mannerto fubtiliffime egiffe videtur *Heerenius* in *Ideen über die Politik etc. d. vornehmften Völker d. alten Welt Th. II.* p. 180. ff. cf. tamen Mannertum ipfum p. 512. ff. W.

Obroatis.] In Mff. Flor. *Tolof. Vat.* [Colbert.] et Reg. *Habraatis;* Ptolemaeo ὀβϱοάτις. LINDENBR.

Ardea — Obroatis — Tragonice] Has quo referam, non habeo, nifi Ardeam mutilatum et corruptum nomen effe velis pro *Pafargada,* quam urbem a Perfepoli fecundam Ammianus omittere non debebat. W.

Tabiana, Fara, et Alexandria.] Pro *Tabiana* in Mff. Flor. et Reg. *Tolof. Vatic.* [ac Colbert.] *Cadiana* legitur. Ptolemaeo ταβιάνα: νῆσοι δὲ παϱάκεινται τῇ πεϱσίδι ταβίανα· σῶφθα ἀλεξάνδϱου ἡ καὶ ἀϱακία. Marcianus in periplo Perfidis duas quoque memorat infulas: alteram σῶφαθ, alteram νῆσος ἀλεξάνδϱου. Araciam memorat et Plinius. VALES. In quibus parum fane eft, quod non ex Salmafio didicerimus ad Solinum pag. 1182. (p. m. 833. W.) etfi tandem nimium illic mutet. Sed et in iisdem Exercitationibus pag. 241. pro fequente *Artacana* vult *Aftaca,* quum tamen Artacoana ex Arriano, Artacana ex aliis circa illas partes fit fatis nota, etfi de hoc loco poftea. GRONOV. Salmafius ad Solinum p. 833. totum locum fic conftituit ex ipfo Ptolemaeo: *Tabiana, Sophtha, Aracia, quae et Alexandri.* Cf. et Mannert p. 540. W.

43. *Choatres fluvius.*] Nullus eius nominis fl. quod fciam, memoratur apud Parthos. Eft quidem *Choatres* mons in Parthia celebris, *Choatras* tefte Solino cap. 41. Ptolemaeo et Orofio παϱχοάτϱης; Straboni παϱαχοάτϱας. Ceterum in Mff. Reg. *Tol. Vat.* [Colbert.] et in Editione Rom. *Choadres* legitur. VALES.

Choatres.] Curtius VI, 4. habet *Zioberin,* qui alii deinde mifcetur, *Rhidago.* Eundem Diodorus Sic. XVII, 75. nominat *Stiboeten.* Fortaffe igitur, quae eft coniectura Mannerti p. 106. ubi uno alveo incedere coeperunt, uno Choatris nomine appellati funt. W.

Genonia, Moefia, Charax.] Ex Mff. Fl. *Tol. Vat.* [Colbert.] et Reg. et Mar. Editione *Moefia* fupplevimus: quod firmat Ptolemaeus σινουνία, μυσία. χάϱαξ. In Editione Romana legebatur *Genoniam Charax.* VALES.

Charax] vide Mannert p. 112. *Apamia* a Graecis condita. Strabo p. 783. 796. Mannert p. 111. — *Artacana.* Ptolemaeo debetur. Mannert p. 114. — *Hecatompylos,* urbs primaria, Arfacis regia, nomen accepit a viarum multitudine, undique hic concurrentium — *ftadia quadraginta et mille,* de quibus vide Mannert p. 107. 109. W.

44. *Feri funt illic habitatores pagorum.*] De Getis fimilia Pomp. Mela lib. II. cap. 2. *Feri funt et ad mortem paratiffimi, Getae utique.* LINDENBR.

Fortuita ſua *morte* cf. XXII, 15. XXXI, 2. *Degeneres* Parthico nomine indignos. W.

45. *Arabes beati*] Arabiae felicis (hod. Yemen) hoc loco memorandae quas cauſas habuerit Ammianus, non ſatis intelligo, quum ad Perſiam non pertineat nec in ſupra nominatis eius partibus numeretur. Niſi forte ſatis ei cauſſae fuit Ptolemaei auctoritas, apud quem idem fere ordo. W.

46. *Denſa emporia*] Haec novimus ex Arriani periplo maris Erythraei. Cf. Gothofred. ad Philoſtorgium p. 108. W.

47. *Geapolim.*] Mſ. *Hierapolim.* Sed apud Ptolemaeum in Deſcriptione Arabiae Felicis recenſentur Γαιάπολις, Νάσκος μητρόπολις, Βάραβα μητρόπολις, Μαῖφα μητρόπολις. LINDENBR.

Geapolin.] In Mſſ. *Hierapolin* legitur, et in Editione Rom. et Mar. Ptolemaeo in maritimis opidis Arabiae Felicis γεραπόλις. Non diſplicet tamen γέα πόλις. Stephanus: γέα πόλις πλησίον πετρῶν ἐν ἀραβίᾳ. ἐθνικὸν γεῖος. ἐν πέτραις δ᾽ ἐπιχωριάζει. κύριον ὄνομα γέσιος, ὅθεν ἦν ὁ περιφανὴς τῶν ἰατρῶν σοφιστὴς ἴσως ἐντεῦθεν κεκλημένος. lege ὁ περιφανέστατος ἰατροσοφιστής. ex Suida in γέσιος. ſed haec longe differt ab ea de qua hic ſermo eſt. Eſt enim hic ſermo de Arabia Eudaemone. Ptolemaeus agnoſcit γαῖα πόλις. VALES.

Gea-polis] Fortaſſe eſt *Gerra.* Mannert VI, 2. 147. — *Naſcos* Plin. VI. 28. Nelcae. *Baraba,* rectius *Maraba,* Sabaeorum metropolis. *Mannert* p. 80. *Nagara,* metropolis Iobaritarum. W.

Mephram.] Ptolemaeo μαῖφα μητρόπολις. In Arabia quoque Petraea *Mepha* caſtellum fuit, ut eſt in Notitia Imperii Romani: ſed in Codice *Vatic* [Colbert.] ac Regio, et Rom. Editione legitur *Mephre.* VALES.

Taphron.] Mſ. *Taphra.* Stephanus *Tarphara* videtur nominare, Τάρφαρα, οὐδετέρως, πόλις τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. LINDENBR.

Taphron.] In Mſ. Reg. *Toloſ.* [Colbert.] et Flor. *Taphra.* videtur eſſe quae Ptolemaeo σάπφαρα: Stephano τάρφαρα in τάρφαρα et in v. ἀδάνα. Editio quoque Rom. habet *Taphra.* VALES.

Taphra] metropolis Homeritarum. Ptolem. Sapphar, Stephanus Tarphara. v. *Gothofredus* ad Philoſtorgium p. 106. et Mannert p. 90. W.

Dioſcuriada.] In Reg. *Vat. Tol.* [Colbert.] edit. et Rom. Edit. eſt *Dioſcurida.* Intelligitur forte ἡ διοσκορίδου urbs et inſula in Arabia Felice, teſte Ptolemaeo. Mox pro *Turgana* apud Ptolemaeum eſt Ὀργάνα, ἐν ᾗ ἱερὸν σαράπιδος. Neque aliter eam inſulam vocat Arrianus in Indicis. VALES.

Dioscurias] inſula maris Erythraei, quae ſine dubio eiusdem nominis urbem habuit. *Mannert* p. 124. *Turgana* Ptolemaeo Organa, hodie Ormuz. Mannert p. 134. W.

48. *Carmania maior* Kerman. W.

Fructuariis arboreisque fetibus culta.] Sic iterum paullo poſt, *arborum fetus.* L. 1. Cod. Theod. De cenſitoribus: *Feracium ramorum fetus hebetaverit.* *L. C. Theod. de feriis. Plin. lib. 4. cap. 12. *Fetus arborum de corpore.* Ovid. Met. lib. 10. v. 664.

— — De tribus unum
Fetibus arboreis proles Neptunia misit.

In Catalect. pag. 176. *Vivas nitentes atque fetus arboris.* Novatianus de cibis Iudaicis: *Cibus primus hominibus solus arborum fuit fetus et fructus.* Cyprian. ad Demetrianum: *Arbores fetibus autumno fecundae sunt.* Columell. de R. Rustica 9. c. 1. *Terrenis fetibus et arboreis abundant.* Virgil. Bucol. *Cassiodorus Var. lib. 1. Epist. 12. — *Fetus arborei pullularunt.* Lib. 1. Epist. 35. *Abortivos messium fetus non tam edidit, quam imperfecta ubertate proiecit.* Eodem modo de mori arboris fructu Ovidius Metamorph. lib. IV. v. 159.

— — Pullosque et luctibus aptos
Semper habet fetus. LINDENBR.

Cespitis ubere] soli ubertate xx, 11. xxxI, 3. W.

49. *Sagareus et Saganis.*] Ptolemaeo *Saganus.* De *Sagareo* nil compertum habeo, nisi is sit κ..ιος, ibidem a Ptolemaeo positus. VALES.

Sagareus, Saganis et Hydriacus.] Ptolemaeus habet *Saganum, Salarum — Caudriacem.* W.

Carmana] hod. Khirman, vel Shirdjan. Mannert. v, 2, 66. W.

Ortopana.] Mſ. *Portosphana.* Is. *Portopana.* Ptolemaeus pag. 150. πόλεις δέ εἰσιν ἐν τῇ Περσίδι, καὶ κῶμαι μεσόγειοι, αἵδε — Ἄξιμα, Πορτόπανα, Περσέπολις. LINDENBR.

Portospana] Videtur nunc esse *Terpez.* Mannert l. l. p. 66. *Alexandriam* nominat etiam Ptolemaeus et Plinius. Ibi nunc Hormoz. Idem p. 65. W.

Hermupolis.] In Reg. *Tolos.* [Colbert.] et Rom. *Hermopolis.* Ea videtur esse, quae a Ptolemaeo ἁρμουζα πόλις. Porro quae Portospana hic dicitur, apud Ptolemaeum est πορτοσπάνα, non πορτοπάνα, ut Lindenbrogius dixit. VALES.

50. *Glaebae maximae auro micantes.*] Restituimus hunc locum ex coniectura Cl. Salmasii, [ad Solinum p. 210. (p. m. 148. W.)] cui codex Reg. [et Colbert.] et Editio Rom. suffragantur. VALES.

Glebae macie internecante sementes] ob aridum solum intermoriuntur coniecta semina. Cf. tamen Strabo XI. p. 509. Almel. W.

Quae cuiusmodi solent capi commentis.] Quo astu tigres a venatoribus capi soleant, docet Pomponius Mela lib. 3. cap. 5. Plinius lib. 8. cap. 18. ac Solinus cap. 21. quibus accedit Claudianus lib. 3. de raptu Proserpinae v. 263. ss.

Arduus Hyrcana quatitur sic matre Niphates,
Cuius Achaemenio Regi ludibria natos
Avexit tremebundus eques. Furit illa marito
Mobilior Zephyro, totamque virentibus iram
Dispergit maculis, iamiamque haustura profundo
Ore virum, vitreae tardatur imagine formae.

Id est solo occursu maris retardatur, cuius subsidio raptores evadunt. Idem scribit Philostratus lib. 2. cap. 7. Valerius Argon. lib. 1. et lib. 6. v. 144. ubi de laxamatis:

Laxamatas venatus alit: nec clarior ullis
Arctos equis. Abeunt Hypanim, fragilemque per undam,
Tigridis aut saevae profugi cum prole leaenae:
Moestaque suspectae mater stupet aggere ripae.

Sunt et alii complures modi, quibus tigres in Oriente capi solent: inter quos hic refertur a Petro Teixera lib. I. Relationis de Regibus Persarum, cap. 29. Venatores brachium laevum laminis ferreis ad cubitum usque accurate contegunt, dextro pugionem aut venabulum acutissimum praeferunt: qui ubi primum tigrem adspexere, brachium iis sinistrum ad morsum offerunt: quod cum illa apprehendit, illi e vestigio pugione in ventrem immisso feram conficiunt. Idem Teixera tigrem ait, licet sit ferocissima, tardam tamen nec paris ac ceteras feras bestias velocitatis esse: quare ceteras animantes eius impetum facillime fuga evadere: quod si ita est, quaecumque Auctores supra allati de tigrium venatu scripsere, longe a vero abesse oportet. *Aliud fraudis genus ad capiendos tigrium fetus refert Ambrosius in libro 6. Hexaemeron capite 4. *Ubi se contiguum viderit, sphaeram de vitro proiicit. At illa imagine sui luditur, et sobolem putans, revocat impetum, colligere fetum desiderans*, et reliqua quae ibi vide. Hinc igitur explicandi sunt Claudiani versus, quos paullo ante retuli.* VALES.

51. *Marinis mercibus*] Per Caspias enim portas ex Parthia huc commeabant mercatores. W.

52. *Oxus* (Harrat) Mannert p. 449. W.

Socunda et Saramanna.] Ptolemaeo σαραμάννη πόλις. σωκάνάα πόλις. Straboni lib. XI. p. 508. Almel. σαμαριανὴ in Hyrcania corrupte, ut opinor. In Reg. Ms. erat *Soconda*, [ut et in Colbert.] VALES.

Azmornam et Solen.] In Reg. est *Amorna et Solen*. Ptolemaeo ἀμάρουα. Ὑρκανία μητρόπ. σάλη. ἄσμουρα. In Editione Rom. est *Azinorna:* [in Ms. Colbert. *Azmorna.*] VALES.

Socunda, Saramanna, Azmorna et *Sole*, inania sunt, ut verbis utar Cellarii in Orbe antiquo T. II. p. 826. nomina sine memoria historiarum. cf. tamen *Mannert* Th. IV. *Norden* p. 434. ff. W.

53. *Abii*] Hos interserit Ammianus, ut Homeri sedulum lectorem sese probet. *Calcare*, contemnere. W.

Ut Homerus.] Statim initio Iliad. XIII. (v. 5.) LINDENBR.

54. *Antiochia*] ab Antiocho, Seleuci filio, condita. Cf. Salmas. ad Solin. p. 691. — *Nisea.* hod. *Herat.* Mannert. v. 444. ff. W.

55 [*Arsaci formidabiles Reges.*] Iustinus in libro XLI. Bactrianorum Regnum paullo ante Parthicum a Diodoto constitutum esse dicit, idque *opulentissimum mille urbium imperium* appellat c. I. et a Parthis post multa proelia tandem subactum esse tradit.] VALES.

56. *Humi* regiones *gignentium* pecudum, cf. infra §. 68. *fertiles.* Ernesti. W.

Cameli a Mithridate exinde perducti, et primitus in obsidione Cyzicena Rom. visi.] Camelos ante Mithridatem debellatum Romae non visos etiam C. Sallustii fuit opinio: quam ta-

men Plutarchus reprehendit in Vita Luculli c. 11. Σαλλουστίου δὲ θαυμάζω τότε πρῶτον ἆφθαι Ῥωμαίοις καμήλους λέγοντος, εἰ μήτε πρότερον τοὺς μετὰ Σκιπίωνος νικήσαντας Ἀντίοχον ᾤετο, μήτε τοὺς ἔναγχος πρὸς Ὀρχομενῷ καὶ περὶ Χαιρώνειαν Ἀρχελάῳ μεμαχημένους, ἐγνωκέναι κάμηλον. LINDENBR. Cf. Livius XXVII. 40. W.

57. *Bactrianis obediunt plures, quas exſuperant Tochari.*] Antea edebatur, *quae arva plana arant:* idque ex commento Caſtelli. In Reg. Mſ. *Toloſ.* [ac Colbert.] et in Editione Rom. legitur, *quas exiuperan chari.* *In Vatic. *quas exſuperant chari:** ex quo veram lectionem elicuimus, adiuvante Ptolemaeo, cuius haec ſunt verba in Bactrianae deſcriptione: κατέχουσι δὲ τῆς βακτριανῆς τὰ μὲν ἀρκτικὰ ζαριάσπαι· ὑπὸ δὲ τοὺς ζαριάσπας τόχαροι, μέγα ἔθνος. De his loquitur et Dionyſius de ſitu orbis, et Plinius. Male apud Strabonem lib. XI. τάχαροι dicuntur. VALES.

Orchomanes.] In Reg. eſt *Orgomanes.* In Aug. Editione *Dargamanes.* Ptolemaeo δαργομάνης. In Editione Rom. *Orchamones,* [in Colbert. *Orchomanes.*] VALES.

58. *Cathra et Charte.*] In Reg. *Chatra et Carthe.* In Auguſtana Editione *Charrachatra*, Ptolemaeo (rectius. W.) χατραχάρτα. In Editione Romana *Chatra et Charte,* [ut in Mſ. Colbertino] * et in Toloſano. * VALES.

Alicodra, et Aſtacia, et Menapila.] In Editione Aug. eſt *Aſtacana:* Ptolemaeo ἀλίχορδα, ἀστάκανα, μεναπία. VALES.

Bactra] cf. Mannert p. 447—458. W.

59. *Sub imis montium pedibus.*] Sic diſtinxi hunc locum, ut et auctoritas Regii Cod. *Toloſ.* [et Colbert.] et ratio ipſa ſuadebat: hinc enim orditur Ammianus deſcriptionem Sogdianae. Deſunt autem hic nonnulla, quae ſic ſuppleri poſſunt: *Hinc Sogdiani agunt ſub imis montium pedibus, quos app. Sogdios.* VALES.

Inter quos amnes duo fluunt.] Si verum eſt haec ex Ptolemaeo eſſe deſcripta, ut veriſimillimum eſt; multa hic Ammianus peccavit. Neque enim Ptolemaeus dicit duos amnes interfluere inter montes Sogdios, ſed potius Sogdios montes protendi inter duos amnes, Oxum ſc. et Iaxartem: neque Oxiam paludem a Dyma ait effici, ſed ab neſcio quo innominato fluvio. Poſtremo nec Sogdianam totam ſuppoſitam eſſe Sogdiis montibus dicit, ſed exiguam eius partem. VALES. Extremum hoc aberrationis crimen non eſt Ammiani, ſed ipſius Valeſii, qui ita ſupplere Ammianum voluit, ut huic vitio eſſet propinquus. Quem quum neſciamus, quomodo ſcripſerit; utique temperemus palam vitioſe ſupplere. GRON.

Araxates et Dymas.] Ptolemaeus *Dymum* vocat. Ὀνομάζεται ὁ μὲν ἕτερος αὐτῶν Δύμος. Et poſt: ὁ δὲ ἕτερος Βασκάτις. LINDENBR.

Araxates] Corruptum ſine dubio pro *Iaxartes.* W.

Alexandria] Duas huius nominis habet Ptolem. *Oxianam* et ultimam. W.

Tribatra et Drepſa.] Mſ. *Creſcata et Areta ipſa metrop.* lſ. *Creſcata et Drepſa.* Ptolem. Κυρεσχάτα. Verius tamen puto, *Trybactra et Drepſa.* Ptolemaeus pag. 160. Τρύβακτρα, Ἀλε-

ξάνδρεια, Ὠξιανὴ, Ἰνδικομορδάνα, Δρέψα μητρόπολις, Ἀλεξάνδρεια ἐσχάτη. LINDENBR.

Tribatra.] In Mſ. Flor. *Toloſ. Vatic.* [Colbert.] et Reg. *Creſcata* legitur, nec ſecus in Editione Rom. ſed Mariangeli Editio ex coniectura, ut opinari datur, *Cyreſchata* praefert: quod ſequi placet ex auctoritate Ptolemaei. Haec et κύρα ſimpliciter dicta eſt. Strabo lib. XI. p. 517. Alm. μαράκανδα δὲ τῆς σογδιανῆς καὶ τὰ Κύρα ἔσχατον ὂν Κύρου κτίσμα ἐπὶ τῷ ἰαξάρτῃ ποταμῷ, ὅπερ ἦν ὅριον τῆς περσῶν ἀρχῆς. Apud Stephanum legitur Κύρου πόλις, ἣ καὶ κυρέσχατα καλεῖται. Ab eadem cauſa dicta urbs eſt ἀλεξανδρεσχάτη apud Appianum in Syriacis. Ptolemaeo ἀλεξάνδρου ἔσχατον. [Pro *Drepſa* Colbert. *Areta ipſa* habet.] VALES. Adde et Salmaſium in Solinianis pag. 791. GRON.

Cyreſchata aliis *Cyropolis* ab Alexandro M. deſtructa, Arrian. IV, 1. Cf. Salmaſ. ad Solin. p. 840. — *Drepſa.* cf. Mannert. p. 459—469. Hiſtoriam Bactrianorum, Hyrcanorum et Sogdianorum idem p. 470. ſſ. W.

60. *Squalentia.*] aſpera ſilvis et paludibus. cf. XV, 4. *Solo pecori fructuoſa.* Intelligi poſſunt loca, quorum ſolum pecori aptum: fortaſſe tamen *ſolo* inſolentior dativus eſt pro ſoli. W.

Aſcanimia mons et Comedus.] Mariangeli Editio ad Ptolemaei codices caſtigata habet *Aſcatanca.* Ptolemaeo enim eſt ἀσκατάγκας. Comedum autem montem ipſum vocari Ptolemaeus non dicit, ſed tantum regionem dici κομηδῶν ὀρεινὴν, a Comedis ſcilicet incolis. VALES.

Mercatoribus pervium ad Seras.] Neque id Ptolemaeus diſtincte dicit. VALES.

Iter mercatoribus pervium e Bactriana per Sogdianam usque ad fontes Iaxartis fluvii. Mannert p. 479. W.

61. *Defectus*] cf. infra. *et crepidines* portas et margines, inclinationes *montium Imavorum* (Altai et Chaltai) Mannert IV. p. 482. et *Tapuriorum* p. 485. W.

Agentes quodam in ſeceſſu] in angulum quaſi orbis habitabilis ſepoſiti. W.

62. *Ut Iaxartae ſunt.*] Ptolem. Ἰαξάρται μέγα ἔθνος, παρὰ τὸν ὁμώνυμον ποταμὸν, μέχρι τῆς πρὸς τοῖς ταπούροις ὄρεσιν ἐπιστροφῆς. Vid. Strab. Plin. Avien. LINDENBR. *Iaxartae* fluvii Iaxartis (Syr) accolae. W.

Homerus in hoc verſu] Homerus Iliad. v. 5. quo verſu etiam Strabo utitur, de iisdem populis agens lib. VII. p. 396. Almel. LINDENBR.

63. *Roemnus, et Iaxartes, et Talicus.*] In Mar. Editione legitur *Rhymmus et Daicus,* ex Ptolemaeo, ut apparet. Nam ſcripti codices nihil variant. Sed vulgatam lectionem equidem tueri malim: praeſertim cum ſciam, υ et οι litteras eſſe permutabiles: cuius affinitatis infinita propemodum legentibus exempla occurrunt. Hinc Moeſiam Latini dixere, quae Graecis eſt μυσία. In Lexico etiam Suidae Mſ. Bibliothecae Regiae, ante literam Υ obſervavi poſitam fuiſſe οι. quod tamen in editis minime obſervatur. In ſingulis quoque litteris is ordo ſervatur in Editionibus quoque vulgaribus Suidae, ut οι ante litteram υ proxime collocetur. [Hunc fluvium, quem Ammianus Roemnum vocat, Ptole-

maeus Rhymmum, vel potius Rhymnum, Plinii aetate Rymnum dictum esse non dubito. Ce te eius accolae fluminis *Rhymnici* ab eo nuncupantur, et inter Scytharum gentes numerantur in capite XVII. libri VI.] VALES.

Roemnus (Rymnus) et mons (Ural) et fluvius (Cjasuni) Mannert. p. 483. 84. W.

Talicus.] Ptolemaeo δαΐκος ποταμοῦ. Ammiano * *Talicus* pro *Taicus* aut * *Daicus*, eo more quo Rogomanius supra, et Arcadius, et Thespanius et similia multa: cum Daix (cf. Mannert l. c. W.) regulariter dicere debuisset. [Δαὶξ Menandro vocatur in Excerptis legationum pag. 109.] VALES.

Cauriana.] In Reg. *Vat. Tolos.* [et Colbert.] *Chauriana* rectius. Apud Ptolemaeum enim est χαυράνα: et quae *Saga*, ea σοῖτα apud Ptolemaeum. Unde opinari datur σοῖγα fuisse scriptum in exemplari, quo usus est Marcellinus: quod quidem corruptum fuisse satis apparet. VALES. Ptolemaei ipsius diligentiam in describendis his regionibus magnopere laudat Mannertus p. 482. W.

64. *Contra Orientalem plagam in orbis speciem consertae celsorum aggerum summitates ambiunt Seras.*] Quibus verbis sine dubio *murum Sinensem* celeberrimum significari iam olim coniecerat Gisb. Cuperus in literis ad Basnagium. v. Lettres de Cuper p. 401. atque idem placere praestantissimo Mannerto p. 530. non sine voluptate animadverti. Hic tamen miratur, qui factum, ut Ptolemaeus tam magni, inclytique operis nullam mentionem fecerit, quod, uti Iesuitae affirment, ultra bis mille annos exstet. Dubium quidem sibi ipse movit Mannertus, ortum ex eo, quod paullo post *celsi illi aggeres iidem,* qui montes Anniva cet. ab Ammiano habiti fuisse videantur. Quum vero non uno tenore hos et illos iungat montes, sed finibus Serum per aliquot lineas interpositis separet, verba autem *in orbis speciem,* et *ambiunt Seras,* ad montes Annivam cet. mediterraneos trahi nullo modo possint, acutissime scrupulum ita sibi eximit, ut pro *iidem* legi suadeat *ibidem*, ego vero tam salubre consilium secutus in contextum recepi. *Appellantur* h. l. est memorantur. W.

Anniva et Nazavicium.] Ptolemaeo ἄννιβα. αὐξάκια. Pro Asmira Ptolemaeus habet ἀσμίραια. Itemque ὀττοροκόῤῥας pro Opurocarra. Orosio lib. I. *Ottorogarras.* VALES. Adde et Salmasiana ad Solinum pag. 989. GRON. Vide Mannert p. 501. W.

65. *Oechardes et Bautis.*] Ptolemaeo οἴχαρδος et βαύτης. [Colbert. Ms. *et Chartis et Bautis.*] VALES.

Oechardes (hod. Selenga) et *Bautis* (Hoang Ho, *der gelbe Fluss*) Mannert p. 502. W.

66. *Alitrophagi et Carambusi.*] In Ms. *Vatic.* et Reg. legitur *et anibuse.* In Editione Rom. *e Canibus.* [In Ms. Colbertino *ae canibus.*] Ptolemaeo ἀνθρωποφάγοι et ἄννιβοι. Itidemque οἰχάρδοι, non Chardi, ab Oechardo fluvio ita dicti. VALES. Sub hac vulgata lectione *Androphagi* videntur latere Vossio ad Pomp. Melam pag. 259. GRON. *Anthropophagos* in his terris ponunt Mela III, 7. Plin. VI, 17. W.

Chardi] rectius Oechardi. W.

Rabannae.] Ptolemaeo ῥαβάνναι. VALES.

Eſſedones] Iſſedones. W.

Athagorae.] Sic ex Mſſ. Regio, *Toloſ. Vatic.* [Colbert.] et Flor. et Editione Rom. et Mar. emendavimus, cum *Atharae* legeretur. Ptolemaeo ἠθάγουροι. Iidem eſſe videntur, quos Plinius lib. 6. cap. 17. ex eoque Solinus et Capella Attacoros vocant, de quibus peculiare volumen ſcripſit Amometus teſte Plinio. VALES.

Aſpacarae.] Sic diſerte in codice Regio reperimus. optime. In *Toloſ. Mſ.* [et Colbert.] et in Editione Rom. *Aſpacarat Beatae.* Ptolemaeo ἀσπάκαραι. Eorum urbs quoque *Aſpacara*; male intra *Aſpatara* appellatur. Pro *Betae* Ptolemaeus βᾶται. Sed errat Marcellinus, qui *Betas* in Meridiem vergere prodit. Nam de Ottorocarris id ſcribit Ptolemaeus. VALES.

Betae] Batae. — *Non multis, magnis tamen celebrantur et opulentis.* Aliter interpungendo hoc loco Ammianum iuvare mihi viſus poſt *Aſpacarae* unius puncti loco duo, poſt *inclinati* poſui τελείαν στιγμήν, ut, quae ſequuntur, urbes non Betarum ſolorum, ſed totius Sericae ſint. — *Asmira* ad montes Asmiraeos. *Eſſedon,* (Iſſedon) Serica, ut diſcernatur ab altera, Scythica. — *Aſparata* rectius *Aſpacara.* — *Sera* metropolis, hodie ſine dubio *Singan-fu.* Mannert p. 506 — 8. W.

Et Pherae.] In Reg. *Vat. Toloſ.* [et Colbert. Mſſ.] *Fera* ſcribitur: ex quo *Sera* legendum eſſe apparet. Sic enim dicta eſt Sericae caput. Ptolemaeo σῆρα μητρόπολις. In Editione Rom. *Fere.* VALES

67. *Voluptabile*] cf. XXXI, 2. — *Aëris facies munda* coeli ſerenitas — *ſilvae ſublucidae* non denſae. W.

Aſperginibus creb. molientes.] In Mar. et Rob. Stephani Editionibus legitur *mollientes* rectius ſine dubio. Solinus, cuius verba plerumque mutuatur Marcellinus noſter, ſic habet c. 50. *Qui aquarum aſpergine inundatis frondibus, vellera arborum adminiculo depectunt liquoris, et lanuginis teneram ſubtilitatem humore domant ad obſequium.* Plinius vero, ex quo hauſit Solinus, ſic dicit: *Perfuſam aquae depectentes frondium canitiem.* Capella lib. 6. lanuginem vocat. VALES. Sermo eſt de lana arborea, xylina, non de bombycina, de qua vide Plinium VI, 20. Solinum c. 50. ibique Salmaſ. p. 694. 695. Virgil. Georg. II, 121. *Vellera ut foliis depectunt tenuia Seres* — Silius Ital. VI, 4. *Seres lanigeris repetebant vellera lucis,* ubi vide interpretes; *Salmaſ.* ad Tertullianum de pallio p. 198. *Forſterum* de byſſo, uti de Seribus omnino p. 18. ſſ. ita ſpeciatim de ſerico xylino p. 26. ſſ. cf. tamen Mannertum p. 525. ſſ. W.

68. *Cumque ad coemenda fila, vel quaedam alia.*] Solinus cap. 53. *Seres ipſi quidem mites, et inter ſe quietiſſimi: alias vero reliquorum mortalium coetus refugiunt, adeo ut ceterarum gentium commercia abnuant. Primum eorum fluvium mercatores ipſi transeunt: in cuius ripis, nullo inter partes linguae commercio, ſed depoſitarum rerum pretia aeſtimantes ſua tradunt, noſtra non emunt.* LINDENBR. Muti illud genus commercii, quod commemoravit iam ſuo tempore Herodotus IV, 196. etiamnum feris gentibus in uſu eſſe, Itineraria docent, v. c. Ehr-

manns Gefch. der Reifen. T. II. p. 172. Cf. Heeren Ideen über Politik der alten Völker. P. I. p. 138. W.

Gignentia] i. e. pecudes. v. fupra §. 56. W.

69. *Ariani*] v. Salmaf. ad Solin. p. 843. *Arias*, Ptolem. *Arius*. *faciens lacum* eiusdem nominis *Aria*. hod. *Zare*, *Dara* in hodierna Sigiftan. W.

Faciens lacum ingentem.] Id de fuo admetitur Marcellinus. Nam Ptolemaeus certe id non dicit. VALES.

Bitaxa, Orbitana.] Mf. *Bitaxas Armatina*. Videtur legendum, *Bitaxa, Sarmagana*. Sic Ptolemaeus in Ariae Defcriptione: Βιτάξα, Σαρμάγανα. Adduntur que mox poft reliquae civitates, Ἀλεξάνδρεια ἐν Ἀρίοις, Σώτειρα, Νισιβίς. LINDENBR. Eadem fere ratione, qua Salmafius pag. 794. (p. m. 558. W.) ad Solinum proponebat *Bitaxa Sarmagina*. GRON.

Bitaxa — Sarmatina — Sotera — Nifibis — Alexandria.] E pluribus a Ptolemaeo commemoratis urbibus has nominat Ammianus; quod vero addit: *inde naviganti ad Cafpium mare* 1500 *ftadia numerari*, documento eft, eum de vero iftarum regionum fitu fallam animo concepiffe notionem, uti recte monet Mannert v, 2. p. 99. W.

70. *Paropanifadae.*] Rectius ParopaMiladae a monte Paropamifo, qui eos a Bactrianis feiungit. Regio via quafi regia erat e Perfia in Indiam proficifcentium. Cf. Salmaf. ad Solin. p. 554. — *Ipfi montium defectibus*. cf. fupra §. 61. *Inclinati* Perizonius ad Aelian. XII, 37. mavult *acclinati* W.

Ortogordomaris.] Ptolemaeus: ἐμβάλλουσι δὲ εἰς τὴν χώραν ποταμοὶ, ὅ τε δοργαμάνης ὁ ἀπὸ τῆς βακτριανῆς. Videtur Marcellinus ὁτεδοργαμάνης pro una voce accepiffe: quod eo fortaffe ipfi contigit, quia in Mff. veteribus, praefertim quae capitalibus litteris effent exarata, nulla diftinctio effet litterarum. Supra in Bactrianae defcriptione hic idem fluvius Dorgomanes dicitur. VALES.

Naulibus et Ortopana.] Ptolemaeo ναυλιβίς· κάρουρα ἡ καὶ ὀρσπατόνα. et ita plane exhibet Editio Mariangeli. In Bononienfi autem Editione, quam Petrus Caftellus inquinavit, *Naulibis, et Artoarta* legitur ex eodem Ptolemaeo, ut apparet. VALES. *Ortopana* rectius *Ortofpana*. Mannert p. 84. W.

Unde litorea navigatio.] Eratofthenes apud Strabonem lib. XI. p. 514. Almel. ἀπὸ μὲν κασπίων πυλῶν εἰς ὀρτόσπανα διὰ τὴν ἐκ βάκτρων τρίοδον δισχιλίους σταδίους. et lib. 15. p. 723. VALES.

71. *Drangiani*] Rectius *Drangae*. Fluvius *Arabius* vel *Arbis, quod inde* fcil. ab Arabibus f. Arabitis, populo Indicae originis, *exoritur*. v. Mannert v. 2. 14—17. Oppida: *Prophtafia*, ad fines Ariae provinciae — *Ariafpe* de quibus vide eundem p. 70. 71. W.

Arabum nomine.] In Mff. codd. Regio, Vatic. Tolof. [et Colbert.] *et in Editione Rom. *Arabium* reperimus. Ptolemaeus: διαρρεῖ δὲ τὴν χώραν ποταμὸς ἀπὸ τοῦ ἀράβιος ἐκτρεπόμενος. Unde haec fupplenda videntur in Auctore noftro: *Collibus cohaerentes, quos flumen interfluit Arabium nomine, ideo appellatum quod inde exoritur.* Hic porro locus in Editione Lindenbrogii corruptiffimus eft: legitur enim, *appellatis quod inde exorti.* Sed noftra lectio praeter auctoritatem Regii Cod. *Vatic. Tolof.* [et

Colbert.] ab Editione Rom. et Mar. et Stephani approbatur. Arrianus quoque in lib. 6. de rebus Alexandri, et in Indicis Arabium vocat fluvium Indiae, eiusque accolas Arabios et Arabitas. VALES.

Profphthafia et Ariafpe.] Ita ad fidem Mf. editum. Vulg. *Prophthafia, et Ariafp.* Ptolem. Πόλεις δὲ καὶ κῶμαι φέρονται Δραγγιανῆς αἵδε, Προφθασία ..... Ἀριάσπη. LINDENBR.

Profphtafia.] Sic Lindenbrogius ediderat. In Regio *ac Tolof. Mf.* et in Rom. Editione *Profthafia* legitur: [*Profthafia* in Mf. Colb.] ex quo *Prophthafiam* eruere malui ex auctoritate Strabonis, et Stephani, qui Phradam prius dictam prodit: Φρὰδα πόλις ἐν Δράγγαις, ἣν Ἀλέξανδρος Προφθασίαν μετωνόμασεν. Χάραξ ἐν ἕκτῳ Χρονικῶν. Auctor eft Plutarchus in 2. de fortuna Alexandri, Prophthafiam a Macedonibus conditam in Sogdianis. Quare cum id nomen Graecum effe conftet, Prophthafiam praefero. προφθασία enim Graeca vox eft: fic facrum quoddam apud Clazomenios dictum docet Diodorus Siculus xv, 18. VALES. Edidi autem *exadverfum*, quod ex Vat. etiam notatum eft in patris exemplari, ut ab Lindenbrogio ex Medicaeo; et docta ex doctis aliis fcriptoribus aemulari voluit Ammianus, ut alibi docebo. GRON.

72. *Amnis*] multo minor Arachotus, quod nomen et metropoleos fuit, paludem efficit *Arachotoscrenen* (Ἀράχωτος κρήνη.) — *Alexandria.* Plinius VI, 25. Ifidoro Charac. Alexandriopolis. Mannert p. 76 – 80 W.

73. *Artabii flumine.*] Supra *Arabium* dixerat. Apud Ptolemaeum eft ἄραβιος ποταμοῦ. Marcianus tamen in periplo ἄρτάβιος dicit. VALES.

Arabio] Sic correxi τὸ *Artabio*, quod contextum obfederat, eft enim idem, qui Drangianos permeat. W.

Montes Barbitani.] Ptolemaeo ὄρη καλούμενα ἄρβιτα. Forte Harbitani legendum: fic fupra *Nazavicium* pro *Hazavicium:* et apud Marcellinum Comitem in Chronico *Narbazaicus* pro *Harbazacio.* VALES.

Sedratyra.] Reg. codex [et Colbert.] *Sedratira.* An forte ea eft, quae apud Ptolemaeum σωσξέτρα? VALES.

Gynaecon limen] γυναικῶν λιμήν, qui cur ita dictus, nefcio. cf. Mannert p. 7. et 42 — 49. W.

74. *Mare praetentum a Cafpiis.*] Hanc oram defcribit Strabo lib. XI. pag. 508. fed fpatia non exprimit. VALES.

Ab oftiis Nili fluminis.] Inter Nilum fl. et finum Arabicum breve fpatium intereft 90 circiter ftad. ut ex Eratofthene prodit Strabo. VALES.

75. *Non indecoribus barbis*] Idem de Perfis teftatur Procopius in ἀνεκδότοις, ubi ait Venetianos et Phrafinos mentum et muftacas non rafiffe ex more Romanorum, fed promiffa undecumque barba inftar Perfarum fuiffe. Iam de promiffis eorumdem capillis teftis eft Seneca in Epift. ult. Ex quibus interpretari foleo locum Libanii ex Orat. funebri in Iulianum, pag. 325. (Reisk. I. p. 617.) ἡμεῖς μὲν ᾠόμεθα γῆν πεσσῶν ἅπασαν μέρος τῆς Ῥωμαίων ἔσεσθαι καὶ γλῶτταν ἀμείψειν, καὶ στολὴν μετακοσμήσειν, καὶ κερεῖν κόμας. Hinc in Epitaphio Aefchyli Athenienfis, Poetae tragici:

Καὶ βαθυχαιτήεις Μῆδος ἐπιστάμενος. VALES.

Herodoto dicuntur κομῆται L. VI. c. 19. Cf. Briffon. p. 561. W.

Gladiis

Gladiis cincti cernuntur.] Iosephus lib. 18. Antiq. cap. 3. de Persis idem dicit: μαχαιροφορεῖν τε γὰρ ἔθος ἅπασι. VALES. Cf. Brisson. p. 628. W.

Quem Graecorum veterum morem.] De hoc more veterum Graecorum loquitur et Aristot. in 2. Polit. cap. 6. ἐσιδηροφοροῦντό τε γὰρ οἱ ἕλληνες, καὶ τὰς γυναῖκας ἐωνοῦντο παρ' ἀλλήλων. VALES.

Thucydides est auctor.] Thucyd. lib. 1. c. 6. coll. c. 5. (ubi v. Wass. et Duker. p. 297. Bip. W.) LINDENBR.

76. *Effusius soluti in Venerem* cet.] Herodot. 1, 135. Γαμέουσι δ' ἕκαστος αὐτέων πολλὰς μὲν κουριδίας γυναῖκας, πολλῷ δ' ἔτι πλεῦνας παλλακὰς κτῶνται. Cf. Brissonius p. 498. W.

Puerilium stuprorum expertes] Herodotus de Persis lib. 1. c. 135. ἀπ' ἑλλήνων μαθόντες παισὶ μίγνυνται. LINDENBR.

Puerilium stuprorum expertes.] At contrarium de Persis tradit Sextus lib. 1. Pyrrhon. Hypotyp. παρὰ μὲν πέρσαις ἔθος ἐστὶν ἀῤῥενομιξίαις χρῆσθαι· παρὰ δὲ Ῥωμαίοις ἀπαγορεύεται νόμῳ τοῦτο πράττειν. [Ammiano tamen favet Curtius in libro x. c. 1. ubi Orsines Persa ait, *moris non esse Persis mares ducere, qui stupro effeminarentur.*] VALES. v. Brissonium p. 500. W.

[*Pro opibus quisque adsciscens matrimonia plura vel pauca.*] Sic Persae, sic Hunni, ut Dexippus docet, ita etiam Germani fecerunt, sicuti Tacitus in libro de moribus Germanorum tradit. Eumdem morem Saraceni servarunt, et omnes Arabes, ac Muhammedis sectatores, quos hodieque Turci imitantur.] VALES.

Per libidines varias caritas dispersa torpescit] nullam amant, quia amant plures. W.

Potandi aviditatem vitantes.] Mirum hoc de Persis, si verum est Ammiani aevo ita moratos fuisse: quippe cum ex Xenophonte, Herodoto, Athenaeo, aliisque constet, adeo ebrietati eos olim deditos, ut saepe neque pes, neque caput suum officium fecerint. LINDENBR. v. Brisson. p. 475. W.

77. *Venter unicuique velut solarium.*] Feritatem hoc populi et barbaros mores notat: *Belluarum quippe ritus est, ex ventris esurie horas sentire, et non habere certum, quod constat humanis usibus adtributum.* Cassiodorus lib. 11. Variar. 46. Respexit autem Ammianus ad Plauti versus in Boeotia. *Apud A. Gellium lib. 3. cap. 3.

Me puero venter erat solarium
Multo omnium istorum optimum et verissimum.
Ubi iste monebat esse, nisi cum nihil erat:
Nunc etiam quod est, non est, nisi Soli lubet. LINDENBR.

Quod inciderit] τὸ τυχόν. W.

Nec quisquam post satietatem.] Procopius Persicor. lib. 11. Μονότροποι, εἴπερ ἄλλοι τινὲς, οἱ Πέρσαι εἰσὶν, καὶ τὰ ἐς τὴν δίαιταν ὑπεράγαν σκληροί. LINDENBR.

Superfluos sibi ingerit cibos.] Bellaria intelligit ac secundas mensas, quibus carebant Persae. Sed contrarium dicit Herodotus lib. 1. c. 133. Persas scilicet cibis uti paucis, bellariis autem plurimis: σίτοισι δὲ ὀλίγοισι χρέονται· ἐπιφορήμασι δὲ πολλοῖσι καὶ οὐ καλοῖσι. Persis quidem patrium id esse institutum tradit Xe-

nophon, τὸ μονοσιτεῖν: quod eſt ſemel tantum in die edere, idque ſub veſperam, ut docet Procopius lib. 1. Perſic. VALES.

79. *Nec ſtando mingens* etc. *viſitur facile* Perſa. teſte etiam Xenophonte Cyrop. 1, 2. extr. W.

Nec ad requiſita naturae ſecedens.] Idem dicit Xenophon lib. 8. c. 8. §. 11. de inſtitutione Cyri: κἀκεῖνο ἦν αὐτοῖς ἐπιχώριον τὸ μεταξὺ πορευομένοις μήτε ἐσθίειν, μήτε πίνειν, μήτε τῶν διὰ ταῦτα ἀναγκαίων μηδὲν ποιοῦντας φανεροὺς εἶναι. Eamdem Perſarum verecundiam teſtatur et Dio Chryſoſtomus Orat. 13. de exſilio (Reisk. 1. p. 429.) καὶ τὸ γυμνοῦσθαι τὸ σῶμα αἴσχιστον αὐτοῖς ἐδόκει καὶ τὸ οὐρεῖν ἐν τῷ φανερῷ. Et ante utrumque Herodotus lib. 1. c. 99. [Idem obſervant hodieque Muhammedani, inprimis Turci.] VALES.

80. *Diſſoluti*] diſcincti. *Actuum laxitate,* arctis veſtibus non impedita. *Artifices* callidi. W.

Inſanumque loquentes ac ferum.] Perſae a puero aſſueſcebant magnitudini vocis. Euſtathius in Dionyſium: ἀσκεῖν δὲ λέγονται καὶ μεγαλοφωνίαν οἱ Πέρσαι; ex Strabone lib. xv. VALES.

Inſanum] mirum, quantum loquaces blaterent. W.

Cutes vivis hominibus detrahunt.] Tzetzes Hiſtor. Chil. 1. cap. 1. de Peteſaci ſupplicio, cui Amytis filia Aſtyagis τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξώρυξεν, ἐκδείρασά τε ζῶντα, ἀνεσκολόπισε σταυρῷ. Vid. Briſſonii V. C. de Reg. Perſ. lib. vi. LINDENBR.

Menſae abaco, vel officii cauſa pocillatoribus *adſtanti.* W.

Proſtratis pellibus.] Pelles Perſicae in pretio fuere, ut ſuperioribus libris notavi: eaeque variis coloribus eleganter erant pictae. Callixenus Rhodius lib. 4. de Alexandria: ψιλαὶ δὲ περσικαὶ τὴν ἀνὰ μέσον χώραν ἐκάλυπτον, ἀκριβῆ τὴν εὐγραμμίαν τῶν ἐνυφασμένων ἔχουσαι ζωδίων: quem locum citat Athenaeus lib. v. p. 197. B. Plutarchus quoque in Ageſilai vita de Pharnabazo Perſa haec dicit: ὑποβεβλημένων αὐτῷ κωδίων μαλακῶν καὶ ποικίλων δαπίδων: pro quo Xenophon lib. 4. rerum Graec. ubi eamdem rem narrat, habet: ὑποτιθέντων δὲ αὐτῷ τῶν θεραπόντων ῥαπτά. Eaedem pelles etiam Babylonicae videntur dictae: diſtinguuntur tamen in leg. 16. D. de publicanis. Gloſſarium vetus: βαβυλωνικὸν δέρματος εἶδος. Earum mentio eſt apud Zonaram in rebus Conſtantii, ubi de Hormiſda loquitur: σκηνή ποτε τῷ πατρὶ αὐτοῦ διεκομίσθη ἐκ βαβυλῶνος δέρμασιν ἐγχωρίοις ποικιλώτερον εἰργασμένη. Hieronymus ad Laetam de inſtitutione filiae: *Divinos codices amet, in quibus non auri et pellis Babylonicae vermiculata pictura, ſed ad fidem placeat emendata et erudita diſtinctio.* His igitur pellibus tricliniares lectos ſternere ſoliti erant Perſae. VALES.

Labra omnium vinciuntur.] Patrium fuit apud Perſas in menſa ſilentium ſervare, ut teſtis eſt Menander Protector lib. 2. Hiſt. his verbis, ὁ δὲ περσῶν πρεσβευτὴς, τοῦ διξαβούλου συντονώτερον ἐπεγκαλοῦντος, περιφρονήσας τὸν νόμον τῆς σιωπῆς τὸν ἰσχύοντα παρ᾽ αὐτοῖς ἐν ταῖς ἑστιάσεσιν, ἐπιτροχάδην ἤρξατο διαλέγεσθαι. Accedit Theophylactus lib. v. Hiſt. cap. 5. ubi ait Choſroem epulantem manu ſignificaſſe, ut neſcio quis ultimo ſupplicio afficeretur: οὐ γὰρ εὐωχουμένοις θέμις τοῖς πέρσαις διαλαλεῖν. Atque hinc forte eſt, quod apud Xenophontem lib. 8. Cyrus inducitur

in ſollemni convivio non niſi finitis epulis cum convivis loquens. Sunt alioquin Parthi natura taciturni, ut prodit Iuſtinus lib. 41. cap. 3.

[Heic autem docet Ammianus, quod nusquam alibi legere memini, apud Perſas labra famulorum miniſtrantium ad menſam et adſtantium vincta fuiſſe pellibus, ita ut nec hiſcere, nec loqui, ac ne ſpuere quidem poſſent. Quod factum puto, ne famuli dapes quas menſis inferebant, halitu ſuo inficerent. Sed *proſtratis pellibus* quid heic ſignificet, plane ignorare me fateor.] VALES.

Ita proſtratis pellibus labra omnium vinciuntur.] Valeſius ad h. l. (et Reineſius in Var. lectionibus p. 426.) de capiſtro quodam, φορβειᾷ, accepit, quo famulorum ora fuerint involuta atque munita, negat tamen ſe huius moris mentionem alibi inveniſſe, et cur *proſtrata* iſta vincula nominentur, fatetur ſe ignorare. Ego vero τὸ *labra vinciuntur* non ita nimis premendum reor, immo *proſtratas pelles* de lectis tricliniaribus, inverſaque orationis ſtructura totum locum ſic intellexerim: ita per omne prandiorum tempus ora omnium clauſa fuere, ut nec hiſcere nec ſpuere liceret. — Reineſius provocat ad Lipſium ad Senec. Ep. 47. W.

81. *Leges — latae contra ingratos.*] Tzetzes Hiſtor. Chil. 3. cap. 98.

> Νόμος κοινός τις Περσικός ἐστι, κατ' ἀχαρίστων
> Τοὺς δυναμένους σύμπαντας χάριν ἀποδιδόναι,
> Καὶ μὴ διδόντας ἰσχυρῶς εὐθύνων, καὶ κολάζων.
> Τοὺς ἀχαρίστους οἴονται καὶ γὰρ πρὸς τὴν πατρίδα,
> Καὶ πρὸς γονεῖς, καὶ πρὸς θεὸν, ἀσεβεστάτους εἶναι. LINDENBR.

Deſertores] acie excedentes. W.

Ob noxiam unius omnis propinquitas perit.] Exempla duri huius moris apud Herodotum lib. III. 119. Eſther cap. 8. Neque mitior lex Macedonum, *qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui Regi inſidiati eſſent, cum ipſis necarentur.* Curtius lib. VI. c. 11. At in Romano Imperio ultra auctores ſuos delicta non plectebantur. Dionyſius Halicarn. id notat in coniuratione Marſici et civilis belli, lib. VIII. c. 80. τὸ ἔθος τοῦτο Ῥωμαίοις ἐπιχώριον γέγονεν, ἀφεῖσθαι τῆς τιμωρίας ἁπάσης τοὺς παῖδας, ὧν ἂν οἱ πατέρες ἀδικήσωσιν, etc. Idque verum, quam diu respublica libera, niſi quod M. Ciceronis ſententia etiam ad Lepidi liberos bonis publicatis parentis calamitas pervenit, ut ipſe Tullius ad Brutum ſcribens ait Epiſt. XI. et XIV. *Videtur illud eſſe crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, poena perveniret: ſed id et antiquum eſt, et omnium civitatum, ſiquidem et Themiſtoclis liberi eguerunt.* At poſtquam in unius poteſtatem dominatio recidiſſet, etiam in perduellionum, aut adfectatae tyrannidis convictorum pignora ſaevitum: ut ſub Tiberio Seiani; ſub Severo Plautiani, Albini, Nigri; ſub Theodoſio, Maximi nefandiſſimi tyrannorum pignora, ob parentum peccata miſere periere. *Etiam priſca Mediolanenſium lege in crimine laeſae maieſtatis corporaliter puniebantur collaterales, quantumvis innocentes: ſed Karolus V. Imp. novellis ſuis Conſtitutionibus Dominii Mediolanenſis, et hanc legem et alia decreta tyrannica ſancivit eſſe antiquata et correcta.* Quo etiam pertinent, quae de Maratocuprenorum liberis Ammian. lib. 28. c. 2. §. 14. ſcribit. Itaque Arcad. et Honor. Impp. Conſtitutione, poena quoque in partem ad filios ex-

tenditur, quorum parentes laesae maiestatis reatum incurrerunt. L. 5. C. ad L. Iul. Maiest. LINDENBR.

Ob noxam unius omnis propinquitas perit.] Hoc maxime supplicio plectebantur apud Persas ii, qui Regem interfecerant. Quo fiebat, ut raro admodum Principum illorum vita insidiis appeteretur, ut Claudianus canit ad Eutropium II, 478.

Rarus apud Persas Regum cruor: unaque toto
Poena manet generi. quamvis crudelibus aeque
Paretur dominis. VALES.

Cf. Edm. Merillii obss. p. 122. W.

82. *Facundos iurisque publici peritissimos post indoctorum collocat terga.*] Assessores Magistratuum intelligit tam civilium quam militarium, qui erant iuris publici, id est iuris civilis peritissimi. Nam cum Magistratus ipsi plerumque illiterati, interdum et barbari essent; necesse erat ut iuris peritos sibi adiungerent, quorum opera in iure dicundo sublevarentur. Itaque huiusmodi Assessores, quasi ὑποβολεῖς necessaria pro tempore suggestui, post terga Magistratuum stabant: quod indignatur etiam Synesius in Orat. de Regno: νῦν γε καὶ τὴν βουλαίαν Θέμιν αὐτὴν καὶ θεὸν οἶμαι τὸν στράτιον ἐγκαλύπτεσθαι, ὅταν ὁ σισυροφόρος ἄνθρωπος ἐξηγῆται χλαμύδας ἐχόντων, καὶ ὅταν ἀποδὺς τὸ ὅπερ ἐνῆπτο κώδιον περιβάληται τήβεννον, καὶ τοῖς Ῥωμαίων τέλεσι συμφροντίζοι περὶ τῶν καθεστώτων, προεδρίας παρ' αὐτὸν που τὸν ὕπατον, νομίμων ἀνδρῶν ὀπίσω θακούντων. *Nunc vero et Themidem consilii publici praesidem et Martem ipsum arbitror erubescere, cum vir pellitus praeest chlamyde indutis, et deposita pelle qua amictus erat, togam sumit, et cum Magistratibus Rom. de Rep. consultat, in primis subselliis iuxta ipsum Consulem sedens, viris iuris peritis post tergum sedentibus.* Ac fortasse νομικῶν scribendum est pro νομίμων. [Hic invehitur Synesius in Barbaros, Gothos, aliosque, qui apud Romanos dignitates civiles et militares consecuti essent, et depositis pellibus suis, de Romanis iudicarent, ac de Rep. consilium haberent.] VALES.

Facundos iurisque peritissimos post indoctorum collocat terga] Sermo est de *assessoribus* non tam Praetorum quam aliorum magistratuum, qui armorum quam civilis doctrinae periitiores essent, uti recte nostrum locum exponit *Hommel* de forma tribunalis §. VIII. W.

Nam quod supersidere corio.] Herodotus lib. V. c. 25. Valerius Maximus lib. VI. cap. 3. LINDENBR.

Supersedere corio damnati.] Minime vero id finxit vetustas, ut suspicatur Marcellinus. Nam praeter exemplum a Cambyse Rege editum in Sisamnem, quod refert Herodotus lib. V. c. 25. alterum longe gravius refertur a Diodoro Siculo lib. 15. c. 10. (ubi vid. Wesseling. W.) Cum Tiribazus Praefectus delatus esset ab Oronte, quod cum Lacedaemoniis occulte sentiret, Artaxerxes Rex Persarum eius rei cognitionem tribus mandavit iudicibus: quos cum pecunia corruptos fuisse postea comperisset, vivis cutem detrahi iussit, eamque cutem insterni sellis, quibus novi iudices quos eorum loco legerat, sessuri erant. Simile exemplum Pyrrhus in Niciam Tarentinum statuisse memoratur, eo quod Tarentum prodere voluisset. Sellam enim constrictam loris de Niciae occisi pelle reliquit Miloni, cui custodiam arcis cum praesidio militari

mandabat, ut ait Zonaras lib. 2. Hiſt. VALES. Recentiora diri illius ſupplicii exempla dabit Briſſonius p. 578. W.

83. *Formavimus*] i. e. deſcripſimus. cf. XXIX, 3. W.

**Nobilitas omnis et ſplendor.*] Hi ſunt, quos Xenophon in libris de Inſtitutione Cyri paſſim appellat ὁμοτίμους, qui erant equites. Ceteri δημόται, id eſt plebeii vocabantur. Perſae igitur in duo genera diviſi erant, in Nobiles ſeu ὁμοτίμους, et plebeios ſeu δημότας. Et Nobiles quidem militaribus ſtudiis exercebantur, atque ex equo pugnabant. Plebeii autem in bello ſarcinas Nobilium portabant quaſi calones, ut docet Xenophon in libro 2. de Inſtitutione Cyri c. 3. §. 14. ubi Pheraulas nomine plebeiorum ita loquitur: ἡμεῖς δέ γε, ἔφη, ἐν μεγάλοις φορτίοις καὶ βαδίζειν καὶ τρέχειν ἠναγκαζόμεθα. VALES.

In ſpeciem Mirmillonum contecti.] Sic lib. 16. c. 12. de Ramano milite dixit Marcellinus: *Vulneribus declinandis intentus, ſeque in modum Mirmillonis operiens:* ſcilicet Myrmillones cum adverſus retiarium in arena pugnabant, oblongo ſcuto tegere ſeſe ac genu inflexo ſubſidere ſolebant. Auſonius in Ep. Eidyllii 17. *Et Mirmillo in armis ſubſidens.* Hinc Myrmillonica ſcuta a veteribus dicta eſſe non dubito, eo quod ſcutis Mirmillonum eſſent ſimillima. De his in Feſti Pompeii Epitome haec leguntur: *Myrmillonica ſcuta, cum quibus ſolet pugnari de muro.* Erant enim ad hoc ipſum apta. Ex quo patet Myrmillonem per υ Graecum ſcribi debere, quemadmodum in Edit. Rom. hic et in Regio codice, *Vatic.* [ac Colbert.] utrobique exaratur. Placetque opinio Turnebi, qui a Graeca voce μυρμιδόνος Latinam vocem deducit in lib. 3. Adverſ. Porro Perſicos pedites eiusmodi ſcuta geſtaſſe, docet Procopius lib. 1. τοὺς δὲ θυρεοὺς τοιούτους τὸ μέγεθος προβέβληνται μόνον, ὅπως αὐτοὶ πρὸς τῶν πολεμίων ἥκιστα βάλλωνται. Sed quid vetat, quominus Auſonii locum, quando hic ſe offert occaſio, explicemus? quem Scaliger in lib. 2. Auſon. Lect. prorſus infeliciter enarravit. Is ſic habet: *Simile ludicro quod Graeci* στομάτιον *vocavere. Oſſicula ea ſunt, ad ſummam 14. figuras Geometricas habent: harum verticularum variis coagmentis ſimulantur ſpecies mille formarum: elephantus bellua, aut aper beſtia, anſer volans, et myrmillo in armis ſubſidens, etc.* His verbis loculum Archimedium intelligi dico, de quo Atilius Fortunatianus in lib. de metris ſic ſcribit: *Nam ſi loculus ille Archimedius 14. eboreas lamellas, quarum anguli varii ſunt, in quadratam formam incluſas habens, componentibus nobis aliter atque aliter, modo galeam, modo ſicam, modo navem figurat, et innumerabiles efficit ſpecies: ſolebatque nobis pueris hic loculus ad confirmandam memoriam plurimum prodeſſe, etc.* Adde Ennodium in Epigram. 133. quod eſt de Stomatio. VALES. Non ſuſtinui mutare illam varietatem Valeſianae ſcripturae in principio vocis mirmillo, etſi parum decoram; nedum ut invideam illi infelicem electionem etymologiae, qua longe praeſtantiorem alii dederunt. Satis lepidum quoque tunc mirmillones utique ſubſidere in armis, quum componuntur cum retiario, non etiam in pugna cum Threce. GRON.

Iuſſa faciunt ut calones.] Idem teſtatur Procopius lib. 1. Perſic. apud quem Beliſarius haec de peditibus Perſicis dicit: τὸ γὰρ πεζὸν ἅπαν οὐδὲν ἄλλο ἢ ὅμιλός ἐστιν ἀγροίκων οἰκτρῶν, οἳ ἐς τὴν παράταξιν ἐπ' ἄλλῳ οὐδενὶ ἔρχονται ἢ τεῖχός τε διορύτ-

τειν καὶ τοὺς τεθνεῶτας σκυλεύειν, καὶ τἄλλα τοῖς στρατιώταις ὑπηρετεῖν. Hanc ob cauſam ab Agathia lib. 3. in Phaſidis obſidione dicuntur ἀχθοφόροι et ἐργοπόνοι et ὑπηρέται. Et innominatus Auctor apud Suidam θῆτας vocat: οἱ αὐτοὶ εἰς τὸν πόλεμον πέμπται θητικὸν ἐπήγοντο πλεῖστον ὅσον, καὶ παιδία καὶ γυναῖκας, οὓς κατά τινα δὴ πάτριον νόμον ἐς τοὺς κινδύνους θεατὰς τῆς οἰκείας ἀλκῆς ἦγον. Quem locum equidem Dionis eſſe crediderim: ſtilus enim neſcio quid Dionis refert. Sed quod ſeu Dio, ſeu quis alius hic ait, ſolitos eſſe Perſas ſecum ad bella feminas quoque educere, idcirco ut fortitudinis ipſorum ſpectatrices ſint, vereor ut omnino verum ſit. Magisque placet quod Libanius ſcribit in βασιλικῷ: ideo mulieres a Perſis in exercitu circumduci, ut ſervilia miniſteria exhibeant: ἀγείρουσι δὲ τὰς γυναῖκας σκευοφόρους εἶναι τῇ στρατιᾷ. Huius Perſici moris meminit etiam Herodianus lib. 6. VALES.

Nec ſtipendiis aliquando fulta.] Scribit Herodianus in lib. 6. Perſas militantes nulla ab Rege ſtipendia accipere, ſed quoties ad bella proficiſcendum eſt, Regis edicto promiſcuam virorum, interdum et mulierum multitudinem convenire, ac peracto bello ſuas quemque domos repetere, eaque dumtaxat commoda militiae habere, quae ex hoſtili agro diripere potuerint. Porro non omiſerim pedites a Perſis vocari κάρδακας, ut docet Cornelius Nepos in Datame: *Habebat Autophradates barbarorum equitum* xx. *peditum centum millia, quos illi Gardates vocant.* lege *Cardaces.* Sic enim dicebantur milites apud Perſas a voce κάρδα, quae fortem ſignificat: quamquam Heſychius nomen id gentis videtur exiſtimaſſe: ſic enim ſcribit: Κάρδακες οἱ στρατευσάμενοι βάρβαροι ὑπὸ περσῶν, καὶ εἰς ἀσίαν οὕτω καλοῦσι τοὺς στρατιώτας ἀπὸ ἔθνους ἢ τόπου. Eorum meminit et Polybius lib. v. c. 79. in exercitu Antiochi Magni: καὶ κάρδακες οἱ μετὰ λυσιμάχου τοῦ γαλάτου χίλιοι. Et Plutarchus in libro, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν κατ' ἐπίκουρον· οὐδὲ γάρ, inquit, ἱέρων γ' ἂν οὐδὲ ἄτταλος, οὐδὲ ἀρχέλαος ἐπείσθησαν σιμωνίδην καὶ εὐριπίδην καὶ μελανιππίδην καὶ κράτητας καὶ διοδότους ἀναστήσαντες κατακλῖναι κάρδακας καὶ ἀγριᾶνας μετ' αὐτῶν καὶ καλλίας γελωτοποιούς. Denique Ammonius Grammaticus eorum quoque mentionem facit, et Euſtathius in Iliad. lib. 2. ex Pauſaniae ex Aelii Dionyſii Vocabulariis. VALES.

Stipendiis fulta.] Sic loquuntur Impp. in lege xi. Codicis Theod. de filiis militarium: *Si filii primipilarium reperti fuerint, qui ingreſſi legitimos annos nullis ſtipendiis fulciuntur.* Eodem ſenſu noſter quoque Marcellinus in lib. 22. dixit in Iuliano ad expeditionem Perſicam properante: *Reliquit Conſtantinopolim incrementis maximis fultam.* Et Paulinus in Carmine ad Iovinum:

Huius divino mortales munere fulti.

Apuleius quoque in Apologia: *Neque enim diu eſt, cum te crebrae mortes propinquorum immeritis hereditatibus fulſerunt.* VALES.

Ut in bellis civilibus et externis adſidue vexaretur.] Huius loci emendatio codici Regio debetur, in quo ita perſcriptus eſt: *Ni bellis civilibus et ext. adſ. vexarentur.* quemadmodum in *Toloſ. et Vatic. Mſſ.* et in vetuſtiſſima quoque Editione Romana ſcriptum eſſe memini. Cuius lectionis veritatem pluribus confirmare nihil neceſſe eſt. Satis eſt eam lectori proponere: quod

et alibi iam fecimus, et poſtea facturi ſumus, quoties manifeſta veritas argumentis non egebit. Perſas porro civilibus et externis adſidue bellis exercitos eſſe praeter Amm. Marcellinum teſtatur et Philo in lib. 2. de ſpecialibus legibus, idque inceſtis eorum connubiis attribuit: ἀεὶ γὰρ ἐν στρατείαις καὶ μάχαις εἰσὶ, κτείνοντες καὶ κτεινόμενοι, καὶ τότε μὲν τοὺς πλησιοχώρους κατατρέχοντες, τότε δὲ τοὺς ἐπανισταμένους ἀμυνόμενοι. πολλοὶ δὲ πολλαχόθεν ἐπανίστανται τοῦ βαρβαρικοῦ μὴ πεφυκότος ἠρεμεῖν. πρὶν γοῦν καταλυθῆναι τὴν ἐν χερσὶ στάσιν, ἑτέρα φύεται· ὡς μηδένα τοῦ ἔτους ὑπεξῃρῆσθαι καιρὸν εἰς ἡσυχίαν, ἀλλὰ καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ ὁπλοφοροῦν, πλείονα χρόνον ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἐν ὑπαίθρῳ ταλαιπωροῦντας ἢ ἐν ταῖς πόλεσιν οἰκοῦντας διὰ πολλὴν ἔνδειαν εἰρήνης. VALES.

Bellis civilibus] v. c. Cyri iunioris et Satraparum. *Vexarentur.* Reineſ. *verſarentur.* W.

84. *Indumentis plerique eorum ita operiuntur.*] De veſtitu Perſarum multa Briſſonius de Reg. Perſar. lib. II. p. 552. ſſ. LINDENBR.

Lumine colorum vario.] Idem ait Herodianus lib. 4. ἐσθῆτι χρυσῷ καὶ βαφαῖς διαφόροις πεποικιλμένοι. Sextus quoque in lib. I. Hypotyp. πέρσαι μὲν ἀνθοβαφεῖ ἐσθῆτι καὶ ποδήρει χρῆσθαι νομίζουσιν εὐπρεπὲς εἶναι. *Perſae veſtibus varii coloris et talaribus uti decorum putant.* VALES.

Lumine colorum fulgentibus vario] verſicoloribus (cum pavonum caudis comparat Aelianus Hiſt. animal. v, 21.) W.

Lateraque diſſuta relinquant flatibus agitari.] Idem exprimit Herodianus lib. 5. c. 4. de Perſis: παρηωρημέναις ἐσθῆσι κοσμούμενοι. et lib. 4. χαῦνον ἐσθῆτα vocat, itemque χαύνως παρηωρημένην περὶ τοῖς σκέλεσι. Iuſtinus fluidam dicit. Manilius IV, 748.

Et Syriae gentes et laxo Perſis amictu. VALES.

Diſſuta fluentia. W.

Margaritis] quos *lapides*, uti in fine *gemmas* appellat, quamquam non omnes ad lapides referunt. v. Salmaſium ad Solinum p. 784. quem omnino ad h. l. contuli. W.

Poſt Indiam victam et Croeſum.] In Regio *et Toloſ.* codice diſerte ſcribitur, *poſt Lydiam:* [in Colbert. *Ludiae:*] quam ſcripturam veram eſſe arbitror. Sic pag. 78. *a Rom. et Pompeio.* Hegeſippus lib. I. cap. 14. ex Ioſepho pag. 718. Ita enim ſcribit quoque Herodotus, Perſas, antequam ſubigerent Lydos, nihil lautum neque opiparum habuiſſe, neque in victu neque in veſtitu: πέρσῃσι γάρ, πρὶν λυδοὺς καταστρέψασθαι, ἦν οὔτε ἁβρὸν οὔτε ἀγαθὸν οὐδέν. Sed et Dionyſius Characenus, eiusque interpres Rufus Feſtus Avienus in Situ Orbis id ipſum teſtatur v. 1257. ſſ.

— — *Iam longi tempore ſaecli,*
Ex quo Maeonios (id eſt Lydos) *bello trivere cruento,*
Illudunt auro veſtes, et cuncta teguntur
Auro membra viris, auro veſtigia condunt.

In his verſibus *illudunt* ſcripſi: nam *illidunt* non placet. Sic apud Paulinum in Epithal. in Iulianum legitur: *Horreat inluſas auro vel murice veſtes:* et alibi apud eumdem Paulinum *camera muſivo inluſa* dicitur. [Virgilius in 2. Georgicωn *illuſas auro veſtes* vocat.] Sed ut ad rem redeam, firmat hanc quoque emen-

dationem Iustinus lib. 41. c. 2. *Parthis vestis primum sui moris; postea quam accessere opes, ut Medis perlucida ac fluida.* De aureis Persarum calceis loquitur etiam Libanius in eleganti Epistola ad Modestum, qua illum podagra laborantem consolatur: *μέγιστον δὲ, ὅτι χρυσοφορῶ περὶ τοῖν σφυροῖν κατὰ τοὺς περσικοὺς σατράπας.* Iulianus in Orat. 2. ad Constantium. VALES.

85. *Res statuit ut.*] In Regio cod. et Edit. Rom. deest particula *ut.* Sic enim scribitur: *Restatuit super:* quare amplector lectionem quam exhibet Mariangeli Accursii Editio: *Restat ut.* In libro quidem 16. c. 7. §. 4. legitur: *Res monuit super eodem Eutherio:* et lib. 23. c. 6. init. *Res adegit huc prolapsa.* VALES.

Apud Indos et Persas margaritae reperiuntur.] Vid. Athenaeus Dipnos. lib. III. p. 93. C. D. Plinius lib. IX. cap. 35. Solinus cap. 56. Aelianus de Animal. lib. X. cap. 14. Theophylactus Bulgar. in Matth. cap. 13. Procopius Persicor. lib. I. *Marbodus cap. LXI.* LINDENBR.

Apud Indos et Persas — permistione roris conceptae] originem debentes rori certo anni tempore admixto. W.

Coitum quemdam humoris.] Hunc locum sic distingui mallem: *Cupientes enim velut coitum quemdam, humores ex lunari aspergine capiunt: etc.* Haec porro omnia fere transscripta sunt ex Solini cap. 56. VALES.

Cupientes enim velut coitum quendam (Solinus magis poëtice: *conceptu sitiunt rorem velut maritum*) *humores,* pergit Ammianus, *ex lunari adspergine capiunt* (mel. Solinus *concipiunt*) Lunaris vero adspergo nil aliud nisi *ros* Plinii, quem rorem, ne uno verbo bis terve uterentur, circumscribere Solinus et Ammianus maluerunt poëtarum more, quibus, v. c. Alcmani, ros est *ἀέρος θυγάτηρ καὶ σελάνας.* Salmas. p. 796. — *densius oscitando* valvas paullulum aperiendo (pandendo Plin.) — Ex quo conceptu *gravidulae edunt* tres, vel duos, vel unum globulum, qui quod *unus* est, *unio inde appellatur; nam eviśceratae* reclusae (accouchées) *aliquoties singulas, sed maiores pariunt* ostendunt. Ita si explices, non est, quod cum Salmasio p. 822. offendas. W.

Uniones ideo sic appellatos, quod eviśceratae conchulae.] Nihil verius hac lectione, quam sine ulla litura exhibet Ms. Flor. Corrupte vero retro Editiones, *quod eius terrae conchulae.* Optime ad Ammiani verba Iul. Solin. cap. 56. *In aqua mollis est unio, duratur evisceratus: nunquam duo simul reperiuntur, unde unionibus nomen datum.* LINDENBR.

[*Evisceratae conchulae singulas aliquoties pariunt.*] Solinus in capite 56. ex quo pleraque hausit de margaritis Marcellinus, sic loquitur: *In aqua mollis est unio: duratur evisceratus:* ubi in veteri codice Lipsii legitur *exemtus*, quemadmodum ait Ant. Delrio.] VALES.

86. *Saginis*] alimentis. W.

Flexuosos contra et rutilos.] Hunc locum Cl. Salmasius in tomo 2. Solinianarum Exercit. (p. m. 798. W.) sic corrigendum putavit: *Vespertini vero fuscos: Sol contra et rutilos et maculosos interdum.* Sane Plinius in lib. 9. et ex eo Solinus concharum fetus Sole rubescere ac fuscari scribunt; ideoque conchas ut praecipuum custodiant, pelago altius mergi. Sed nulla hic emen-

datione opus eſt. Ait enim Marcellinus, conchas magis de caelo quam ex mari fetus edere: idque ex eo probat, quod pro qualitate roris et ſerenitate caeli margaritas edunt candidas aut obſcuras. Quod vero Sole fuſcentur, non probat, conchis ſocietatem eſſe cum caelo, non magis quam hominibus, quorum vultus a Sole coloratur. Ceterum quod de rotunditate et flexuoſitate margaritarum Marcellinus hic dicit, admenſus eſt de ſuo. VALES. *Rutili* oppoſiti *claris; flexuoſi,* non plane rotundi, *teretibus.* Nihil ego quidem hic obſcuritatis video. W.

Metu fulgurum concuſſae inaneſcunt. Plinius: „ſi tonuerit, „phyſemata (bullas) efficiunt, ſpeciem modo inani inflatam ſine „corpore, hos eſſe cochlearum abortus." W.

87. *Capturas difficiles*] cf. Salmaſ. p. 825. W.

88. *Quod genus gemmae etiam in Britannici ſeceſſ.*] De margaritis Britannicis Tacitus in Vita Agricol. c. 12. Plinius lib. IX. cap. 35. Solinus cap. 56. Beda Angloſax. Hiſtor. Eccleſ. lib. 1. cap. 1. Iordanes de Gothis pag. 6. *Marbodus cap. 61.

*Gignit et inſignes antiqua Britannia baccas.**

Tertull. de Habitu mulieb. cap. 6. *Sed et ſi quid de mari Britannico aut Indico ambitio piſcatur, conchae genus eſt, non dico conchylio, aut oſtreo, ſed nec peloride gratius de ſapore. — Quod ſi concha illa aliud intrinſecus poſtulat, vitium eius magis debet eſſe, quam gloria. Et licet margaritum vocetur, non aliquid tamen intelligendum, quam conchae illius aliqua dura et rotunda verruca.** LINDENBR.

Dignitate diſpari] non aeque aeſtimantur, atque orientales. W.

AMMIANI MARCELLINI

LIB. XXIV. C. I.

1. Ad Iulianum revertitur Noster exercitum ducentem in Perſiam, de qua expeditione confer omnino Zoſimum Lib. III, 13. ſſ. Gibbonum P. VI. ab initio. W.

Poſt exploratam alacritatem exercitus.] In omnibus bellicis expeditionibus, ſive ad cladem, ſive ad victoriam maximum momentum afferunt militum animi: qui perinde ac metu ſeu alacritate praediti fuerint, de eventu ac ſumma re ſpes concipi poteſt. Proinde duces inprimis animos militum explorare debent, antequam proelium ineant, aut obſidionem aggrediantur, aut quidvis magni momenti agendum ſuſcipiant: quod quidem prudentiſſime factum ab Agamemnone docet Homerus ἰλ. β.

Πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι, ἣ θέμις ἐστί.

Idem praeceptum frequenter inculcat Polybius. πάντων, ait, τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἐνεργημάτων μεγίστην ῥοπὴν ἔχουσι καὶ πρὸς τὸ λείπεσθαι καὶ πρὸς τὸ νικᾷν αἱ ψυχαὶ τῶν ἀγωνιζομένων. quae Polybii verba citat Suidas in λείπεσθαι. et Vegetius in lib. 3. cap. ult. et Leo in Tacticis Conſtit. xx. §. 49. Exempla autem in ſummis ducibus paſſim Hiſtoriae ſuppeditant. Tacitus in 2. Ann. initio de Germanico, Theophylactus in fine lib. 1. de Philippico. VALES. Cf. XXIII, 5. extr. W.

Impetrabilem] ſtrenuum, efficacem. XIV, 8. XXXI, 11. W.

Principem ſuperari non poſſe uſitato clamore teſtantis.] Mſ. *non poſſe, Deum uſitato clamore teſtati:* idque haud ſine exemplo eſt. Sic enim lib. XXVI. c. 7. *Reduxerunt ad caſtra, teſtati more militiae Iovem, invictum Procopium fore.* LINDENBR.

Itinerarium ſonare lituos iubet.] Plane ut Graeci, ὑποσημαίνειν τὸ εἰς ἐφόδιον Pollux. LINDENBR. *Itinerarium* claſſicum. W.

Praeſtructis] praeparatis. *Celſo praeter alios ſpiritu* animo ſpei pleno. W.

2. *Ductor uſu et docilitate*] peritia experiendo contracta. *Inſolentiam*, inſcitiam. — *agminibus quadratis* ad pugnandum ſemper paratis. v. *Naſt Röm. Kriegsalterthümer* S. 233. ff. W.

Excurſatores quidem quingentos et mille.] Zoſimus lib. III. c. 14. χιλίους ἔγνω καὶ πεντακοσίους προπέμψαι, κατασκεψομένους εἴτι πολέμιον, ἢ προφανῶς, ἢ δι' ἐνέδρας ἐπίῃ. LINDENBR. *Excurſatores*, praecurſatores, velites. W.

Supercilia fluminis praestringere] prope litora Euphratis iter facere, ut classem semper in oculis haberet. W.

Arinthaeo tradidit et Hormisdae.] Zosimus in lib. 3. τοῦ μὲν πεζοῦ Βίκτορα στρατηγὸν καταστησάμενος, ὁρμίσδαν δὲ τῆς ἵππου καὶ Ἀρινθαῖον σὺν αὐτῷ. VALES. *Arinthaeo*, v. Ind. I. *Hormisdae* de quo ad XVI, 10. W.

Confertius] condensato agmine. *per plana et mollia* non aspera, prata cf. XIV, 2. *Dagalaiphus et Victor*, de quibus Ind. I. *Secundinus dux Osdroenae*, cuius nec antea, nec in sequentibus mentio fit. W.

Osdruenae Dux.] Melius scriberetur *Osdroenae*. Sic enim semper Marcellinus et Latini omnes appellant: at Graeci Ὀσροηνὴν ab Osroe quodam eius regionis tunc, cum Persis pareret, Regulo: ut scribit Procopius in lib. I. Persic. Est autem ὀσρόης idem qui χοσρόης, Latini Chosdroem dicunt. Sic Pausanias Eliac. I. ὀσρόην vocat Regem Parthorum sub Traiano, quem Arrianus χοσρόην apud Suidam in γνωσιμαχ. Aurelius Victor *Chosdroem*. VALES.

3. *Decimo fere lapide.*] Consentit et Zosimus III, 14. τὸ δὲ λοιπὸν ἡ στρατιὰ εἶχε σταδίους διεστῶσα ἑβδομήκοντα. VALES.

Pyrrhus ille Rex dicitur Epirotes, opportunis in locis castra metandi.] Livius Lib. XXXV. c. 14. Pyrrhum ait *castra metari primum docuisse, ad hoc neminem elegantius loca cepisse, praesidia disposuisse.* Eumdemque de militari arte et aciei instruendae ratione Commentarios scripsisse Plutarchus in eius Vita testatur. Vide Frontin. Strateg. lib. IV. capite I. LINDENBR.

4. *Apparitionem imbellem*] lixas, σκευοφόρους. *Residere* post exercitum pedestrem remanere. W.

5. *Civitatem venimus Duram, in quo loco greges.*] Zosimus lib. III. c. 14. ἦλθε καὶ ἐντεῦθεν εἰς Δοῦρα, ἴχνος μὲν, ὡς ἄρα ποτὲ πόλις ἦν, φέρουσαν, τότε δὲ ἔρημον. οὗ Γορδιανοῦ τοῦ βασιλέως ἐδείκνυτο τάφος, ἔνθα καὶ πλῆθος ἐλάφων φανὲν, οἱ στρατιῶται κατατοξεύσαντες, ἅλις ἐχρήσαντο τῇ ἐκ τούτων τροφῇ. LINDENBR.

Civitatem venimus Doram.] Rectius in codice Regio, *Tolos.* [et Colbert.] et in Editione Rom. *Duram* legitur. δοῦρα enim Zosimus appellat, et Stephanus πόλις μεσοποταμίας, ὡς Πολύβιος. Locus Polybii est in lib. 5. c. 48. ubi de Molone: τὴν μὲν παραποταμίαν μέχρι πόλεως εὐρώπου κατέσχε, τὴν δὲ μεσοποταμίαν ἕως δούρων. Marcellinus ait marginibus Euphratis appositam esse. Isidorus Characenus in Descriptione Mesopotamiae et Babyloniae nominat δοῦρα, quam Seleucus condidit, Europum a Graecis vocatam. Et quidem Dura in Babylonia, cuius meminit Daniel in cap. 3. VALES.

Duram civitatem desertam] Mesopotamiae, supra XXIII, 5. (nam alia eiusdem nominis est in Babylonia, cuius mentio fit XXV, 6.) W.

Greges cervorum] (Gazellen?) Idem narrat Zosimus III, 14. W.

6. *Imperitia Principis.*] Haec de Iuliano dici ratio non patitur. Itaque aut *imperitia praeceps* scribendum est, aut *imperio Principis.* VALES. Mirari subit, priorem coniecturam magis placere potuisse Valesio, nam quae sequuntur, nec imperitiae, nec praecipitantiae arguunt Lucillianum. Alterum igitur *imperio Principis*

ego reponere malui. — Reinesius pro *imperitia* malebat *imperantia*. Sic Prudentius et Phoebadius *nascentiam*, Prudent. *flagrantiam*, Phoebad. Arnob. et Ennodius *significantiam* dicunt. W.

Anathan munimentum.] Rem narrat Zosimus III, 14. sed castelli nomen tacet, cuius situm Theophylactus Simocat. indicat lib. v. τὸ Ἀνάθαν φρούριον, τὸ πρὸς τῷ Κιρκυνσίῳ παρὰ τὸν Εὐφράτην ᾠκοδομημένον. LINDENBR.

Anathan.] Isidorus Characenus in Babylonia memorat Ἀναθὼ νῆσος ἡ κατὰ τὸν Εὐφράτην. Theophylactus autem Simocatta in lib. 4. cap. x. Ἀνάθων vocat castellum iuxta Euphratem trans Circessium: et ita in lib. 5. Libanius p. 312. φρούριον dicit ἐν χεῤῥονήσῳ τοῦ ποταμοῦ. VALES.

Anathan.] Zosimus c. 14. habet *Phathusas*, ubi Reitemeier ex Danvillio observat, hoc castellum, cuius nomen alias non occurrat, eadem altitudine situm esse, qua *Anatha* ab Ammiano memorata, qui Anathan tali ordine memoret, ut *Phathusae* designentur. cf. *Gibbon*. VI, 7. Hodie *Anah*. Mannert V, 2. p. 522. s. Vere insulam, non peninsulam, Ammiano locum fuisse patet ex *circumluitur*. W.

9. *Prae se bovem coronatum ag.*] Mos hic Syrorum (et Persarum. W.) fuisse videtur. Sic Palmyreni ab Aureliano Imp. obsessi, cum deditionem fecissent, extra opidum effusi sunt, dona et victimas adducentes, teste Zosimo in lib. I. c. 56. πρὸ τῆς πόλεως ἐξεχέοντο δῶρα καὶ ἱερεῖα προσάγοντες. *Eodem referre soleo locum Xenophontis in libro 5. de Institutione Cyri pag. 120. (V, 2, 1. 2.) ubi de Gobrya Assyrio loquitur, et pag. 135.* VALES.

Pusaeus eius Praefect.] Zosimus in lib. 3. c. 14. πουσαίῳ δὲ τῷ τούτων ἡγουμένῳ δοὺς ταξιάρχου φροντίδα, τὸ λοιπὸν ἐν τοῖς ἐπιτηδείοις εἶχε, πιστοῦ πειραθείς. *Pusaeum castri Praefectum, Tribunatus honore donatum, deinceps in numero amicorum habuit, cum fidum esset expertus.* VALES. Idem nomen sub Imp. Leone occurrit in codice Iustiniani sub titulo de praepositis sacri cubiculi, et alibi, sed utrobique scribitur *Puseo*. GRON.

Ad Syriacam civit. Chalcida transmissi sunt.] De his loquitur Libanius in Legatione ad Iulianum pag. 158. (Reisk. I. p. 461.) οὐκ ἐπάγων δὲ τὸν σίδηρον τοῖς ἱκετεύουσιν. etc. Et mox: καὶ τρέφονται τῶν φρουρίων ἐγγὺς ἃ κατεσκάφασι.* VALES.

Ad Syriacam civitatem Chalcida] regionis Chalcidices, hodie *Kennaserim, Kinnasrin*. Mannert VI, 1. 476. W.

10. *Et iterum ad agenda similia.*] In Editione Rom. et Mss. Flor. [et Colbert.] legitur *et minerat*. In codice autem Regio *et Tolos.* *et munerat.* unde certissima coniectura locum sic emendavi, *et munerati, etc.* VALES.

11. *Spiritu stabilitatem vestigii subvertente.*] Huiusmodi ventos certis anni tempestatibus vehementes in Galliae partibus oriri, Diodorus Siculus scribit lib. v. Ἀπὸ μὲν θερινῆς δύσεως καὶ ἄρκτου πνεῖν εἰώθασιν ἄνεμοι τηλικαύτην ἔχοντες σφοδρότητα καὶ δύναμιν, ὥστε ἀναρπάζειν ἀπὸ τῆς γῆς λίθους χειροπληθιαίους τοῖς μεγέθεσι, καὶ τῶν ψηφίδων ἁδρομερῆ κονιορτόν. καθόλου δὲ καταιγίζοντες λάβρως, ἁρπάζουσιν ἀπὸ μὲν τῶν ἀνδρῶν τὰ ὅπλα, καὶ τὰς ἐσθῆτας, ἀπὸ δὲ τῶν ἵππων τοὺς ἀναβάτας. Ut Varro in Originibus ait, Circius has vires habet: *Ventus Circius, cum loquare, buc-*

cam implet: armatum hominem, plauſtrum oneratum percellit. A. Gellius lib. II. cap. 24. Apul. in libello de Mundo. LINDENBR.

Cataractis avulſis ad diff.] Id quidem fuſe narrat Libanius in Oratione funebri p. 313. (Reisk. I. p. 597.) et Aſſyriorum fraude, non fortuito caſu id factum eſſe teſtatur. De foſſis et cataractis in Aſſyria loquitur Strabo in lib. 16. qui et *στόμα τῶν διωρύγων ἐξανοίγειν* Graece dicit, quod Marcellinus noſter cataractas avellere. Polybius autem in lib. v. *τὰς διώρυγας ἀναστομοῦν*. Duplicem autem uſum cataractae praeſtabant, tum ad rigandos agros, tum ad incurſiones hoſtium cohibendas. VALES.

Cataractis avulſis apertis. *Ad defundendas reprimendasque aquas rigare ſuetas opere ſaxeo ſtructis.* Muros enim fluminibus ex montibus profluentibus ita praeſtruebant Orientis incolae, ut aquas per canales diviſas ad agros irrigandos compeſcere, vel uno alveo ad hoſtes reprimendos uti poſſent, quod an tum etiam factum ſit *(per inſidias)* in dubio relinquit Ammianus. cf. c. 2. §. 6. et c. 3. W.

13. *Nunc anteſignanus* ante primam aciem, *nunc agminibus cogendis inſiſtens* in extremo agmine. *inſiſtens* ubique praeſens. *Frutecta ſqualida* denſa, obſcura, uliginoſa. W.

15. *Quaeſitis dextris propriis* iis, quae ſibi manu forti paraſſent. *Virtutis ſuae horrea,* frumenta ſuae ipſorum virtuti debita. W.

16. *Hic vino gravis.*] Eam rem intelligit Libanius in Orat. funebri pag. 313. (Reisk. I. p. 596.) *ἤσθιον, ἔπινον, οὐ μὴν μέχρι μέθης· οὐ γὰρ εἴα τοῦ διὰ μέθην ἀρτίως* (ſic Mſ.) *ἀποσφαγέντος ὁ φόβος. Edebant ac potabant, citra ebrietatem tamen. Neque enim inebriari ſinebat caedes illius, qui nuper ob vinolentiam iugulatus fuerat.* VALES.

CAPVT II.

1. *Immenſo quodam vertice tumeſcentem*] in altiſſimum montem elatum. *Hactenus* nil niſi hoc. cf. XXVIII, 4. W.

Utpote regn. ſequelas victoribus acceſſuros.] Sic loquitur Tacitus in lib. I. Hiſt. ſub finem de Caecina: *Sed metu ne amitteret praemiſſas iam cohortes alasque, ſimul reputans plus gloriae retenta Italia, et ubi certatum foret, Noricos in cetera victoriae praemia acceſſuros.* VALES.

Regnorum ſequelas] prout quisque per iſtas regiones victor dominaretur, ita ſe eius ſubiicere poteſtati ſolere. Cf. etiam Zoſimum III, 15. qui tamen caſtelli nomen ignorat, Iſidoro *Olabus* vel *Alamus,* hod. arx *Zobia.* cf. et Mannertum v, 2, 325. W.

2. *Refutati*] repudiati. W.

3. *Baraxamalcha*] Mannert p. 326. W.

Diacira invaditur.] Zoſim. *Dacira,* lib. III. c. 15. LINDENBR. Ptolemaeo ſine dubio *Idicara,* hodie *Hit*, quam Herodotus iam novit I, 179. Mannert l. l. W.

ſalibus nitidis] Steppenſalz. Mannert. W.

Ozogardana occupavimus, — in quo Principis Traiani tribunal] Zoſimus III, 15. *Zaragardiam* vocat. Εἰς Ζαραγαρδίαν πόλιν ἦλθεν, ἐν ᾗ βῆμα ἦν ὑψηλὸν ἐκ λίθου πεποιημένον, ὃ Τραϊανοῦ καλεῖν εἰώθασιν οἱ ἐγχώριοι. LINDENBR. Et alias tamen duas Zoſimus habet *Sitham* et *Megiam*. Mannert p. 329. W.

4. *Surena poſt Regem apud Perſas promeritae dignitatis.*] Zoſimus: Σουρήνας, ἀρχῆς δὲ τοῦτο παρὰ Πέρσαις ὄνομα. Ammianus lib. XXX. c. 2. *Advenit Surena poteſtatis ſecundae poſt Regem.* (Weſſier. W.) Vid. Barnab. Briſſon. de Reg. Perſar. lib. I. LINDENBR.

Malechus Podoſaces.] Malechus itidem nomen dignitatis, ſed orientale, cui additur Graecum *Phylarchus*. W.

Phylarchus Saracenorum.] Dignitatis hoc apud Saracenos nomen eſt, ut bene Iulianus Anteceſſor C. P. interpretatur illa verba Iuſtiniani Imp. ex Novell. 102. μήτε τῷ περιβλέπτῳ δουκὶ, μήτε τῷ φυλάρχῳ. *Neque ducem, neque phylarchum, id eſt Saracenorum ducem.* Procopius Perſicor. lib. I. Οὐδεὶς δὲ οὔτε Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἄρχων, οὓς δοῦκας καλοῦσιν, οὔτε Σαρακηνῶν τῶν Ῥωμαίοις ἐνσπόνδων ἡγούμενος, οἳ φύλαρχοι ἐπικαλοῦνται. Theophylactus Simocat. lib. II. φύλαρχοι — — τῆς συμμάχου τῶν Ῥωμαίων δυνάμεως, οὓς Σαρακηνοὺς εἴθιστο Λατίνοις ἀποκαλεῖν. Malchus in Excerptis legation. Ἀμόρκεσος φύλαρχος τῶν ὑπὸ Πετραίων ὑπὸ Ῥωμαίοις ὄντων Σαρακηνῶν. Et ſtatim idem Amorſecus τῶν φυλῶν ἄρχων vocatur. Menander in Eclogis legation. τῶν Σαρακηνῶν φύλαρχος Ἄμβρος. *Vid. Aldreti Antiq. Hiſpan. lib. I. cap. 28. pag. 117.* LINDENBR.

Phylarchus Saracenorum.] Saraceni in Phylas ſeu tribus diviſi erant duodecim, ut Nonnoſus docet et Oroſius in Prooemio Hiſtoriae. Singulis tribubus praeerant Phylarchi. Strabo in lib. 16. p. 753. (et ibi Penzel p. 2294. W.) Scenitarum Arabum (quos Saracenos eſſe docet Marcellinus) Phylarchos commemorat, et partim Romanis, partim Perſis obnoxios eſſe dicit. Dicebantur et φυλάρχαι, ut docet vetus Auctor apud Suidam: ξυμβάλλει τῷ Τραϊανῷ ὁ Ἄκβαρος, ὃς ἦν Ὀσροηνῆς χώρας δυνάστης, οὕσπερ φυλάρχας ὀνομάζουσιν ἐκεῖνοι, ὅτι καὶ τὰ χωρία αὐτῶν φυλαὶ ὀνομάζονται. *Traiano occurrit Acbarus Osdroenae Regulus, quos illi Phylarchas vocant, eo quod regiones ipſae phylae ſeu tribus vocantur.* Rufus etiam Feſtus in Breviario: *Phylarchi,* ait, *Saracenorum in Osdroene ſuperati.* Sed et barbari fere omnes in tribus ſeu φυλὰς dividebantur. Nam et Eunapius in Fragmentis legationum, et Zoſimus Optimates Gothorum τοὺς ἑκάστης φυλῆς ἡγουμένους vocant, et Olympiodorus Phylarchos Burgundionum memorat. Turcos quoque in XII. tribus diviſos fuiſſe docet Menander Protector. Eodem referre ſoleo Perſarmeniorum γενεάρχας, quorum idem meminit Menander [et *Faras* Langobardorum apud Paulum.] VALES.

Aſſanitarum] Gaſſanitarum ad fines Syriae. Vide Gibbonum P. VI. p. 9. ex *Herbelot Bibliotheque orientale* p. 360. W.

Famoſi nominis latro] quo elogio tamen ſuperbiunt Arabes. W.

Anguſta fluminis interluvies et praealta.] Sic ſup. lib. XIV. *Magnitudine anguſti gurgitis et profundi. Interluviem* Zoſimus διώρυγα dixit, lib. III. c. 15. οὐδὲ σὺν τοῖς ὅπλοις οἷοί τε ὄντες δια-

νήξασθαι τὴν διώρυγα, τοῦ τε βάθους οὐκ ἐνδιδόντος, καὶ τοῦ πηλοῦ. LINDENBR.

5. *Horrentes indutibus rigidis*] thoracibus. W.

Ne possent emittere coegerunt] occupavere hostes prius, quam sagittas possent emittere. W.

6. *Animatus huiusmodi primitiis.*] Haec lectio ex coniectura Gelenii nata est. Nam priores Editiones sic praeferebant: *Animatus his vescendi primitiis:* prout Editio quoque Rom et codex Regius *ac Tolos.* [et Colbert.] scriptum habent. Sed quid facilius erat quam veram scripturam inde elicere? hanc scilicet: *Animatus his vincendi primitiis miles, etc.* Sic enim loquitur Marcellinus in lib. 16. cap. 3. VALES.

Murorum] Hos muros canalem includentes (cf. supra c. 1.) integros adhuc vidit Xenophon Anab. I, 7. Mannert p. 350. et 385. W.

7. *Hinc pars fluminis scinditur.*] Id quidem Zosimus III, 15. sic narrat: εἴς τινα τοῦ Εὐφράτου διώρυγα διῆλθεν, ἐκτεινομένην μὲν εἰς μῆκος ἄχρι τῆς Ἀσσυρίων, συμπαρατεινομένην δὲ πάσῃ τῇ πέρα τοῦ Τίγρητος χώρᾳ. *Venit ad quandam fossam Euphratis, quae in latum quidem usque ad Assyriam extenditur, praetenta autem est universae trans Tigrim regioni.* Meminit eiusdem Herodotus in lib. I. ubi de rebus Assyriorum, et Plinius in lib. 4. cap. 26. qui circa vicum Massicen Euphratem scindi scribit. Massice igitur idem est qui Macepracta. VALES. Virgulam post *agminibus* deleri iubet Wakefield. ad Lucret. V, 272. ERF.

Naarmalcha nomine, quod fluvius Regum interpretatur.] Inf. c. 6. *Ventum est hinc ad fossile flumen Naarmalcha nomine, quod amnis Regum interpretatur.* Graeci ποταμὸν Βασίλειον vocant. Strabo lib. XVI. Μεταξὺ δὲ τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριδος ῥεῖ καὶ ἄλλος ποταμὸς, Βασίλειος καλούμενος. *Ἀρμακάλη, Euseb. de Praep. Evang.* Plinius lib. VI. cap. 26. *Euphratem Gobaris Praefecti opere deductum, ubi eum diximus findi, ne praecipiti cursu Babyloniam infestaret, ab Assyriis vero universis appellatum Armalchar, quod significat regium flumen.* In Ms. Plinio *Amachael* legitur, ἀντὶ τοῦ *Armalchar:* sed utrumque corruptum est, et *Neharmalcha* legendum, ad Syriacae linguae veritatem, iam olim monuit Nobiliss. Ioseph. Scaliger lib. V. de Emendatione temp. *Malchus* enim Syris Rex est. Eunapius in Porphyr. p. 13. Commelin. Μάλχος δὲ κατὰ τὴν Σύρων πόλιν ὁ Πορφύριος ἐκαλεῖτο τὰ πρῶτα, τοῦτο δὲ δύναται βασιλέα λέγειν. Atque inde simili formantur compositione *Braxa-malcha, Maiaza-malcha:* et a *Naar,* quod fluvium notat, *Naarda,* apud Zosim. Ammian. Stephan. et alios. LINDENBR.

Naharmalcha quod fluvius Regum interpretatur.] Zosimus III, 19. βασιλέως ποταμός. III, 24. Ναρμαλάχη. W.

Hanc peditatus pontibus caute digestis transivit.] Cf. Mannert V, 2. 387. et infra c. 6. ubi Iulianus purgato antiquiore canali viam sibi ad Tigrin aperuit. W.

8. *Clementiores*] minus rapidos. *Obliquati* obliquatis meatibus XVI, 12. *Laniatu avium,* haud secus atque aves rapaces capturam *prostraverunt.* W.

9. *Ad civitatem Piriſaboram.*] *Berſaboram* vocat Zoſimus lib. III. Ἐλθὼν δὲ εἰς πόλιν, ἣ Βερσαβῶρα ἦν ὄνομα, τὸ μέγεθος ἐσκόπει τῆς πόλεως, καὶ τὸ τῆς θέσεως ὀχυρόν: et quae porro ſequuntur, ſitum munitiſſimae civitatis notantia. LINDENBR. Ptolemaeo *Sipphara* dicitur, hodie *Anbar*. Mannert p. 387. W.

Ad civitatem Piriſaboram.] De qua ſic loquitur Libanius in Oratione funebri p. 315. (Reisk. I. p. 598.) ἦν πόλις Ἀσσυρίων μεγάλη τοῦ τότε βασιλεύοντος ἐπώνυμος, etc. *Urbs erat Aſſyriae haudquaquam exigua, ei qui tunc regnabat cognominis.* Certe Piriſabora extremam partem nominis a Sapore Rege trahit, quem σαβώρην Agathias et Theophanes appellant, et Sozomenus, aliique. VALES.

* *Armatorum triplici corona circumdatis muris.*] Lipſius in Poliorceticis cap. 4. triplicem militum ſeriem interpretatur.* VALES.

10. *Ciliciis undique laxius panſis.*] Gloſſarium Nomic. Κιλίκια, τράγοι ἀπὸ κιλικίας, οἱ δασεῖς. πάνυ γὰρ ἐκεῖσε ὑπάρχουσιν οἱ τοιοῦτοι τράγοι. ὅθεν καὶ τὰ ἐκ τῶν τριχῶν συντιθέμενα κιλίκια λέγονται. Feſtus Avien. in Ora maritima:

Hirtae hic capellae et multus incolis caper
Dumoſa ſemper intererrant ceſpitum:
Caſtrorum in uſum et nauticis velamina,
Productiores et graves ſetas alunt.

Procopius Perſicor. lib. II. Προκαλύμματα ἐκ τραγείων τριχῶν, ἃ δὴ καλοῦσι κιλίκια. Vid. Lib. lib. 38. Ioſephus de Bello Iud. lib. III. Solin. cap. 36. Iſidorus Origin. lib. XVIII. cap. II. LINDENBR.

Scutis vimine firm. textis.] Eunapius in Hiſtoria hanc Perſarum armaturam egregie deſcribit: οἱ δὲ τῶν Πάρθων οἰσυΐνας ἀσπίδας ἔχοντες καὶ κράνη οἰσυΐνα τρόπον τινὰ πάτριον πεπλεγμένα. *At Parthi clypeos vimineos, galeasque ſimiliter geſtantes patrio quodam more textas.* Ea ſcuta dicebantur γέῤῥα, ut notat Harpocration et auctor Etymologici ex Herodoti lib. 7. et Xenophonte. Vide Feſtum in *Gerrones*. VALES.

Ferrea nimirum ſacie.] Sic lib. XIX. c. I. *Ferreus equitatus.* Eſt autem Salluſtiana imitatio, cuius hoc fragmentum apud Nonium exſtat: *Equites cataphracti ferrea omni ſpecie.* LINDENBR.

11. *Obnixe*] Ruhnkenius ad Vellei. Paterc. p. 36. legi iubet *enixe*. W.

12. *Angularem turrim*] ad quam duo muri anguli convenirent. W.

Argolici ſcuti.] Sumptum id videtur ex Virgilii lib. 3. v. 637.

Argolici clypei aut Phoebeae lampadi inſtar.

Ad quem locum Servius notat. *Cauſa*, inquit, *magnitudinis. Graecorum enim clypei rotundi: ut Cato I. Originum ait.* quod confirmat Scholiaſtes Comici in Veſpis initio, et auctoritate Aeſchyli in Perſis demonſtrat. Sed et Homerus ἀσπίδας εὐκύκλους et ὀμφαλοέσσας paſſim nominat. Erant tamen et clypei quidam oblongi, σπιδεῖς dicti, ut ex veteribus ſcholiis docet Euſtathius in Il. ξ. Ceterum etſi Virgilius Argolicum clypeum pro Grae-

Graecanico videtur posuisse, peculiaris tamen clypei Argolici forma fuit, ut innuit in Argolicis Pausanias, et Iulius Pollux. VALES.

Minae murorum] pinnae, ἐπάλξεις. xx, 6. xxix, 6. W.

Bitumine et coctilibus laterculis fabricatae.] Zosimus III, 18. πύργοι δὲ ἐιστήκεσαν περὶ τὴν τάφρον μεγάλοι. τὰ μὲν ἀπὸ γῆς μέχρι μέσου, δι' ὀπτῆς πλίνθου δεδεμένης ἀσφάλτῳ, τὰ δὲ μετὰ τὸ μέσον πλίνθῳ τε ὁμοίᾳ καὶ γύψῳ δεδομημένα. LINDENBR.

Quo aedificii genere nihil tutius esse constat.] Cui et ferrum cedere ait Codinus in Descriptione novae Romae. Τοσαύτην δὲ ἀσφάλειαν ποιεῖ τοῖς κτίσμασιν ἡ ἄσφαλτος, ὥστε ταῖς ὀπταῖς πλίνθοις καὶ τοῖς λεπτοῖς λίθοις συμμιγεῖσα, ἰσχυροτέρα γίνεται παντὸς σιδήρου. LINDENBR.

* *Quo aedificii genere nihil esse tutius constat.*] Idem Chrysostomus testatur tomo 2. pag. 995. aedificia ex bitumine et latere coctili esse omnium firmissima.* VALES.

14. *Aequae vires gesta librarent*] ἰσόῤῥοπον μάχην, κίνδυνον nominant Graeci. Polyb. III, 65. 8. W.

Prope portam venit hostilem, crasso ferro crustatam.] Ita Sidonius Apollin. carm. XI. *Limina crassus Onyx crustat.* Atque hinc Itali dicunt *Tempio di marmo crustato.* LINDENBR. *Crustatam*, obductam. Sic Lucanus x, 114. domus crustata marmoribus. W.

16. *Aemilianum portam Carthag.*] Polybii locus, in quo haec fuse narrabantur, hodie desideratur. (Neque afferre potuit Schweighaeuserus, qui hunc Ammiani locum fragmentis inseruit T. v. p. 49. W.) Itaque eius facinoris memoria obscura est. Nam neque Appianus in Hist. Punica (c. 117.) neque Zonaras (Annal. IX, 29.) id distincte memorant. Quippe uterque Scipionem ait perfractam a militibus, qui iam in urbem intraverant, portam introisse, non ipsum suffodisse portam. Zonaras tamen dicit: ὑπὸ τὴν πυλίδα παραδραμὼν καὶ τὸν μοχλὸν διακόψας, etc. VALES.

Sed fides recepta scriptorum veterum recens factum defendit.] Hoc voluit Ammianus: Quod fide digni historici de Scipione narrarunt, id vero laudibus Iuliani nihil detrahit. W.

17. *Tectam*] melius: *tectus*, quod nonnulli praeferunt codicis. *Urbem irrupit nudatam*, nam in arcem Byrsam se receperant. *Locum patentem*, apricum, nulla testudine munitus. W.

18. *Cum operositas — cerneretur*] cum solita vineas et aggeres admovendi consuetudo nimis operosa esset, et, qui magis urgeret, hostiles interiores terras invadendi impetum retardaret. W.

Helepolis] vide XXIII, 4. Zosimum III, 18. W.

21. *Mamersides praesidiorum Praefectus.*] Zosimo III, 18. Μομόσειρος τούτων ἡγούμενος. LINDENBR.

22. *Numerata sunt autem dediticiorum duo millia.*] Longe maior numerus apud Zosim. III, 18. Ἄνδρες ἀφείθησαν πεντακισχίλιοι περί που τὸν ἀριθμὸν, δίχα τῶν πλοίοις μικροῖς διὰ τῆς διώρυγος οἵων τε γενομένων διαφυγεῖν. Reliqua ut Ammianus. LINDENBR.

Navigiis parvis] μικροῖς rectius fortasse quam Zosimi μακροῖς. W.

CAPVT III.

2. *Feſtinatione ipſa tutiſſimus*] ſpem optimam in feſtinando ponens. *pervolavit graſſatores* disiecit. W.

Duos Tribunos ſacramento ſolvit, ut deſides et ignavos.] Deſidia in pagano vitium eſt, in milite crimen. Arrius Menander de Re milit. *Omne delictum eſt militis, quod aliter quam diſciplina communis exigit, committitur, veluti ſegnitiae crimen, vel contumaciae, vel deſidiae.* L. 6 ff. de re milit. More maiorum igitur Iulianus egit, cum inutiles militiae ſacramento ſolvit. LINDENBR. Cingulum ademit, Zoſim. III, 19. W.

Decem vero milites ex iis.] Decimationis ſupplicium haud dubie intelligit. Ceterum hanc fiduciam, et auctoritatem Iuliani in puniendis fugacibus magnopere Libanius effert in Orat. funebri, p. 515 (Reisk. I. p. 509. inter cetera: καταβιβάζων ὡπλισμένους πολλοὺς αὐτὸς ἔχων δορυφόρους οὐδὲ τρεῖς. Id eſt: *Exauctorans tot numero armatos, ne tres quidem circa ſe ſtipatores habens.* VALES.

Decem milites] i. e. decimum quemque militem. W. Ernſtius in varr. obſervv. l. I. c. 5. p. 51. „lege aut *decimos* (inquit) aut error eſt Graeculi *decimationem* non intelligentis." ERF.

Milites ex his qui fugerant, exauctoratos capitali add. ſupp. ſecutus veteres leges.] Menander de Re milit. lib. III. *Qui in acie prior fugam fecit, ſpectantibus militibus propter exemplum capite puniendus eſt.* Rufus in Legibus militaribus: Ὁ πρῶτος ἐν παρατάξει φεύγων ἐπ' ὄψεσι τῶν στρατιωτῶν κεφαλικῶς τιμωρεῖται. LINDENBR.

3. *Argenteos nummos centenos.*] Zoſim. ὁ βασιλεὺς φιλοφρονούμενος τὸ στράτευμα, λόγοις τε καθήκουσιν ἐτίμα, καὶ ἕκαστον ἀργυροῖς ἑκατὸν νομίσμασιν ἐδωρεῖτο. LINDENBR.

Argenteos numos denarios *centenos*, noſtro, qui nunc eſt, valore 20. circiter Imperiales. W.

Eos parcitate.] Mſ. *patruitate prom.* Iſ. *parvitate prom.* LINDENBR.

Parvitate] vox rarior, ſed ipſi Ciceroni uſurpata. W.

4. *Docuerunt Principes auro quiete a barbaris redempta.*] Conſtantinum intelligit, ut opinor, de quo etiam in Caeſaribus (p. 24. edit. Heuſing.) haec dicit: τά γε μὴν εἰς τοὺς βαρβάρους ἦν αὐτῷ γελοῖα· φόρους γὰρ ὥσπερ ἐτετελέκει. Vid. ad h. l. Spanhem. ad verſ. Gall. p. 223. W.) Idque eius filii poſtea factitarunt: ut de Conſtante ſcribit Aurelius Victor, eum obſides a barbaris pretio quaeſitos accepiſſe. Porro id ſemper et ubique facere, extremae ignaviae eſt. Sed interdum eae neceſſitates temporum occurrunt, quae omnino hoc remedio uti cogant. At tum demum nullum in eo dedecus eſt, modo cum moderatione fiat ac dignitate. Primus ex Impp. Rom. id uſurpavit Domitianus: at id quantopere Plinius vituperavit? Traianus deinde etiam ipſe id factitavit, ſed parce, et cum decore ac dignitate. Armatus enim barbaris ſupplicantibus munera largitus eſt. Hoc vero laudat idem Plinius in illa Gratiarum actione c. 12. *Accipimus obſides ergo, non emimus: nec ingentibus damnis immenſisque muneribus paciſcimur, ut vicerimus: rogant, ſupplicant: largimur, negamus; utrumque ex imperii maieſtate.* Poſt Domitia-

num ignavissimus quisque iis artibus adversus barbaros est usus, ut Commodus, et Caracalla, de quibus id narrant Herodianus et Dio. Hadrianus autem et Iustinianus prudenti consilio id fecere. De Iustiniano Agatias in lib. ult. Menander in I. VALES.

5. *Impetitum aerarium est.*] Edit. Rom. *et Tolos. codex* [ac Colbert.] *impetum*. Codex Regius *imptum*, et ad marginem emendatur *inops*. VALES. Miror cur non potius ediderint viri doctissimi *impeditum*, ut saepe solent illa verba expedire et impedire ad rationes pecuniarias transferri, quod est notissimum. Sed attente considerans veterem scripturam, nullus dubito quin ea corrupta sit pro *implicitum*. GRON.

Impetitum] invasum, direptum, exhaustum. Hoc sensu accepisse Ammianum suadent sequentia *exinanitae, populatae*, et ad illustrandum quodammodo valet XXXI, 12. ubi *impetens* est cum impetu poscens, flagitans. W.

Nec pudebit Imp. profiteri paupertatem.] Sic Pericles apud Thucydidem in lib. 2. c. 60. καὶ τὸ πένεσθαι, inquit, οὐχ ὁμολογεῖν τινὶ αἰσχρὸν, ἀλλὰ μὴ διαφεύγειν ἔργῳ αἴσχιον. *Neque turpe est paupertatem profiteri: sed eam minime omni opere evitare turpius.* *Et Aristides, cum ei Callias pecuniam offerret, constanter recusans aiebat, plus sibi gloriae afferre paupertatem, quam Calliae opes. Multos enim reperiri, qui bene aut secus divitiis uterentur; paupertatem vero qui constanter ferrent, paucissimos esse; erubescere vero de paupertate eos tantum, qui egerent inviti: ut refert Plutarchus in Aristide sub finem. VALES.

In animi cultu] philosophiae studio. W.

7. *Confecto tantorum munerum cursu moriar stando.*] Tale fuit dictum Vespasiani: *Stantem Imperatorem excedere terris decet.* Aur. Victor in Vespasian. Et de Turbone Praefecto scribitur, cum hanc vocem in ore habuisse: τὸν ἔπαρχον ἑστῶτα ἀποθνήσκειν δεῖ. Xiphil. in Hadriano. *Zonaras p. 204.* LINDENBR.

Quam mihi febricula eripiet una.] B. Eucherius Episc. Homil. 2. pag. 577. *A possessore suo una febricula veniente novimus reposcenda.* LINDENBR. *Eripiet* eripere potest. W.

Discedam] solio, imperio memet abdicabo W.

Nec enim ita vixi, ut non possim aliquando esse privatus.] Respexit dubio procul ad id, quod Nerva Imp. iam olim dixerat, Οὐδὲν τοιοῦτον πεποίηκα, ὥστε μὴ δύνασθαι τὴν ἀρχήν τε καταθέσθαι, καὶ ἀσφαλῶς ἰδιωτεῦσαι. Xiphilinus in Nerva. LINDENBR. Fortassis ita. Sed etiam manifeste alludit ad sententiam Ciceronis de Dionysio lib. V. Tuscul. cap. 21. *Atque ei ne integrum quidem erat, ut ad iustitiam remigraret, civibus libertatem et iura redderet. iis enim se adolescens improvida aetate irretierat erratis, eaque commiserat, ut salvus esse non posset, si sanus esse coepisset.* GRON.

Nec enim ita vixi, ut non possim aliquando esse privatus] non ita me abripi specioso imperii splendore passus sum, ita sobrie atque moderate vixi, ut ad privatam vitam reditus mihi futurus sit facillimus. W.

Perfectos bellicarum o. genere doct.] Haec est quidem Editionis Rom. scriptura: sed Codex Regius cum Aug. Editione scriptum habet *perfunctos*. VALES.

8. *Inter ſecunda et aſpera medii.*] Poſſis exponere in utraque fortuna ſibi conſtantis, vel in quo proſpera et adverſa per vices ſibi ſuccedunt, uti xxx, 7. *medius inter probra et praecipua* (eximias laudes). Poſterius magis placet. W.

Quod cum vere dicitur, ſolet armorum crepitu leni monſtrari.] Hic mos fuit etiam veterum Gallorum, ut teſtatur Caeſar in lib. 7. c. 21. Nam poſt Vercingetorigis orationem ſic ait: *Conclamat omnis multitudo, et ſuo more armis concrepat, quod facere in eo conſueverunt, cuius orationem approbant.* In militibus autem Rom. exempla paſſim ſuppeditat Marcellinus, ut in lib. 21. cap. 13. VALES.

* *Solet armorum crepitu.*] Sic omnino legendum. Caeſar de Bello Gallico lib. 7. c. 21. *Conclamat omnis multitudo, et ſuo more armis concrepat: quod facere in eo conſueverunt, cuius orationem approbant.* LINDENBR.

9. *Per caritates*] per ea, quae ſibi cara eſſent. *Per inchoatas negotiorum magnitudines,* res, quas animo concepiſſet gerendas. W.

Sic ſub iugum mitteret Perſas.] Antiqui per vota ſua iurabant, ut Vatinius: *Ita Conſul ſiam.* Quod tantam indignationem movit Catullo, ut diceret 52. 3.

Per Conſulatum peierat Vatinius.
Miſer Catulle, quid moraris emori?

Et Cleopatra quoties iurare volebat maximum id votum concipiebat: *Sic in Capitolio iura reddam,* teſte Dione in lib. 50. c. 5. et Otho ipſum Neronem adhuc privatus alloquens, ſic iuraviſſe ab eodem dicitur: οὕτω με καίσαρα ἴδοις, *Sic me Caeſarem videas.* Omitto Plancum in Epiſt. 9. lib. x. M. Tullii, Senecam in Suaſoria ult. Senecam alterum in Epiſt. 117. *Ex his intelligendus eſt Chryſoſtomi locus in Homilia xx. ad populum Antiochenſem, ubi Theodoſium Imper. ſic loquentem inducit: καὶ εὐχῆς μοι διηνεκοῦς ἔργον ἦν, τὴν πόλιν ἐκείνην ἰδεῖν, καὶ τοσοῦτον ἐποιούμην ὅρκον πρὸς πάντας. Nec aliter ſoleo interpretari locum Senecae in libro II. de Clementia (II, I) ubi vocem illam Neronis. *Vellem neſcire litteras*, tantopere laudat. *O vocem in concionem omnium mortalium mittendam! in cuius verba Principes Regesque iuramentum faciant:* quod quidem nec Muretus nec Lipſius intellexit. Optat Seneca, ut ex his Neronis verbis iuramentum Reges ac Imperatores faciant hoc modo Ita velim neſcire litteras! Sic vellem mea manu damnatum neminem.* [Palladius in Dialogo de vita Chryſoſtomi, loquens de Dioſcoro Epiſcopo Ammonii fratre, qui ſepultus fuerat extra portam Conſtantinopolis: ὡς τὰς πλείστας τῶν γυναικῶν καταλειψάσας τῆς Μάρτυρος, τοὺς ὅρκους κατὰ τῶν εὐχῶν Διοσκόρου ὀμνύειν. Iurabant igitur hae mulieres: Ita me Dioſcorus ſuis precibus adiuvet.] Adiurandi etiam potentiſſima ratio haec erat. Sic apud Virgilium Aen. VI, 364.

— — *per ſpem ſurgentis Iuli.*

et Eclog. x, 4.

Sic tibi cum fluctus ſubter labere Sicanos,
Doris amara ſuam non intermiſceat undam.

Adde et Suidam in ὅρκος. Sed et omne iusiurandum tacitum habet et votum, et execrationem: poenam enim imprecatur ubi

qui iurat, ſi peieraverit. Ut apparet in iuramentis Graecorum apud Demoſthenem et Aeſchinem, et Romanorum apud Feſtum in *lapidem*. Et recte Plutarchus in Quaeſtionibus Romanis, cap. 44. πᾶς ὅρκος εἰς κατάραν τελευτᾷ τῆς ἐπιορκίας: *Omne iusiurandum in exſecrationem periurii deſinit.* Et Servius in lib. 2. Aen. *Exſecratio*, inquit, *eſt adverſorum deprecatio: iusiurandum vero optare proſpera.* Utrumque etiam iungit Ariſtophanes in Avibus, ubi Piſthetaerus ait v. 443.

Κατόμοσον νῦν ταῦτά μοι.
Chorus reſp. Ὄμνυμι ἐπὶ τούτοις πᾶσι νικᾶν τοῖς κριταῖς,
Εἰ δὲ παραβαίην, ἑνὶ κριτῇ νικᾶν μόνον.

Ubi Scholiaſtes fallitur, qui ὄμνυμι poſitum ait eſſe pro εὔχομαι. Neque enim Chorum ibi iurare, ſed optare tantum. Illud ad extremum addam, hanc mihi cauſam videri, cur antiqui illi exta, quibus tacitis conceptum erat iusiurandum, in mare proiicerent, neque quidquam de victima edendum putarent, quod teſtatur Euſtathius in Il. τ. et Pauſanias Eliac. 1. ob adiunctas ſcilicet iuri iurando exſecrationes. VALES. Non id agitur, ut locus Senecae accipiat interpretationem; ſed ut alienarum manuum ſcriptura quae ex ipſo vocabulo *iuramentum* ſatis patere credita viris doctis, abigatur, vera reſtituta: quando ſententia illius ſcriptoris ultro ſatis clare ſe oſtendet. Quum itaque tam notabiliter ibi haereant veteres libri, et praeſertim Nazarianus declaret, quantopere omnia ſint illic conſpurcata, hoc agendum eſt, non exquirendae otioſae et tantum placentes iis, a quibus inventae ſunt, interpretationes. Et id iam praeſtitum eſt ſatis luculente. GRON.

[*Sic pontibus Hiſtrum et Euphraten ſuperem.*] P. Pithoeus ad marginem Ammiani ſui notat, hoc loco in veteribus libris pro *Euphraten* ſcriptum eſſe *Auſidum*, et nos remittit ad Strabonem, et ad Melam ac Plinium, qui Aufidi fluminis meminere. Quaſi Aufidus a tribus iſtis Auctoribus multisque aliis memoratus, amnis in Italia non magnus, Canuſium Apuliae Dauniae opidum praefluens, locum heic ullum habere poſſit, aut cum Hiſtro iungi termino Imperii Romani: quaſi demum optaturus fuerit Traianus parvo, eique toti utrimque ſuae ditionis flumini pontes imponere. Trans Hiſtrum erat Dacia, quam Traianus in formulam provinciae redigere cupiebat, ſicut et fecit: trans Aufidum et circum erant ſoli Apuli, aliaeque Italiae nationes ipſi ſubiectae. Tamen nihilominus in codice Colbertino ſcriptum diſerte reperio: *Sic pontibus Hiſtrum et Auſidum ſuperem!* Aut igitur heic vitioſa ſunt Ammiani exemplaria; aut certe *Auſidi* appellatione aliquod flumen nobis incognitum, fines Imperii Rom. principatu Traiani terminans deſignatur.] VALES. Certe Euphratis mentionem eſſe hic ſuppoſititiam colligitur facile ex praecedenti formula, ubi ſolius Daciae meminit, non item Parthicae cuiusdam regionis. Nec Pithoeus, quia diligens fuit in animadvertenda vetere ſcriptura, meruit talem cavillationem, qui ex illis auctoribus, quos citavit, ſatis notum habuit, ubi eſſet Aufidus, nec potuiſſe Traianum de eo vovere. Certe quum ab Dacica Iſtri ripa complures ſint fluvii, eorum aliquem hic nominatum a Traiano et Ammiano crediderim. GRON. Nolim equidem Euphratis mentionem ab hoc loco alienam haberi. Traianus enim in illas regiones veniſſe videtur, cum *Traiani tribunal* (c. 2. §. 3.) ibi inventum ſit. Cf. XXIII, 5, 17. XXIV, 6, 1. Dio Caſſ. LXVIII, 28. Scripturam *Auſidum*

Wesseling. ad Itiner. p. 120. defendi posse putat: pontem enim in Aufido ab Traiano factum esse. W.

10. *Sublatis cataractis*] muris et canalibus (v. supra c. 1. et 2.) apertis. W.

11. *Constratis ponticulis multis ex utribus.*] In fabris exercitum sequentibus erant etiam, qui utribus inflatis et suppositis pontes contabularent, de quibus vide C. G. Schwarz Diatriben de Collegio Vtriculariorum, in Miscell. politior. humanitatis p. 27. cf. xxv, 7. extr. De *coriaceis navibus* cf. Scheffer de militia navali p. 26. W.

Et utribus sublicüsque navibus.] Sic primus emendavit Castellus, quem ceteri deinceps secuti sunt. At in Editione Rom. sic legebatur: *Constratis periculis m. et utrib. et proiici a navib. itidem confectis palm. trabibus, etc.* Cui subscribunt codex Regius et * Tolos. * [Colbert.] et Florentinus, nisi quod in his legitur, *procia navibus itidemque, etc.* Ego vero sic emendandum hunc locum existimo: *Constratis ponticulis m. ex utribus, et coriaceis navibus, itidemque confectis palmarum trabibus, etc.* quod confirmat Libanius pag. 516. (Reisk. 1. p. 599.) ἐντεῦθεν τοίνυν ἐχώρουν ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἆθλον τὰς διώρυγας: et post nonnulla quae operae pretium erit ibi legere. addit: καὶ αὐτίκα πλείους μὲν ἐπὶ γῆς οἱ Φοίνικες· συχναὶ δὲ ἀπὸ τούτων αἱ γέφυραι. *Et confestim palmae plurimae caeduntur, ex quibus multi pontes facti sunt.* Quod spectat ad coriaceas naves: earum in apparatu bellico Iuliani meminit Zosimus III, 13. et νῆες ἀπὸ δερμάτων vocat, opponitque eas ταῖς ἀπὸ ξύλων. Libanius etiam pag. 517 (Reisk. 1. p. 601.) in obsidione Maiozamalchae τὰ σκύτινα τῶν πλοίων appellat. Eorum navigiorum frequens usus fuit in Assyria, ut docet Herodotus in lib. 1. c. 194. Denique pontes ex utribus memorantur etiam in lib. 25. c. 6. Ascogephyros Graeco vocabulo recentiores Latini dixerunt, quos describit Auctor de rebus bellicis post Imperii Notitiam editus. VALES.

Confectis palmarum trabibus] quae non tam naves, quam rates essent. W.

12. *Adusque Mesenen.*] Mesene regio est Parapotamiae, ut docet Plinius in lib. 6. sic dicta, quod inter duo flumina sita sit media, ut ex Asinio Quadrato docet Stephanus. Ἀπάμεια, inquit, ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ τῷ τίγρητι περιεχομένη, ἐν ᾗ σχίζεται ὁ τίγρης ποταμός· καὶ ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ μοίρᾳ περιέρχεται ποταμὸς δέλας, ἐν δὲ ἀριστερᾷ τίγρης ὁμώνυμος τῷ μεγάλῳ. *Apamea est in Mesene regione, Tigri fl. cincta: ubi fl. Tigris in alveos duos scinditur: dextra Delas, sinistra Tigris labitur, magno illi cognominis.* Xiphilinus in Hadriano Messenem insulam esse dicit in Tigri. Incolae Messenii dicuntur in Prologo 42. Trogi Pompeii, * et ab Eutropio in lib. 6. ubi de Traiano haec dicit: *Seleuciam et Ctesiphontem, Babylonem et Messenios vicit ac tenuit.* Sic enim legendum esse et MSS. et Paeanii versio docent. VALES.

Mesenem] Apameam XXIII, 6, 23. *Mare magnum* Zosimus III, 20. W.

Termites et spadica.] Vide Gell. lib. 2. cap. 26. lib. 3. c. 9. * LINDENBR.

Termites et spadica.] Σπάδικα Graeci vocant avulsum e palma termitem cum fructu, ut ait Agellius in lib. 2. et 3. et Plu-

tarchus in lib. 8. συμποσ. cap. 4. Corrupta haec dictio iamdudum est in lib. 4. Porphyrii de abstinentia (p. 318. ed. Rhoer. ubi v. notam. W. *Κοίτη δὲ αὐτοῖς ἐκ τῶν ὀπεδίκων τοῦ Φοίνικος, ἃς καλοῦσι βάϊς, ἐπέπλεκτο*: quae Porphyrii verba sic vertit D. Hieronymus in lib. 2. contra Iovinianum: *Lectus illis de foliis palmarum, quas baias vocant.* Apparet iamtum aetate D. Hieronymi eum locum depravatum fuisse. Nam si tunc vera scriptura ἐκ τῶν σπαδίκων eo loci fuisset, numquam folia palmarum vertisset Hieronymus, sed termites, aut spadices. VALES.

Termites] ramos arborum, sed sine fructu, et *spadica*, itidem ramos, sed in quibus fructus essent. Gellius Noct. Att. II, 26. *Rutilus* et spadix *phoenicei* συνώνυμος, *qui factus Graece noster est, exuberantiam splendoremque significant ruboris, quales sunt fructus palmae arboris non admodum sole incocti, unde spadici et phoeniceo nomen est. Spadica enim Dorici vocant avulsum e palma termitem cum fructu.* Solus Ammianus forma neutrali *spadicum*, alii omnes *spadix*, ideoque Gesnerus in Thes. *spadicas* et nostro reddendas existimat. W.

Quorum ex fructu mellis, et vini conf] Herodotus in lib. 1. ait, Assyrios ex palmis cibum et mel, et vinum sibi conficere. De vino quidem ex palmis, quod φοινικικὸν, seu φοίνικα vocat Athenaeus, pleni sunt veterum libri. Nam et Xenophon in Expeditione Cyri, et Dioscorides, et Plinius eius meminere. Plutarchus in lib. 8. Sympos. cap. 4. ait. Babylonios prae ceteris arboribus palmam magnifacere, quippe quae trecenta sex utilitatum genera ipsis afferat. VALES.

Maritari palmae ipsae dicuntur.] Basilius Episc. Homil. 5. in Hexamer pag. 22. Τοὺς φοίνικας εἰς ἄῤῥενας καὶ θηλείας διϊστῶσι, καὶ ἴδοις ἄν ποτε τὴν παρ' αὐτῶν (φυτουργῶν) ὀνομαζομένην θήλειαν, καθιεῖσαν, τοὺς κλάδους οἷον ὀργῶσαν καὶ τῆς συμπλοκῆς ἐφιεμένην τοῦ ἄῤῥενος. τοὺς δὲ θεραπευτὰς τῶν φυτῶν ἐμβάλλοντες τοῖς κλάδοις, οἱόν τινα σπέρματα τῶν ἀῤῥένων, τοὺς λεγομένους ψῆνας, καὶ οὕτως οἷον ἐν συναισθήσει, τῆς ἀπολαύσεως γεύεσθαι καὶ ἀνορθοῦσθαι πάλιν τοὺς κλάδους, καὶ πρὸς τὸ οἰκεῖον σχῆμα τοῦ φυτοῦ τὴν κόμην ἀποκαθίστασθαι. Quae verba Eustathius vetus Basilii interpres ita vertit: *Palmas gemini esse sexus affirmant. Nam videtur quomodo apud eos quae femina nominatur, ramos proprios incurvat ad marem, velut eius concubitum petens, ut possit ex eius admixtione concipere. Unde ingeniosi agricolae sublatos de masculo certos oculos feminae dicuntur inserere; et ita quasi coitu desiderantur expleto. confestim subductus brachiis recurrit ad statum.* Vid. Ambrosium Episcopum Mediol. Hexamer. lib. III. cap. 13. Plin. lib. XIII. cap. 4. Theophylact. Simocat. Quaest. Physic. cap. 4. *et Epist. 18.* LINDENBR.

Maritari ipsae palmae dicuntur] Quae de mutuo arborum amore, earumque maritandarum ratione adiicit Ammianus, nec veteribus diversos arborum sexus incognitos fuisse probant. Verba nihil habent difficultatis, quamquam artificiosum illud coniugium iucunde magis, quam vere descriptum, mirandumque sit, quod insecti (ψηνὸς) marem oblidentis, et feminae admoti nullam mentionem iniecerit, quod et Herodoto non incognitum fuit 1, 193. Cf. *Kaempferus in Amoenitatt. exoticis* Fasc. IV. p. 660. ss. *Hasselquist Reise nach Palästina* S. 223. *Heeren Ideen* Th. II. S. 663. W.

14. *Prope locum venit.*] Blithram hunc locum vocat Zoſimus III. 19. VALES. De quo tamen dubitari poteſt: nam et aliam eodem capite habet Zoſimus *Fiſſeniam*. cf. Mannert p. 388. W.

CAPVT IV.

1. *Civitas ab incolis Iudaeis deſerta.*] Philo in Legatione ad Caium ait, plenum eſſe orbem terrarum Iudaeorum coloniis: et regionem fere omnem trans Euphratem, Babyloniam, et reliquas Praefecturas quae agrum fertilem habeant, à Iudaeis obtineri. Idem ſcribit et Ioſephus. Theophylactus quoque in lib. 5. cap. 7. captis a Veſpaſiano Hieroſolymis, et everſo templo, pleroſque Iudaeorum metu atque odio nominis Rom. relicta Palaeſtina in Perſidem migraſſe dicit: atque ibi opibus auctos, ad ſeditiones tandem erupiſſe. VALES.

Ab incolis Iudaeis] quales in illis regionibus etiamnunc plures offendit Niebuhrius. W.

5. *Suſtulit ab hoſte proſtrato, etc.*] Livius lib. VII. c. 10. Luc. Florus lib. I. cap. 13. Valer. Maximus lib. III. cap. 2. Aurel. Victor de Viris illuſtrib. cap. 28. 29. LINDENBR.

Alitis (corvi) *propugnatione* (iisdem verbis utitur Gellius IX, 11. quem omnino ſaepe ob oculos habet Noſter) *Valerius, cognomento Corvinus.* Rem narrat Liv. VII, 26. Gellius l. l. W.

6. *Salubrius*] tutiori loco. W.

7. *A cohortibus noſtris repulſoriis*] ad ſubitos hoſtium incurſus arcendos praemiſſis. Paullo poſt *equeſtres turmae. Habitus fruſtra* ſpe deluſus. W.

8. *Duarum incolae civitatum.*] Bezuchin harum civitatum alteram dictam ex Zoſimo ſcimus lib. III. c. 20. LINDENBR.

Se contulerunt] conferre voluerunt. — *Alveis arborum cavatarum* (Canots). W.

9. *Librata ratione*] prudenter atque conſiderate. Sic ſaepe Noſter. *Per globos agminatim. Nullo provincialium* noſtrae editionis *damno miles viſceribus* (medulla) *hoſtium paſcebatur.* Similis locus XVII, 1. *ex barbarorum viſceribus alimenta congeſta ſunt*, omninoque tropus iſte illa aetate frequens. v. Gloſſar. Nomicum Codicis Theodoſ. W.

10. *Ordine trino ſcutorum*] gravis armaturae militum corona. *Appetitus* ipſa oppugnatio *erat neceſſarius*, ne a tergo haberet hoſtes. *Rupibus anfractu celſiore e diſciſſis*, in ſummo monte flexis atque abruptis, *flexuoſisque exceſſibus* in cavitates exeuntibus. W.

[*Turres crebritate et altitudine formidandae.*] In codice Colbertino legitur ſcriptum: *Turres celebritate et alt. formid.* Quemadmodum in veteribus libris MſſT. Ammiani ſcriptum ſe reperiſſe notavit et Pithoeus ad oram libri ſui. Quae haud dubie vera probaque eſt ſcriptura. Turres celebritate formidandae ſunt et dicuntur, turres militum frequentia et multitudine hoſtibus metuendae.] VALES.

11. *Devoti cineribus patriae*] mori pro patria parati. W.

12. *Terrarum latibula concava oblongis tramitibus*] paullo poſt uno verbo cuniculi. W.

13. *Adusque Cteſiphonta.*] Quae ſtadiis LIX. ab urbe Maozamalcha diſtabat, ut Zoſimus ſcribit. VALES.

14. *Rigentis ferri lapſibus*] Reineſ. *cratibus.* W.

Infigurabilium] nondum plane ad iuſtam formam concameratorum. Vox nusquam alias obvia, eodem tamen ſenſu *infiguratam febrim,* quae *typum* nondum habet, ut medici nunc loquuntur, ex Theod. Priſciano affert Gesnerus h. v. W.

15. *Claudere et fruſtrari exitiales impetus.*] Scribendum videtur *eludere.* VALES.

16. *Aptatae ligneis ſagittis balliſtae*] more Ammianeo pro ſagittae balliſtis aptatae. *Scorpiones* XXIII, 4. W.

18. *Aequis manibus.*] Metaphora videtur eſſe a Gladiatoribus ducta, quorum petitiones manus dicebantur, ut docet Quintilianus in libri 5. Inſtit. cap. 13. aut ſane a manibus in ludo aleae, de quibus Suetonius in Auguſto. *Sumptum eſt ex T. Livii libro 27. c. 3. in quo Marcellus milites ſuos obiurgans, ſic loquitur: *Nempe aequis manibus heſterna die diremiſtis pugnam.** VALES.

Aequis manibus] aequo Marte, ſed Ammianus ipſe explicat adiecto: pari fortuna. cf. Livius XXVII, 3. Tacit. Ann. 1, 63. W.

19. *In diſtrictis* dubiis *neceſſitatibus.* W.

Nihil tam leve eſt.] Eſt palam imitatio Liviana ex lib. 25. cap. 18. *Sed in bello nihil tam leve eſt, quod non magnae interdum rei momentum faciat.* GRON.

Abuſive ad abuſum usque vehementius *incuſſo* propulſo *ariete.* W.

21. *Sublicisque ſuſpenſis.*] Mſ. *ſupplicibusque.* ſ*c*. *ſublicibusque.* Gloſſar. *Sublices.* καταπῆγες, οἱ ἐν ποταμῷ τὴν γέφυραν ὑποβαστάζοντες. Vid. Feſtum, Caeſarem, Vitruvium de Architect. lib. III. cap. 3. LINDENBR.

Sublicibusque] pilis, ſubſtructionibus. W.

22. *Aeneatorum accentu* XVI, 12. W.

23. *Evolat Exſuperius de Victorum numero miles.*] Foede hunc locum corruperant, quibus et ſcribendi ratio, et antiquitas Romana parum perſpecta. Quid enim ineptius hac lectione, *evolat ex ſuperius devictorum numero miles?* Neque aliter in Mſ. cum tamen certiſſimum ſit, ita legendum, ut nos edidimus. Zoſimus lib. III. c. 22. εἶτα τὴν ἐπικειμένην ἄχρι τῆς ἐπιφανείας γῆν διατρήσαντες, ἐφάνησαν οἰκίας ἐν μέσῳ, καθ' ἣν ἔτυχέ τις ἀλετρὶς γυνὴ, νυκτὸς οὔσης ἔτι βαθείας, σῖτον ἄλευρα εἶναι ἐργαζομένη. Ταύτην μὲν οὖν ὁ πρώτως ἀναδὺς, ἐκβοᾶν μέλλουσαν, παίσας ἀνεῖλεν. Ἦν δὲ Σουπεράντιος ἐν τῷ λόχῳ τῶν Βικτώρων οὐκ ἄσημος, ἐπὶ τούτῳ δὲ Μάγνος, καὶ τρίτος ὁ Ἰοβιανὸς, τοῦ τάγματος τῶν ὑπογραφέων προτεταγμένος. Et numeri Victores non hic tantum laudantur, ſed in Notitia Imperii peſſaepe. *Superantium* autem Zoſimus III, 22. vocat, quem Ammianus *Exſuperium:* eratque id amabile militibus, velut ominis boni nomen. *In Actis martyrii S. Mauricii *Exſuperius campiductor* laudatur p. 138. et in alia

Inſcriptione: *Miles Potentianus eiusque uxor Exſuperia.* Itaque etiam in delectu militum Valerius, Salvius, Statorius, ominis boni gratia primi nominabantur. Feſtus in LACUS LUCRINUS. Cicero de Divinat. lib. I. *In delectu Conſules obſervant, ut primus miles fiat bono nomine.** Lapis vetus Paetovione. C. ATUCIO ALBANO VETERANO EX-PRAETORIO. ET AELIAE SABINAE VX. OPT. ET ATVCIAE AVENTINAE F. A. XXXIII. EXSUPERIUS MILES LEGIONIS. SEП. Θ. XXIII. LINDENBR.

Ex uſu moris gentici iuſtitiam ſel. Regis ſui.] Idem ſcribit Zoſimus III, 22. his verbis: ἐπέστησαν παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα τοῖς Πέρσαις ᾄσματα λέγουσι ἐπιχώρια τὴν μὲν τοῦ σφῶν βασιλέως ἀνδρείαν ὑμνοῦντα, διαβάλλοντα δὲ τὴν τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως ἀνέφικτον ἐπιχείρησιν. *Praeter omnem exſpectationem ſupervenerunt Perſis carmina quaedam gentilia canentibus, quibus Regis quidem ſui fortitudinem celebrabant, Romani autem Principis conatus irritos vituperabant.* Eiusmodi ſunt acclamationes Perſarum et Romanorum, antequam manus conſererent, relatae in libro 19. *Noſtris,* inquit, *virtutes Conſtantii Caeſ. extollentibus, ut domini rerum et mundi, Perſis Saporem et Saanſaam vocantibus, et Piroſem, etc.* Ad eumdem morem pertinet etiam, id quod ſcribit Libanius in Orat. funebri pag. 271. (Reisk. I. p. 536. extr.) de Auguſtodunenſi obſidione: παρηβηκόσι ποσὶν ἔτρεχον τὸ τοῦ βασιλέως ὄνομα βοῶντες, καὶ ἐνίκων οἱ γέροντες ὥσπερ οἱ Μυρωνίδου. *Pedibus prae ſenio debilitatis cucurrerunt, nomen Caeſaris clamantes, et ſenes victoriam reportarunt, perinde ac illi quondam duce Myronide,* de quibus Thucydides in I. VALES. Laudat hunc locum *Beckmann* Geſch. d. Erfindd. Th. IV. p. 122. ubi de vigiliis agit nocturnis. W.

Moris gentici.] Sic loquitur Tacitus in lib. 6. Annalium c. 33. VALES.

24. *Caſtra Lucanorum invadenti Luſcino.*] Valer. Maximus lib. I. cap. 8. LINDENBR. Nummus extat Sept. Severi, in quo Mars ſcala indutus cernitur, de quo libellum conſcripſit Io. Cph. Olearius Arnſt. 1695. 4. Valerii tamen et Ammiani immemor. W.

Caſtra Lucanorum invadenti Luſcino.] Cum Brutii, et Lucani duce Stenio Statilio Lucano, iam ſecundum Thurios obſiderent: Romani Thurinis auxilium ferendum eſſe decreverunt. Miſſus itaque adverſus Lucanos C. Fabricius Luſcinus Conſul, caſtra eorum cepit, et XX millia hominum interfecit. Victoriae famae Mars auctor creditus ob eam cauſam quam refert Valerius Maximus in lib. I. cap. ult. Thurini obſidione liberati Fabricium ob id donavere ſtatua, ut refert Plinius in lib. 34. cap. 6. Huius belli meminit etiam Dionyſius Halic. in Excerptis legationum. In Prologo lib. XI. Titi Livii id relatum eſt his verbis: *Item contra Lucanos res geſtas continet, contra quos auxilium Tyrrhenis ferre placuerat:* ſcribe meo periculo, *Thurinis.* VALES. Tarde et ſero iactatur fiducia periculi, quum iam anno 1652. in editione Livii in his terris exarata ſic fuerit exhibitum, quum Valeſiana quadriennio demum poſt prodierint Pariſiis. GRON.

Poſtridie cum recenſeretur exercitus.] Hic mos erat Imperatorum Rom. ut poſtridie quam pugnatum erat, exercitum recenſerent, et eos qui ſtrenue ſe geſſerant praemiis militaribus pro concione donarent. Plenae ſunt hiſtoriae eius moris, qui ſtante Rep. obtinuit. Sub Caeſaribus autem interdum etiam, quamquam

non ita frequens, eius obcurrit mentio. Sic Theophylactus in lib. 2. post pugnam cum Persis: τῇ δὲ ἐπιούσῃ, ait, ὁ στρατηγὸς ἐξέτασιν τοῦ ὁπλιτικοῦ ἐπεποίητο, καὶ δώροις τοὺς τραυματίας ἐφιλοφρονήσατο. *De obsidionalibus coronis vide Lipsium libri 5. de Mil. cap. 17.* VALES.

Coronis obsidionalibus.] Debebat esse, ut recte monet Gibbonus VI, 24. *muralibus,* nam obsidionales Imperatorum propriae erant. W.

25. *Iratorum potestas*] quatenus erant superiores. W.

26. *Nabdates praesidiorum Magister.*] Zosimus lib. III. c. 22. Ἀναβδάτης ὁ ἀρχιφύλαρχος: ubi forsan legendum ἀρχιφρούραρχος: ut inf. de eodem: Ἀναβδάτης, ὁ φρούραρχος, εἰς κρίσιν ἤγετο. LINDENBR.

Puerum gesticularium] uno verbo mimum, pantomimum; sed Ammianus ipse exponit: *multa, quae callebat, nutibus venustissimis explicantem.* W.

27. *Alexandrum et Africanum.*] Polybius lib. X. c. 19. Val. Maximus lib. IV. cap. 3. Curtius lib. III. c. 12. §. 21. et IV. c. 10. §. 24. Iul. Frontinus Strateg. lib. II. cap. 11. LINDENBR. Alexandro et Africano addi poterat *Cyrus.* W.

28. *Artifex*] distinctus igitur ab architecto. *Titubanter* non satis diligenter. *Obliso* contuso *pectore, disiectaque membrorum compage,* ut singula non possent discerni. W.

29. *Fallaces foveas et obscuras, quales in tractibus illis sunt plurimae.*] Meminit horum subterraneorum, in quibus Persae vel ob metum vel insidiarum causa se occultare soliti, Theophylactus Simocatta Histor. lib. II. Οἱ δὲ τῆς Ἀρξανήνης οἰκήτορες ὑπὸ τὰ τῆς γῆς διακενώματα κατεδύοντο. ἔχειν γὰρ ἐκείνους ἐς βάθος δίκην τινῶν ἀντρωδῶν οἰκοδομημάτων κατασκευάς. LINDENBR.

Fallaces foveas et obscuras.] Id ante obsidionem urbis Maozamalchae refert Libanius, pag. 316. (Reisk. I. p. 599.) πυκνὰς ἐποιεῖτο τὰς ἀναπαύλας, ὅπως τὸ μὲν ἄλλο στρατόπεδον ἐν χαρακώματι μένοι, τοῖς δὲ κούφοις τε καὶ εὐρωστέροις εἴη διερευνᾶσθαι τὴν γῆν· οἳ καταγαίους τε οἰκήσεις ἀνεῦρον, etc. *Frequenter requiescere faciebat exercitum, eo ut milites partim in castris manerent, expediti vero et robustiores regionem scrutarentur: qui subterranea domicilia deprehenderunt.* VALES.

30. *Vitalibus obstructis*] Vitalia hoc loco sunt fauces, guttura, quibus spiritum ducimus, cf. XXX, 6. ubi est: *vitali via,* voceque simul obstricta. W.

31. *Pontibus — continuatis*] quorum alius post alium struendus erat. W.

Aedificiis cavatis exstructa.] Sic correxit P. Castellus, cum in Editione Rom. legeretur, *aedificiis cautis,* nec secus in codice Regio [et Colbert.] *ac Tolos.* Sed quanto expeditius erat ac satius ita emendare, *aedificiis lautis exstructa?* Saepe enim monui has litteras inter se confundi solere. In Regio codice superscriptum est *cautius.* VALES. Ernestius sic: „Lectio vulgata *(cautis)* mihi quidem servanda videtur, cuius improbandae nulla alia caussa esse potest, nisi quod aedificia de muris non dicantur. Enimvero apud ipsum Ammianum haec sunt: minae *murorum* fabricatae, quo *aedificii* genere nihil esse *tutius* constat 24, 2. mu-

rorum firmitate *cautiſſimae* civitates 14, 8. His comparatis arbitrer intelligi poſſe, quam parum lectio vulgata ab Ammiani dictione abhorreat, praeſertim ſi murorum turres cogites 24, 2. commemoratas, reſpiciasque alium adhuc locum 20, 7. ubi *muris velut ſinuoſis circumdatum munimentum et cornutis* dicitur: quae ſane ſunt *aedificia cauta.*" W.

C A P V T V.

1. *Pube variorum ſeminum*] omnis generis frumentorum leguminumque ſegetibus. — *Quoniam id placuerat,* quod Romano nempe more aedificata eſſet. W.

2. *Erat in hac eadem regione extentum ſpatium.*] Zoſimus lib III. c. 23. παραγίνεται δὲ καὶ εἰς περίβολον, ὃν Βασιλέως θήραν ἐκάλουν. ἦν δέ τι τειχίον, χωρίον ἀπειληφὸς ἔνδον πολὺ, δένδρεσι πεφυτευμένον παντοδαποῖς. ἐν τούτῳ θηρίων παντοίων ἐναποκλειόμενα γένη, τροφῆς τε οὐκ ἠποροῦντο, διὰ τὸ καὶ ταύτην ἐπεισάγεσθαι, καὶ παρεῖχον τῷ βασιλεῖ τοῦ θηρᾷν, ἡνίκα ἂν βουληθείη, ῥαστώνην. LINDENBR.

Extentum ſpatium et rotundum.] Huius loci meminit Libanius, pag. 319. VALES.

Urſi] Erat, ubi *uri* magis placerent, ſed Philoſtratus etiam vita Apollonii Lib. I habet ἄρκτους. Et hodienum in Oriente *urſos* eſſe teſtatur Niebuhr (Auszug II, 342.) Cf. omnino Briſſon. p. 110. et Curtii locus VIII. init. ibi adductus. W.

3. *Quibus Coche quam Seleuciam nominant*] Huius ſcripturae primus auctor fuit Gelenius. Nam Caſtellus locum mirifice depravarat. In Editione quidem Rom. legebatur: *Quo loco pinguiſitas, et cultra quibus aequans Sedenciam nominant, etc.* At in Regio codice ſic exaratum inveni: *Quo loco pinguiſitas* (et ſuperſcriptum *ſitus*) *et cultu quibus cohaerent quam Seleuciam nom.* In Colbert. *quo loco pingui ſitas et cultu quibus coaequans Seleuciam nominant.*] Certe non immerito dubitari poteſt, ſitne Coche eadem quae Seleucia. Nam Seleuciam tunc deſertam fuiſſe, et a Vero Principe quondam exciſam ſubiicit Marcellinus. At Coche opidum tunc erat munitiſſimum, teſte Nazianzeno in Philippica 2. Deinde nonniſi diu poſt ea, quae hic eveniſſe narrat Auctor noſter, exercitus Cochen verſus ſigna promovit, ut patet ex capite ſequente. Poſtremo Arrianus in lib. x. Parthicorum Chochen a Seleucia aperte diſtinguit, his verbis: καὶ βασιλεὺς ἐξελαύνει ἐκ σελευκείας οὐ πρόσω τοῦ ποταμοῦ τοῦ τίγριδος ἐς κώμην, ᾗτινι χωχὴ ὄνομα: quae Arriani verba citat Stephanus in χωχή. VALES.

Coche quam Seleuciam vocant.] Σελευκείαν τὴν ἐπὶ τῷ Τίγρει, binominemque hanc civitatem fuiſſe dubium eſt nullum: ſed in priori appellatione mire variant, non tam Scriptores ipſi, ut puto, quam antiquarii: quorum incuria factum, ut modo *Coche* vocetur modo *Colche,* vel *Corche.* Ruf. Feſtus: *Colchen et Cteſifontem urbes Perſarum nobiliſſimas cepit.* Eutropius lib. IX. c. 18. *Corchen et Cteſiphontem urbes nobiliſſimas:* ubi tamen quaedam exemplaria *Seleuciam et Cteſif.* habent. Longius hinc duce-

dit Zosimus, et *Zochasen* videtur nominare, lib. III. c. 23. Ζωχάσης, νῦν δὲ Σελευκείας ὀνομαζομένης. Nos *Cochen* retinuimus, meliorum codicum fidem sequuti. Orosius lib. VII. cap. 24. *Duas nobilissimas Parthorum urbes Cochen et Ctesiphontem cepit.* Quarum civitatum situm et nomina optime declarat Gregor. Nazianz. Episc in Iulian Orat. 2. pag 303. ἡ γὰρ Κτησιφῶν φρούριόν ἐστι καρτερὸν καὶ δυσάλωτον, τείχει δὲ ὀπτῆς πλίνθου, καὶ τάφρῳ βαθείᾳ, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ ποταμοῦ τενάγεσιν ὠχυρωμένη. ποιεῖ δὲ αὐτὴν ὀχυρωτέραν καὶ φρούριον ἕτερον, ᾧ προσηγορία Κωχὴ, μετὰ τῆς ἴσης ἀσφαλείας συγκείμενον. ὅση τε φυσικὴ, καὶ ὅση χειροποίητος, τοσοῦτον ἑνούμενον, ὡς μίαν πόλιν δοκεῖν ἀμφοτέρας, τῷ ποταμῷ μέσῳ διειργομένας. LINDENBR. Cf. Cellar orbis antiquus T. II. p. 721. interpretes ad Eutropium IX, 18. inprimis vero Mannertus V. 2. p. 391 — 408. qui, cum libri habeant *Coaequans*, fortasse, uti Zosimum, Zochasam primitus scripsisse Ammianum coniicit p. 403. W.

Civitatem desertam collustrans, sacro Principe quondam excisam.] Locus dubio procul corruptus: cuius tamen veram lectionem hanc assero: — *collustrans, a Caro Principe q.* Natum vitium ex male intellecta veterum scribendi ratione: qua non observata plures passim errores committuntur. De Caro autem Principe hunc locum intelligendum, certum est ex Eutropio lib. IX. c. 18. Orof. lib. VII. cap. 24. Hieronym Chronic Olymp. 266. Ruf. Fest. Breviar. Fl. Vopisco, Aurel. Victore, et aliis. LINDENBR.

Sacro Principe q. excisam.] Affirmat quidem Lindenbrogius scribendum esse *a Caro Pr.* quam eius emendationem confirmare videtur Zosimus in lib. 3. c. 23 Ego vero corrigendum potius esse arbitror, *a Vero Principe quondam excisam.* Et coniectura nostra ipsius Marcellini auctoritate nititur, qui in lib. 23. c. 6. de Seleucia sic dicit: *Qua per duces Veri Caesaris, ut antehac retulimus, expulsata, etc.* Sane Carus Cochen quidem cepisse, et Ctesiphontem dicitur, non autem Seleuciam. VALES. Cf. Dio Cass. LXXI, 2. W.

Corpora vidit suffixa patibulis multa, etc.] Paullo haec aliter Zosimus lib. III. c. 23. ἑώρα σώματα προσηρτημένα σταυροῖς, ἔμπροσθεν τῶν πυλῶν ταῦτα δὲ ἔφασκον οἱ ἐπιχώριοι συγγενῶν εἶναι διαβληθέντος τινὸς ὡς προδότου πόλεως γεγονότος, ἣν ἔτυχεν ὁ βασιλεὺς Κάρος, Περσῶν οὖσαν, ἑλών. Verosimiliora narrat Ammianus. LINDENBR.

Retulimus supra] c. 2. W.

5. *Civitas*] cuius nomen addere non placuit Ammiano. Fortasse Zosimi *Sabatha.* W.

6. *Celsum castellum.*] Minossabatha videtur appellare Zosimus. VALES.

7. *Qua causa concitus immane munimentum.*] *Immane* non ad munimentum refertur, sed adverbialiter sumitur. Est ergo *concitus immane* idem quod concitus ira immani, ut loquitur Marcellinus supra libro 24. cap. III. VALES.

10. **Reliquos ex ea cohorte.* Lipsius in lib. 2 de Militia cap. 7. *cohortem* heic improprie dici ait de equitibus Cui non assentior. Loquitur enim Marcellinus de equitibus, qui in cohor-

te peditum erant. Quippe ſingulae cohortes ſuos equites habebant teſte Vegetio in libro 2.* VALES.

Abiectius] ignavius. Paullo ante: *ſegnius egere.* W.

CAPVT VI.

1. *Foſſile flumen Naarmalcha nomine, quod amnis regum interpretatur.*] cf. XXIII, 6. n. 1. XXIV, 2. Baſt Lettre critique p. 14. not. Erat vero canalis ex Euphrate in Tigridem ab antiquiſſimis Aſſyriae regibus ductus. Herodot. I, 193. cuius minus tamen Seleucus Nicator brachium in gratiam Seleuciae ſuae deduxerat. Plin. V, 26. Narrat quidem Ammianus traditiones fortaſſe accolarum ſecutus, his enim tribuit Zoſimus, *Traianum poſteaque Severum f. diri* (pro fodi, non ſine exemplo) hoc brachium iuſſiſſe, quod tamen vix credendum pronuntiat *Mannertus* V, 2, 344. quem omnino conſulere operae pretium erit. W.

Id antehac Traianus.] Non omittenda ſunt Libanii verba, pag. 319. (Reisk. I. p. 604.) ἐξήτει διώρυχα ναυσιπόρον, (ſic Mſ. praefert) καὶ ταύτην ἐκ βίβλων, ἔργον μὲν παλαιοῦ βασιλέως, ἄγουσαν δὲ τὸν Εὐφράτην ἐπὶ τὸν Τίγρητα ταῖν δυοῖν ἀνωτέρω πόλεων. *Captis quibusdam incolis foſſam navigabilem quaerebat, eamque ex libris, quae ab Imperatore quodam olim facta Euphratem Tigri coniungeret, paullo ſupra duo opida, Cochen ſcilicet et Cteſiphontem.* At Dio in Traiano 68, 28. id quidem eum aggreſſum eſſe ſcribit, ſed cum Euphratis alveum multo excelſiorem eſſe Tigris alveo comperiſſet, ab incepto deſtitiſſe. Primum autem Seleucus Nicator eam foſſam deduxerat, tunc cum Seleuciam conderet, ut docet Plinius in lib. 5. cap. 26. Poſt expeditionem Iuliani manſiſſe videtur haec foſſa, nec a Perſis obruta fuiſſe, quod teſtatur Theophylactus lib. 5. cap. 6. VALES.

Traianus, poſteaque Severus egeſto fodiri, etc.] Zoſimus lib. III. c. 24. Gregor. Nazianz. in Iulian. Orat. 2. Sozomenus lib. 6. cap. 1. LINDENBR.

Avulſis cataractis] his ipſis molibus per Perſas obſtructis. *Undarum magnitudine* quae ſatis abundarent ad naves vehendas. W.

Stadiis XXX. *repulſa.*] In Editione Rom. et MSS. omnibus legitur *depulſis.* Unde corrigendum puto *decurſis.* VALES.

3. *Diverſorium opacum eſt et amoenum.*] Zoſimus III, 25. παράδεισον βασιλικὸν appellat. (et ultra, non cis Tigridem ponit. W.) Solebant enim Reges Perſarum, utpote venationi admodum dediti, quibusdam ſaeptis ac vivariis feras omnis generis includere, ut quoties ſe equosque exercere vellent, citra laborem venarentur: quam venationem ut nimis mollem reprehendit Dio Chryſoſt. in Orat. 3. (Reisk. I. p. 143.) de regno: ἐκεῖνοι μὲν γὰρ παραδείσους περιλαβόντες, ὁπότε ἐπιθυμήσειαν, ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ τὰ θηρία ἔκτειναν, etc. *Illi enim ſaeptis quibusdam quaſi carceribus incluſas feras, quoties ſibi libitum erat, conficiebant absque labore et periculo.* Haec autem ſaepta fere palatiis erant adiuncta, ut docet Xenophon in lib. 1. de expeditione Cyri ſub initium. Et hic quidem ea loca παραδείσους appellat, non ibi tantum, ſed etiam

in lib. 4. Hist. ubi θήρας ἐν παραδείσοις περιειργασμένοις opponit venationi ἐν ἀναπεπταμένοις τόποις: et rursus in Oeconomico. Videtur autem haec vox Persica esse: quamquam alii ab Hebraica lingua eam deducunt. Certe nullatenus Graecae originis est. [De his diversoriis Regum Persarum, saeptisque ac nemoribus Curtius in libro 7. c. 2. §. 22. Idem initio libri 8. describit haec magna nemora, muris cincta, quibus nobilium ferarum greges clauduntur. In libro 18. Hist. Misc. *Invenerunt Romani in his palatiis Chosdrois aviaria, dorcades, et onagros, pavones, et phasianos infinitos, nec non in vivario eius apud Damastager leones ac tigres mirae magnitudinis.*] VALES.

Gentiles picturas Regis bestias, etc.] Petrus Teixera in lib. 1. cap. 29. Relationis rerum Persicarum, ait Persarum olim Regem, et Optimates maxime addictos fuisse venationi: et maximam partem bonorum in canes et accipitres impendisse, easque picturas sua magnitudine dignas existimasse. VALES.

Nihil apud eos vel pingitur, vel fingitur praeter caedes et bella.] Invidiosius hoc dictum, quam verius. W.

4. *Deoneratas octogenis implevit.*] In Mſ. Regio *octingentis* legitur. Hoc Iuliani strategema luculenter describit Libanius in Oratione illa funebri, pag. 320. (Reisk. 1. p. 605.) κεναὶ τῶν φορτίων ἐκ παραγγέλσεως ἦσαν αἱ νῆες, etc. quae cum Marcellini nostri narratione mirifice consentiunt. Miror tamen Marcellinum nostrum nullam eius strategematis facere mentionem, quo Iulianus, cum ignaris hostibus milites traiicere vellet, ludos campestres per totum diem in ripa edidit, quemadmodum narrat Libanius in loco cit. et de vita sua pag 45. Rufus Festus in Breviario, Sozomenus in lib. 6. cap. 1. et vetus Scriptor apud Suidam in γυμνικοί. VALES.

Validiores naves.] Duas habet Zosimus, octoginta Gibbonus, negligentius inspecto Ammiano. W.

5. *Duces*] inprimis *Sallustius*, uti coniicit Gibbonus T. VI. p. 33. W.

Ni veloci frigore pectoris.] Scribendum arbitror, *veloci vigore.* VALES.

7. *Rhodanum arma et loricam retinente Sertorio transnatatum.*] Non minor virtus Sorani Batavi, de quo haec vetus Inscriptio:

Hadriano potui qui iudice vasta profundi
Aequora Danubii cunctis tranare sub armis.

Et ante hos annos aliquot miles gregarius Parisiis, spectante Rege Christianissimo, ita armatus ut erat, transnatavit Sequanam. LINDENBR.

Sertorio] v. Plutarchum in vita c. 3. W.

8. *Scorteis*] cf. XX, 11. coriaceis. *Densius* confertis ordinibus. W.

9. *Catervis peditum firmis medium inter acies spatium, secundum Homericam dispositionem praestituit.*] Certa emendatio est, *catervis peditum infirmis.* Ea enim Homeri ordinatio, Iliad. δ. 297.

Ἱππῆας μὲν πρῶτα σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι,
Πεζοὺς δ' ἐξόπιθεν στῆσεν πολέας τε καὶ ἐσθλούς,
Ἕρκος ἔμεν πολέμοιο, κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν.

Quam aciei ordinationem etiam Pyrrhus imitatus eſt, ut Sext. Iulius Frontinns ait, Strategem. lib. II. cap. 3. LINDENBR.

10. *Velut pedis anapaeſti praecinentibus modulis.*] Vid. Val. Max. lib. II. cap. 6. §. 2. Gell. lib. I. cap. II. Agathias Hiſtor. Iuſtinian. LINDENBR.

Velut pedis anapaeſti praecin. modulis.] Spartiatarum exercitus ad modum procedebat et tibiam, nec adhibebatur ulla ſine anapaeſtis pedibus hortatio, ut ait Cicero in 3. Tuſcul. c. 16. et Valerius Max. in lib. 2. cap. 1. cuius verba ſublegiſſe videtur Marcellinus. Sic enim ait Maximus de Spartanis: *Non ante ad dimicandum deſcendere ſolebant, quam tibiae concentu, et anapaeſti pedis modulo cohortationis calorem animo traxiſſent.* Porro haec anapaeſta Tyrtaeus compoſuerat Spartanis, teſte Pauſania in Meſſeniacis. Erant autem eiusmodi:

Ἄγετ', ὦ Σπάρτας εὐάνδρου
Κοῦροι πατέρων πολιῆται,
Λαιᾷ μὲν ἴτυν προβαλέσθε,
Δόρυ δ' εὐτόλμως βάλλοντες,
Μὴ φείδεσθε ζωῆς.
Οὐ γὰρ πάτριον τᾷ Σπάρτᾳ.

Ut refert Dio in Orat. 2. de regno, et Tzetzes in Chil. I. hiſt. 26. qui haec ἐμβατήρια μέλη appellant. Et alioqui anapaeſtis delectatos eſſe Spartanos, patet ex Athenaei lib. 4. ubi Hyacinthiorum ſollemne deſcribitur. Ait enim ibi Polycrates, pueros canentes ad tibiam, pulſaſſe citharae chordas ſimul omnes ad pedis anapaeſti modum: ἐν ῥυθμῷ ἀναπαίστῳ μετ' ὀξέος δὴ τόνου τὴν θεὸν ᾄδουσι. Celeri quippe et incitato Laconum ingenio hic anapaeſticus modus, acutus et creber ac vegetus, conveniebat. VALES.

Et praepilatis miſſilibus.] Malim *propilatis*, ut in lib. 16. c. 12. *Propilabantur,* inquit, *miſſilia, etc.* id enim erat apud veteres initium pugnae. Caeſar in lib. I. et 2. de bello Gallico, *pilis miſſis* dicit. At praepilata miſſilia apud T. Livium ſunt, quae obtuſa ſunt, et mucronis loco pilam praefixam habent. Polybius ἐσφαιρωμένα dixerat, et Xiphilinus in Nerone. VALES. Nil mutandum, Ammianus *miſſilia* ponit pro ipſis pilis, eaque PRAEpilata nominat, quod iis mittendis initium Romanis pugnae factum. Rectius tamen feciſſet Marcellinus, ſi aliorum exemplum ſecutus dixiſſet: *pilis miſſis.* W.

Humus rapido turbine portabatur.] Hoc vero nimis poëticum, et plane διθυραμβῶδες. Sic Silius Italicus in lib. x. v. 204.

— — *ſublatum pulvere campum*
Vulturius rotat.

Et Statius in 5. Theb. v. 368.

— — *totumque Notis portantibus aequor.* VALES.

Senſus eſt: in pulverem ſoluta tellus ventis agitata. W.

12. *Leni et inconcito gradu.*] Sic Caſtello placuit, cum in Editione Rom. excuſum eſſet, *leni ante inconcito gradu:* prout etiam in Mſ. legitur Florentino, * et Toloſ. * [ac Colbert.] At Codex Regius ita ſcriptum habet, *leni ante incitato gradu:* [lego, *leni ante, dein concito gradu.*] Sequitur enim, *calefactis armis retrorſus gradiens,* ut appareat eum curſum incitatum fuiſſe, qui antea lenis fuerat. VALES. Adſcripſit Reineſius: „Cum in Mſtis, uti

uti confirmat Valeſ.,, ſit *leni ante*, malim leni *atque* inconcito." W.

Calefactis armis] pugna calidiore facta: poſſit etiam e *calefactis* feſtinatione *armis*. Reineſius ob verba: *ſagittarum periculis miles erat immunis*, legendum putabat *labefactis*, quod non placet. *Cadefactis*, i. e. abiectis, coniecit Salmaſius de modo uſurar. p. 471. quem locum evolviſſe haud poenitebit. W.

Cum Tigrane.] Non ſum veritus Editionis Rom. ſcripturam auctori ſuo reddere, quam et auctoritas exemplaris Regii *et Toloſ.* [ac Colbert.] firmabat. Accedit Zoſimus III, 25. qui Pigraxem hunc nominat. τῆς φυγῆς ἡγησαμένων τῶν στρατηγῶν· ἦσαν δὲ οὗτοι Πιγράξης γένει καὶ ἀξιώσει προύχων ἁπάντων, καὶ Ἀνάρεος καὶ Σουρήνας. *Fugae initium Duces fecere: Pigraxes summo loco, et dignitate aliis antecellens, et Anarreus*, (Narteus in Mſſ. Regio, Fl. et Valent. [et Colbert.] dicitur) *et Surenas*. Sex autem millia Perſarum in hoc proelio occubuiſſe prodit Libanius pag. 322. At Marcellinus II. millia tantum dicit, et IO. VALES.

Adverſorum feriens ſuras et terga.] Libro ſeq. cap. 3. dicit *averſorumque Perſarum et beluarum ſuffragines concidebat et terga*. Ut dubitem, an et nunc etiam non ita ſcripſerit. Alioquin adverſos ſolet ponere pro hoſtibus. GRON.

13. *Perrupiſſetque civitatis aditus, ni Victor.*] Aliam eius rei cauſam affert Rufus Feſtus c. 28. *Perſas*, ait, *terrore ſubito miſcuerunt: verſisque agminibus totius gentis, aperti Cteſiphontem portis victor miles intraſſet, niſi maior praedarum occaſio fuiſſet, quam cura victoriae*. Idem etiam diſerte confirmat Libanius in Orat. funebri pag. 322. VALES. Et Zoſimus III, 25. W.

Lapſorum] Reineſ. *ipſorum* vel *laſſorum*. Sed nihil mutandum: *lapſorum* enim eſt fugientium. W.

14. *Theſſali ducis*] Achillis. W.

Sophanem, et Aminiam, et Callimachum, et Cynegyrum.] De his ſparſim Herodotus lib. VI. 114. VIII. 93. IX. 74. 75. Iuſtinus lib. II. c. 9. *Valer. Max. lib. 3. cap. 2.* LINDENBR.

Fulmina Medicorum bellorum] heroas, terrores hoſtium. Ipſe Cicero pro Balbo 15. *fulmina imperii Scipiones* dicit, quem ſecutus Virgilius Aen. VI, 843. [Imo Lucretium, ni fallor, III. 1047. *Scipiades, belli fulmen*. ERF.] Sic Plutarchus Marcellum appellat *gladium* Imperii. W.

15. *Caeſis Perſarum plus minusve duob. mill.*] In numero caeſorum variat Zoſimus lib. III. c. 25. Ἔπεσον δὲ καὶ ἐν τῇ μάχῃ Περσῶν μὲν πεντακόσιοι καὶ δισχίλιοι, Ῥωμαίων δὲ οὐ πλείους πέντε καὶ ἑβδομήκοντα. LINDENBR. Cf. Gronov. Praef. p. XIX. W.

16. *Navalibus donavit coronis, et civicis, et caſtrenſibus.*] Protrita iam ſunt, quae de hiſce coronis in veterum libris leguntur. Vide Vegetium et eius Scholiaſten. LINDENBR.

17. *Nec reſecravit.*] Id eſt, nec ſe religione ſolvit, quam iurando contraxerat. Reſecrare enim eſt ſolvere religione, ut ait Feſtus: ſed proprie de obſecrantibus dicebatur. Cum enim reus comitiis populum per Deos obſecraverat, ut periculo liberaretur: iubebat magiſtratus eum reſecrare, ut populus Rom. religione ſolveretur, qua ſe obligatos eſſe putabant, quod per Deos eſſent rogati. Hinc quoties aliquid, poſtulantes ab altero *Obſecro* dixe-

rant, ſtatim religionis cauſa addebant *Reſecro*, ut docet Plautus in Aulularia IV, 7, 4. Interdum ipſi qui obſecrabantur, reſecrabant, ut apud eumdem Plautum in Perſa I, 1, 49. Reſecratio etiam exſecrationi nonnumquam opponitur, ut apud Cornelium Nepotem in Alcibiade c. 6. *Reſtituta ergo huic ſunt publice bona, iidemque illi Eumolpidae ac Ceryces, qui eum devoverant, rurſus reſecrare ſunt coacti.* τὰς ἀρὰς ἀφοσιώσασθαι dicit Plutarchus in Alcibiade. Diodorus Siculus in lib. 13. ἄρξαι τὴν ἀράν. Calliſthenes uno verbo ἀναρᾶσθαι, teſte Suida. *Pollux ἐπαναρᾶσθαι dicit in lib. V. Onomaſt. capite 24.* Ritus autem exſecrationis ac devovendi is erat Athenis, ut Sacerdotes et Antiſtitae ſtantes verſus occaſum imprecarentur dira quaedam, et puniceas veſtes excuterent, ut tradit Lyſias in Orat. contra Andocidem. VALES.

Reſecravit] *Aemil. Probus in Alcibiade cap. 6. *Reſecrare ſunt coacti, qui eum devoverant.* Plaut. Perſa I, 1, 49. *Obſecro te, reſecra, etc.* Id. Aulul. IV, 7, 4. *Reſecroque mater, quod dudum obſecraveram.** Vid. Feſtum in *Reſecrare*. LINDENBR.

CAPUT VII.

2. *Latebrae texere notiſſimae.*] Poſt haec verba in Mſ. Flor. Val. et Regio, [et Colbert.] *ac Toloſ.* legitur *hinc opulenta, ſed ille, etc.* Neque aliter in Editione Romana. Quare accedo libenter coniecturae viri docti, qui Regium exemplar manu ſua deſcripſit. Is enim ad oram libri adnotat ſuſpicari ſe, plurima hic deeſſe. Deeſt autem primo legatio Saporis ad Iulianum, de qua praeter Libanium pag. 322. loquitur et Socrates in lib. 3. cap. 18. Deinde deſideratur narratio rerum, quas exercitus Rom. Ducibus Procopio et Sebaſtiano intra Tigrim relictus geſſerat, et quam ob cauſam Iuliano in Aſſyria, prout ipſis mandatum erat, occurrere non potuerit. Haec autem deſiderari ipſe docet Marcellinus in fine huius libri pag. ſeq. his verbis: *Hisque accedebat aliud malum, quod nec adminicula, quae praeſtolabamur, cum Arſace et noſtris Ducibus apparebant, ob cauſas impedita praedictas.* Ubinam praedictas, niſi hoc in loco? Certe Libanius poſt legationem illam Saporis a Iuliano occulte dimiſſam, ne pacis mentione frangerentur ac mollirentur animi militum, ſubiicit de Arſace et exercitu Rom. Poſtremo deſideratur in hac lacuna fraus Perſicorum transfugarum, quorum ſuaſu Iulianus inductus, claſſem temere concremavit. De his enim ſe locutum hic eſſe, ſatis indicat Marcellinus ſequentibus mox verbis. VALES.

3. *Parvi habitis vetantium dictis.*] Ducum et Comitum, atque inter hos Regalis Hormisdae, qui transfugarum conſilio ac promiſſis dolum ſubeſſe admonebant, ut ſcribit Zonaras. VALES.

Amitti ſuaderent paene iam.] Hanc integram περικοπὴν primus Gelenius ex coniectura, ut opinor, adiecit. Nam in Mſ. Regio [et Colbert.] et Editione Rom. deſiderantur haec verba. VALES.

Infauſtis ductoribus praeviis.] Ad Zopyri exemplum quemdam, non viae ductorem tantum ſe obtuliſſe, ſed auctorem quoque Iuliano exſtitiſſe, ut naves reique alimentariae copiam, qua abundabat, flammis daret, Nazianzenus ſcribit στηλιτευτικῷ Ora-

tione II. cuius verba operae pretium erit videre. *Ita Dani Saxoniam infestantes, cum militem captivum ducem itineris fecissent, ad loca difficiliora paludis cuiusdam perducti, facile a Saxonibus qui insequebantur, sunt disiecti, et perierunt ex eis XX. millia. Nomen militis qui deduxit eos ad invium, fuit Herwardus, qui perenni Saxonum laude celebratur. Heimoldus lib. I. cap. 15.* LINDENBR.

Infaustis ductoribus praeviis.] cf. Sextum Rufum c. 28. Aur. Victorem Epit. 67. W.

4. *Exuri cunctas iusserat naves.*] Zosimus lib. III. c. 26. Gregor. Nazianzenus in Iulian. Orat. II. Augustinus de Civitate Dei lib. IV. cap. 29. lib. V. cap. 21. LINDENBR.

Praeter minores duodecim.] Numerus apud Zosimum III, 26. auctior: *τὰ πλοῖα ἐμπρῆσαι, καὶ πάντα πλὴν ὀκτωκαίδεκα Ῥωμαϊκῶν, Περσικῶν δὲ τεσσάρων, ἐδαπανήθη πυρί.* LINDENBR.

Praeter minores XII.] Consentit Zonaras, qui 700. triremes cum 400. onerariis incensas fuisse dicit. At Libanius pag. 302. quindecim naves ad compingendos pontes ait esse servatas: qui quidem eo loci multum laborat, ut hoc inconsultum et imprudens Achillis sui facinus excuset. Adde Augustinum in lib. V. de Civitate Dei, cap. 29. VALES.

Quas profuturas pangendis pontibus dispofuit vehi carpentis.] Fl. Vegetius de Re milit. lib. III. cap. 7. *Commodius repertum est, ut monoxylos, hoc est paullo latiores scaphulas ex singulis trabibus excavatas, pro genere ligni et subtilitate levissima, carpentis secum portet exercitus, tabulatis pariter et clavis ferreis praeparatis. Ita absque mora constratus pons, et funibus (qui propterea habendi sunt) vinctus, lapidei arcus soliditatem praestat in tempore.* Neque id mirum videri debet, in hunc usum naves curribus vectas: cum et Hunnos constet, aliosque Istri circumcolas, navigia sua temere confecta de loco in locum passim hoc modo transferre solitos. Vid. Priscus Rhet. in Eclogis legation. *Bello etiam quod Maximilianus Imp et Ludovicus XII. Galliae Rex contra Venetos gesserunt, Germani ac Galli milites scaphis, quas carpentis vexerant, Silam fl. traiecerunt. Bembus Histor. Venetae lib. XII. pag. 167. b. Vid. Aimoin. lib. 5. cap. 7. pag. 273. LINDENBR.

Armatorum — regendis] ut, quae ad trahendas adhuc et regendas naves adhibita essent viginti hominum millia, exercitui adiungeret. Alii alias causas huius consilii attulerunt, in quibus imperitia regionis, quod placet Heynio ad Zosimum p. 637. non ultimo ponenda loco est. Nec a vero abhorret sententia Gibboni T. VI. p. 45. Iulianum bene perspexisse, naves suas contra rapidum flumen, idque cataractis vel natura vel arte factis distinctum, non sine summa difficultate conniti posse. W.

5. *Tortique perfugae.*] Id plane eodem modo refert Zonaras: *ἤδη δὲ ἐκείνων ἐκπεφρωθεισῶν, ἐπεὶ πολλοὶ τῶν ταξιαρχῶν ἐνέδραν καὶ δόλον ἐνίσταντο εἶναι τὰ παρὰ τῶν αὐτομόλων ἐκείνων λεγόμενα, μόλις που κατένευσεν ἐτασθῆναι τοὺς ψευδαυτομόλους· οἳ ἐκδοθέντες βασάνοις ἐξέφηναν τὸ ἀπόῤῥητον.* *Cum iam universae naves conflagrassent, plerisque Tribunorum contendentibus ea quae a transfugis dicerentur fraudem et insidias esse, vix permisit.*

ut quaestioni transfugae subderentur: qui tormentis adacti, tandem veritatem aperuere. VALES.

6. *Classe, cum non oporteret* non opportune, temere *abolita,* absumta. — *Per diversa distringeretur* per naves et continentem dispersus esset. W.

7. *Senescerent*] deflagrassent. Amat omnino hoc verbum Ammianus pro *deficere, minui, vim amittere.* Sic *luna* senescens xvi, 12. *motus oceani* adolescentes et senescentes xxvii, 8. *leges* xvi, 5. W.

Ob causas impedita praedictas.] Arsaces quidem Armeniae Rex seu proditione, ut ei obiicit Libanius, seu quod regionem suam nudare Persis nolebat, copias suas Iuliano obviam mittere supersedit. Chiliocomum tamen vastavit, ut legitur p. 300. Exercitus autem Rom. qui cis Tigrim relictus fuerat, partim ignavia ac metu, quod consortes suos in Tigri lavantes sagittis Persarum occisos viderant, partim discordia Ducum, cum sibi invicem obtrectarent, et altero proficisci iubente, alter ut manerent hortaretur, inertia ibidem et otio commarcuit. Libanii verba sunt p. 301. eo enim recurrendum est post finem paginae 322. ob transpositionem paginarum, qua haec Oratio misere depravata est. VALES.

Ob causas impedita praedictas.] Ex his verbis manifestum fit, quaedam, ut supra suspicabatur Valesius, in Ammiani contexto excidisse. Cum *Arsace* quidem pactus fuerat Iulianus xxiii, 2. ut auxilia sibi mittenda semper haberet in promtu, *duces* vero *Procopium et Sebastianum* iusserat intra Tigridem se tenere, ita tamen, si fieri posset, se componere, ut in Assyria sibi iungerentur xxiii, 3. Quid vero impedimento fuerit, narraverat quidem Ammianus supra in hoc capite; incuria tamen librarii alicuius omissum, ex aliis supplendum est. W.

CAPVT VIII.

1. *Captivos graciles iussit in medium duci.*] Hoc strategemate ad ingenerandum militibus hostium contemptum antiqui Imperatores saepe usi sunt: et Leo Imperator in Tacticis id magnopere suadet. Simili arte Agesilaus captivos Persas nudos divendi ante ora militum iussit, ut milites, cum eorum mollitiem cernerent, cum mulierculis sibi bellum fore sperarent, teste Xenophonte in lib. 3. et Plutarcho in Agesilao. VALES.

3. *Ergo etiam ad difficult.*] ις. *Eo etiam ad difficult.* LINDENBR.

4. *Cum nihil humani proficerent sensus*] nihil expediret humana prudentia. W.

Chiliocomum] fertilem Mediae provinciam prope *Corduenam* sitam. v. omnino xxiii, 3. W.

[*Quorum neutrum extis inspectis consore dicebatur.*] Terentius in Andria hoc utitur verbo: *Restat Chremes, qui mihi exorandus est: et spero consore.* Ubi Donatus *consore* male a *consit* deducit. Putat Petrus Pithoeus esse hoc verbum extispicum, ut ad oram libri sui notavit.] VALES.

Confore] συντελεσθήσεσθαι. W.

5. *Arriperemus*] subitis itineribus occuparemus. W.

6. [*Sacenae duces adventare*, etc.] Ita prae ceteris codex Colbert. Legendum tamen puto *Saracenos duces adv. etc.*] VALES. *Saracenos* ego in contextum recepi: nam *Sacenae* nihili est. Saraceni auxiliares Iuliano copias promiserant, XXIII, 3. W.

Quod Imperator Ctesiphonta magnis viribus oppugnaret] Inde praedae sibi abigendae occasionem datum iri sperabant. W.

Nonnulli Persas novis motibus incubuisse firmabant.] Mſ. *novis viatibus*. legendum *nobis viantibus*, ut libro XV. cap. 10. *viantibus opportunas*. lib. XIX, cap. 8. *terga viantium aggressa*. Libro XX. cap. 9. *intenti ad viandum*. Libro XXV. cap. 3. *viantes catervas*. Qui est idiotismus Auctorum coaetaneorum. id est, nobis iter carpentibus. OISELIUS. Ita et P. Pithoeus legendum ait *nobis viantibus*, per eadem loca, quia in vett. libris pro *novis motibus* scriptum est *nobis viatibus*. HAD. VALES.

Nobis viantibus incubuisse in itinere nos adorturos adesse, et recte quidem *affirmabant*. W.

7. *Quod his squalidius videbatur*.] Emendavi, *quod diu squa. videbatur*: cum viderem in hac eadem pagina paullo supra pro *diu fluctuantes et dubii*, in Mſſ. et Editione Rom. scriptum esse *diis fluct.* eodem errore. HENR. VALES.

Squalidius obscurius *videbatur*. v. ad XXI, 14. et XXV, 2. W.

AMMIANI MARCELLINI

LIB. XXV. C. I.

1. *Loricae niveis limbis circumd.*] Sic emendavit Caſtellus, cum in Editione Rom. legeretur, *nivibus lumbis*. Ego vero cum in omnibus Mſſ. Regio, Val. et Flor. repererim, *loricae nimbis circumdatae ferreis*, eam ſcripturam ſequi malui. *Limbis* tamen equidem praetulerim. Sic enim loquitur Marcellinus in lib. 16. c. 10. *Sparſique cataphracti equites, quos Clibanarios dictitant Perſae, thoracum muniti tegminibus, et limbis ferreis cincti.* [Sane in Mſ. Colbert. ſcriptum eſt, *lumbis circ. fer.* ſed correctum eadem manu, *nimbis.*] Hi ſunt quos ὠμοβύρσους καὶ σιδηροῦς θώρακας vocat Plutarchus in Craſſo. VALES.

Coruſci thoraces] Hos igitur diſtinguit a loricis Ammianus. Illis ſolum pectus tectum, his et aliae corporis partes. W.

2. *Fluvio brevi*] Durus fortaſſe Zoſimo III, 27. W.

Machamaeus cecidit.] Zoſimo in lib. 3. c. 26. μαχαμαῖος. Eumdem intelligit Libanius pag. 302. cum dicit: πεσόντος δὲ τοῦ ἡμετέρου τινὸς (ſic Mſſ.) προμάχου. VALES.

Cui propugnaturus] Verbum *propugnare* Dativo ſic et alibi iunctum. v. c. XXVIII, 6. ſaluti ſuae propugnans. cf. et XVIII, 8. W.

Perterrens] Wakefield. ad Lucret. IV, 1017. corrigendum putat *proterrens*. ERF.

3. *Hinc recedentibus nobis.*] Ad locum qui Baraphthas dicitur, teſte Zoſimo. VALES.

Saraceni] nam et in agmine Perſarum erant. W.

4. *Ad Hucumbram nomine villam.*] σύμβραν vocat Zoſimus III, 27. villam mediam inter duas urbes Niſcharam et Niſchanabem, quae cum fluvio Tigri dirimantur, ponte ad utilitatem commerciorum fabricato iunguntur. [*Hucumbra* ſcriptum eſt in codice Colbert.] VALES.

5. *Exercitu ſedatius procedente.*] Ad locum, qui eſt inter Danabam et Symam opida, teſte Zoſimo. VALES. *Sedatius* ſecurius. W.

6. *Adaces legatus q. ad Conſtantium.*] Idem dicit Zoſimus III. 27. ἀνῃρέθη γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ σατράπης τις τῶν ἐπιφανῶν ὄνομα Δάκης, (ſcrib. Ἀδάκης) ὃς ἔτυχε πρότερον ἐπὶ πρεσβείαν πρὸς τὸν κωνστάντιον ἀπεσταλμένος. VALES. Cf. XVII, 5. ubi de hac legatione ſermo eſt, legatus tamen *Narſeus*. W.

7. *Tertiacorum equestris numerus.*] Forsan scripsit Ammian. *Tertianorum equest. num.* ut in Notitia Imp. p. 1440. *Legiones Comitatenses triginta duae, Secundani Italicani, Germanicani iuniores, tertiani, sive tertia Italica, Tertia Herculia.* LINDENBR.

Equestris numerus a legionibus incusatus est.] Legionibus singulis equites 300. erant assignati. Cf. Nast. Röm. Kriegsalterthümer p. 98. W.

8. *Aliae*] ἀρχαϊκῶς pro alii; nec Livius sprevit. W.

9. *Abiecti sacramento* ignominiose missi sunt alii quatuor *vexillationum* equitum, vel auxiliorum, vide Salmas. ad Iulii Capitol. Pertinacem c. 2. *Tribuni.* W.

11. *Ad tractum Maranga appellatum.*] Zosim. III, 28. *Maransa:* εἰς Μάρανσα παρεγένοντο κώμην. LINDENBR.

Merene] Nomen est non viri, sed muneris. In dignitatibus enim Persarum a Procopio Persic. Lib. 1. numeratur etiam Μιῤῥάνης. Ammianus ipse addit: *equestris Magistro militiae.* cf. supra XXIII, 6. ab init. ubi *Vitaxae.* W.

12. *Catervae ferratae.*] Cataphractarii Persae Ammiano meo ita placuisse videntur vel displicuisse, ut, quamquam antea saepius commemoraverit, hoc loco tamen ob oculos quasi eosdem pingat. — *Iuncturae rigentes* chalybeae. *Humanorum vultuum simulacra* larvae ferreae. W.

13. *Pars contis dimicatura.*] Dio in lib. 40. de Persica armatura: ἀσπίδι μὲν, inquit, οὐδὲν νομίζουσιν· ἱπποτοξόται δὲ καὶ ἀκοντοφόροι (scribe ex Ms. κοντοφόροι) τὰ πολλὰ κατάφρακτοι στρατεύονται. *Clypeo quidem uti minime curant: sagittarii autem ex equo, et contis dimicantes, cataphracti plerumque in pugnam prodeunt.* Adde Herodianum in fine lib. 4. VALES. *Retinaculis aereis* paxillis. W.

Sagittarii, cuius artis fiducia ab incunabulis ipsis gens praevaluit.] Tria nempe haec ab ipsa infantia discebant Persae, equitare, sagittare, vera dicere. Herodotus lib. 1. c. 136. Strabo lib. XV. Plura huc spectantia collegit V. Cl. Barn. Brisson. de Reg. Persar. lib. II. et III. LINDENBR.

Divaricatis longius protensis *brachiis.* Aliis tantum in cruribus, pedibus usurpatum. W.

Ut nervi mammas praestringerent.] Ut apud Homerum Pandarus Iliad. 4, 123.

Νευρὴν μὲν μαζῷ πέλασεν, τόξῳ δὲ σίδηρον.

Quod sagittandi genus παρὰ μαζὸν dicebatur. Erat et altera iaculandi ratio παρὰ δεξιὸν ὠτίον, itemque παρ' ὦμον, ut docet Eustathius in Il. X. Quibus adde et quartum iaculandi modum ab inguine, quem Parthis familiarem fuisse docet Persius in Sat. 5. Propertius in lib. 4. El. 10. v. 43. de Virdomaro:

Illi virgatis iaculantur ab inguine bracis.

Sic enim corrigendum eum versum existimo. Quintus denique modus sagittandi fuit, pede vicem manus implente: qua ratione usos esse Arabas scribit Suidas in Ἄραβες. Vide et Servium in librum IX. Aeneid. VALES.

14. *Elephantorum fulgentium*] glabrorum. *Truculentos hiatus* proboscidas. *Magis* inprimis. W.

15. *Manubriatos cultros.*] Livius XVII, 49. *Fabrile ſcalprum cum malleo.* LINDENBR.

Exploratum eſt enim ab Hasdrubale.] Totum hunc locum optime Livii verba illuſtrant, lib. XXVII. c. 49. *Elephanti plures ab ipſis rectoribus, quam ab hoſte interfecti. Fabrile ſcalprum cum malleo habebant: id, ubi ſaevire belluae ac ruere in ſuos coeperant, magiſter inter aures poſitum ipſa in compage, qua iungitur capiti cervix, quanto maximo poterat ictu adigebat. Ea celerrima via mortis in tantae molis bellua inventa erat, ubi regendi ſpem viciſſet; primusque id Hasdrubal inſtituerat, dux cum ſaepe alias memorabilis, tum illa praecipue pugna.* LINDENBR.

Exploratum eſt enim ab Hasdrubale.] Id Hasdrubalis conſilium refert Zonaras in tomo 2. pag. 90. *παρήγγειλεν ὁ Ἀσδρούβας τοῖς ἐπ᾽ αὐτῶν καθημένοις τοὺς τιτρωσκομένους τῶν θηρίων παραυτίκα σφάζειν· ῥᾷστα δὲ σιδηρίῳ τινὶ ὑπὸ τὸ οὖς νυττόμενοι ἐκτιννύοντο. Praecepit Hasdrubal Indis qui belluis inſidebant, ut vulneratos elephantos confeſtim interficerent. Cultro autem quodam ſub aurem percuſſi facillime necabantur.* [Ceterum paullo ſupra pro *vertebram*, *venam* ſcriptum reperi in codice Colbertino: et ita in veteribus libris ſcriptum ſe inveniſſe notavit P. Pithoeus.] VALES.

16. *Maior vis et trucior.*] In Editione Rom. legebatur, *maior iuſſit atrocior*, quam ſcripturam Caſtellus miris modis depravarat. Sed Accurſius quidem ſic edidit, *maior vis ita trucior.* Gelenius autem hoc modo, *maior vis ita atrocior:* quo modo in exemplari Regio ſcriptum reperi. [In Colbert. *maior viſit atrocior,* omnino pro *maior vis et atrocior.*] VALES.

Lunari acie, ſinuatisque laterib.] Vide Aelian. de acie inſtr. LINDENBR.

17. *Illatis concit. ſignis ſpiculorum impetum fregit.*] Idem in illa celebri Marathonia pugna obſervavit Miltiades, qui Athenienſes effuſo curſu iuſſit Perſas aggredi, quo ſcilicet ante ictus ſagittarum ad hoſtem venirent, ut ſcribit Herodotus in VI. c. 112. et Iuſtinus in 2. c. 9. Vegetius quoque in lib. 1. cap. 9. hoc praeceptum Ducibus inculcat. *Nec ſecus Ventidius adverſus Parthos, teſte Frontino libri 2. cap. 2.* VALES.

18. *Nihil perpetiens remiſſum*] „i. e. ſine remiſſione aut mora. Proprie: non patiens, ut aliquid remitteretur. Dicitur autem hoc aevo ea vox illo ſenſu." Erneſti. W.

Cedendo in modum imbrium] qui paullulum ceſſantes, mox maiorem aquarum molem effundunt. W.

Pone verſus directis ſagittis.] Exercitatio haec Parthorum ſive Perſarum fuit, ut non tantum ſtataria congreſſione ſagittis exerte uterentur, ſed etiam cum terga vertiſſent. Plutarchus in Craſſo. Virgilius III. Georg. v. 31.

Fidentemque fuga Parthum, verſisque ſagittis. LINDENBR.

Solis curſu flammeo nimio aeſtu *laxatus* reſolutus membra. W.

19. *Qui legionem Ziannorum regebat.*] In Notitia Orientalis Imperii *Tzanni* dicuntur ſub diſpoſitione Magiſtri militum per Thracias. Sic enim in Mſ. codice legitur, cum vulgo *Thaanni*

legatur et *Thanni.* Erant autem Tzanni populi Lazis finitimi et Armeniis, ut docet Procopius in lib. I. Perfic. Agathias in libro V. et Iustinianus in Novella 28. de moderatore Helenoponti. *Zanni* dicuntur a Marcellino Comite in Chronico sub Theodosio Minore. Eustathius in Dionysium, *οἱ μάκρωνες*, inquit, *ἔθνος ποντικόν. τούτους νῦν σάννους φαμὲν, ἰδιωτικώτερον δὲ τζάνους, ὡς καὶ τὴν κελσηνὴν κελτζηνήν.* Sane Zanni, et Sanni, Tzanni, et Thanni sola pronuntiandi ratione differunt, ut Zangae et Tzangae, Tabennesiotae et Zabennesiotae in Chronico Victoris Turonensis; Turullus et Tzurullus oppidum Thraciae in Procopio et Suida. Ex his quae diximus, apparet Tzannos longe ante Iustiniani tempora foederatos Rom. et auxiliares fuisse. VALES.

Legionem Ziannorum regebat.] *Zanorum mentio in Novell. Iustiniani I. et 28. Agath. lib. 5.* Legionis nomen non ponit Zosimus, rem tamen ita narrat III, 28. *ἀπώλεσαν ἄλλους τε στρατιώτας, καὶ Βρεττανίωνα τὴν ἡγεμονίαν ἔχοντα τοῦ λόχου, ἀνδρείως ἀγωνισάμενον.* In Notitia Imperii nominatur *Cohors* IX. *Thanorum Nitriae:* et fortassis-an in scriptura tantum variatio est; reipsa vero eadem haec cum illa, cuius hic mentionem Ammianus facit. LINDENBR.

CAPVT II.

2. *Sub columellis tabernaculi parvis*] sub tentorio subitario, perticis tenuibus fulto. *Munifici fastidienda gregario.* cf. XVI, 5. *Munifices* opponuntur *beneficiariis*, qui immunes sunt a quibusdam officiis castrensibus. — *Quidquid ad ministeria postulabatur,* conquirebatur ei pro cibo apponendum. *Sui securus* nihil de se cogitans. W.

3. *Sententiis cuiusd. Philosophi.*] Sic coniecit P. Castellus, cum in Editione Rom. et MSS. omnibus legeretur *senius cui.* Unde scribendum existimo *obscuro noctis*, (sic in MS. Reg. *et Tolos.* et Edit. Rom.) *altitudine sensus cuiusd. Phil. teneretur.* [Sane in Colbert. legitur, *obscuro noctis altitudine senius cuiusdam Philosophi tenerentur.*] VALES.

Dum altitudine sensus cuiusdam Philosophi teneretur] gravem aliquam philosophicam sententiam animo versaret. W.

Vidit squalidius] obscurius. W.

**Speciem Genii publici cum cornucopia.*] Cornu pomiferum vocat Arnobius lib. VI. Fortuna cum cornu pomis, ficubus, aut frugibus autumnalibus pleno depingebatur. Ib.* LINDENBR. Cf. XX, 5. W.

4. *Numinibus per sacra depulsoria supplicans*] matutinis precibus a Diis, ut omina infausta averruncarent, petens. W.

Flagrantissimam facem cadenti similem.] Iterum inf. *facem* vocat, ut Apul. de Mundo: *Sunt et alia eiusmodi imaginum genera, quas Graeci faces — nominant.* Aristot. sive quis alius auctor libelli de Mundo, *λαμπάδας* dixit; *globum* Aurel. Victor in Iulian. (Epit. c. 43.) *Ac ne noctu quidem visus ingens globus caelo labi, diem belli cautum praestiterit.* *Gell. lib. 19. cap. 1. *Fumigantes globi.** LINDENBR.

Minax infeſtum *ſidus Martis,* cuius numen offenderat XXIV, 6. W.

5. *Quem* ΔΙΑΙΣΣΟΝΤΑ.] Id ſignum ab antiquis infauſtum eſſe habitum docet Homerus Il. 4, 75 — 77.

Οἷον δ' ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτου
Ἢ ναύτῃσι τέρας, ἠὲ στρατῷ εὐρέϊ λαῶν
Λαμπρόν· τοῦ δέ τοι ἄπο πολλοὶ σπινθῆρες ἵενται.

Ubi Euſtathius recte notat: *ἀστέρα δὲ λέγει οὐ κυρίως, ἀλλά τι ἀστεροειδὲς, οἷον κομήτην, ἢ ὁποῖοι οἱ διάττοντες, ὧν ἡ γένεσις ἀέρος στροφή· διὸ καὶ ἀνέμους ὡς ἐπιπολὺ δηλοῦσι.* Ventorum quidem id ſignum eſſe teſtatur Aratus in Prognoſtico. VALES.

ΔΙΑΙΣΣΟΝΤΑ *nos appellamus.*] Achilles Statius in Arati Phaenomena, *περὶ κομητῶν. Οἱ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετερχόμενοι καλοῦνται ἄττοντες, καὶ διάττοντες· γίνεται δὲ τοῦτο, τῶν ἀστέρων ὑπὸ πνεύματος τινασσομένων, καὶ οἱονεὶ σπινθῆρας ἀφιέντων. διὸ καὶ σημεῖον ἀνέμων εἶπεν Ἄρατος τοῦτο.* Quae eadem apud Heronem Alex. leguntur. Arati autem locus hic eſt Sect. 79. v. 11. p. 108. ed. Par. 559.

— — ὄπιθεν ῥυμοὶ ὑπολευκαίνονται,
Δειδέχθαι κείνοις αὐτὴν ὁδὸν ἐρχομένοιο
Πνεύματος, etc. LINDENBR.

Διαΐσσοντα Latine: raptim tranſeuntem, pervolantem coelum. W.

Profanus et demens] Profanum dementi iunctum acceperim non de irreligioſo, ſed homine ex vulgo, uno ex multis. W.

6. *Scintillas ab aetherio cadentes vigore.*] Idem ſentit Theon in Arati Prognoſtica. Sic enim definit has imagines: *στιλβηδόνες εἰσὶν ἃς ἀποπέμπει ὁ αἰθήρ· ὥστε τοῦ αἰθέρος ἐστὶ πύκνωσις τὸ τοιοῦτο.* VALES. Ab *aetherio vigore* igne emicantes. *Acri contactu* frictione. *Lumen* lucida materia. W.

In aeſtum ſolvitur corpus.] Sic emendavit Gelenius, cum ex Caſtelli coniectura ante legeretur *iners tum ſolv.* At in Editione Rom. ſic legebatur: *inertium ſolv. corpus.* Sed cum in codice Regio ſcriptum reperiſſem *in aertum ſolv. corp.* [in Colbert. *inertum ſolv. corpus:*] ſtatim emendavi, *in aerium ſolvitur corpus:* quae emendatio confirmatur verbis ſequentibus, *ad ſubſtantiam migrans, cuius attritu incaluit nimio.* Quidam enim ex attritu aeris haec proſilientia formari ſidera dicebant, inter quos Anaxagoras teſte Diogene, et Seneca in lib. 2. Natur. Quaeſt. cap. 14. VALES.

Cum adtritu incaluit.] *Οἱ γὰρ διάττοντες, ἀστέρες μὲν οὐκ εἰσὶ, γένεσις δὲ πυρὸς φερομένου ἐκ παρατρίψεως ἀστέρων,* ut Theon Alexand. inquit, in Commentario ad modo laudatos Arati verſus. LINDENBR.

7. *Tarquitianis*] Vid. Petr. Pithoei Adverſar. lib. 1. cap. xx. LINDENBR.

Tarquitianis libris.] Tarquitius libros de Etruſca diſciplina, et Oſtentarium Tuſcum conſcripſerat, teſte Plinio, et Macrobio *in libri 3. Sat. cap. 7.* Is ipſe eſt, opinor, cuius mentio fit in hac Inſcriptione veteri: *L. Tarquitio. L. F. Pom. Etruſco. Sulpiciano. Scribae. Quaeſtorio.* VALES.

Tarquitianis libris.] Libri iſti nomen habent a *Tarquitio,* qui ſcripſit de Etruſca diſciplina. Nomen viri ſaepe a librariis falſo

ſcriptum TarquiNius, v. c. apud Macrobium Saturnal. II, 16. recte tamen III, 7. TarquiTius. Libros illos plures titulos habuiſſe, patet ex ipſo Noſtro, qui *titulum de rebus divinis* laudat, quem oſtenta continuiſſe a Diis ipſis miſſa, in coelo viſa probabile eſt; alium titulum habet Macrobius II, 7. *oſtentarium arborarium*, ſi qua arborum futuri praenuntia. cf. etiam Lactantium Inſtitutt. I, 16. Voſſium de hiſtor. I, 31. Pithoeum in Adverſar. p. 71. Crenium Animadverſſ. philol. hiſt. T. IX. p. 44. ſ. W.

8. *Imperatore omni vaticinandi ſcientiae reluctante*] in quo tamen Ammianus ſibi non conſtat. cf. XXII, 1. 12. infra c. 5. W.

CAPVT III.

1. *Stabiles* ſtatarias *pugnas*. — *Adusque perpetuum diem*, toto die. cf. *perpetua hieme* XVIII, 6. W.

2. *Terga arma cogentium*, (ſtatim poſt *ultimi*) aciei extremae. W.

3. *Oblitus loricae.*] Zonaras idem ſcribit: ἔτυχε δὲ διὰ βάρος καὶ τὴν ἐκ τοῦ ἡλίου φλόγωσιν (θέρους γὰρ ἦν ἀκμὴ) τὸν θώρακα ἐκδυσάμενος. Id eſt: *Quippe loricam ob pondus, et ſolis ardorem (medium enim tunc tempus erat aeſtatis) depoſuerat.* At Libanius in Orat. funebri, pag. 303. colorem hic affert minime probabilem. Ait enim inermem tunc fuiſſe Iulianum, eo quod Perſas ubique vicerat: quae nimia ſui fiducia in tanto duce nequaquam ferenda eſt. Itaque merito in Victoris Epitome reprehenditur. VALES.

4. *Faetorem ſtridoremque elephantorum impatienter tolerantib. noſtris.*] Addidimus τὸ *ſtridorem*, ex Mſ. ſenſu pleniore perfectioreque. Sic paullo retro hoc eodem libro: *Elephantorum fulgentium formidandam ſpeciem, et truculentos hiatus vix mentes pavidae perferebant: ad quorum ſtridorem odoremque et inſuetum tunc aſpectum magis equi terrebantur.* Iterum lib. XIX. c. 7. *Adiectis elephantorum agminibus, quorum ſtridore immanitateque corporum nihil humanae mentes terribilius cernunt.* Q. Curtius lib. VIII. c. 14. de Pori Regis elephantis: *Magnum belluae iniecere terrorem, inſolitusque ſtridor non equos modo, tam pavidum ad omnia animal, ſed viros quoque ordinesque turbaverat.* *Florus lib. I. cap. 18. *Quorum* (elephantorum) *cum magnitudine, tum deformitate, et novo odore ſimul ac ſtridore conſternati equi.** Magna hinc Romanis bello Tarentino clades: foedior tamen Caſſovellani Britannorum Regis pavor, qui ne ad unius quidem elephanti adſpectum durare potuit, cum ad eum Caeſar tranſitum pararet. A quo malo, ut ſibi praecaveret Perſeus, εἰδώλοις ξυλίνοις ἐλεφάντων ἰδέαν καὶ χρόαν ἐχομένοις, ſtridoreque tubarum acutiore, paullatim equos ſuos verorum elephantorum barritum et magnitudinem ferre docuit. Florus lib. I. cap. 18. Polyaenus Strategem. lib. 4. et 8. LINDENBR.

5. *Succinctior*] expeditior, alacrior. W.

Averſorumque Perſarum et belluarum ſuffragines concidebat] Simile ſtrategema Alexandri Mag. de quo Curtius lib. 8. c. 14. *Anceps ergo pugna nunc ſequentium, nunc fugientium elephantos, in multum diei varium certamen extraxit, donec ſecu-*

ribus (id namque genus auxilii praeparatum erat) pedes amputare coeperunt. *Quale et illud, de quo Helmold. Chronic. Slavorum lib. I. c. 68. *Fuit pugna vehemens, et victoria utrimque ambigua, quousque unus partium Comitis proclamavit, ut poplites equorum, quos hostes insidebant, fortiter caederentur: factumque est, ut cadentibus equis, sessores quoque loricati collaberentur, gladiisque nostratium protriti sunt.* pag. 54.* LINDENBR.

Suffragines] nervi, quibus imi pedes tibiis nectuntur. Cf. XIX, 6. W.

6. *Clamabant hinc inde Candidati*] Candidatorum significatio non una: sed quorum hic mentio, ii e Scholarium numero ob corporis proceritatem electi, primi Scutarii Protectoresque Principis erant. De his iterum Ammian. lib. XXXI. c. 13. 15. Procopius Gothicor. lib. III. ἦν δὲ οὗτος ἀνὴρ βασιλέως μὲν Ἰουστινιανοῦ δορυφόρος, ἐπεὶ ἐς τοὺς κανδιδάτους καλουμένους τελῶν ἔτυχε· τῶν δὲ ἱππικῶν καταλόγων ἦρχεν. Vid. Cedren. in Iuniore, pag. 211. LINDENBR.

Incertum subita equestris hasta, etc.] De morte Iuliani alia longe diversa Sozomenus lib. 6. cap. 2. Nicephorus Callist. lib. X. cap. 34. Gregorius Nazianz. Episc. in Iulian. Orat. 2. Amphilochius in Vita Basilii Magni Archiep. Chrysostomus de Babyla Martyre, Augustinus de Civitate Dei lib. IV. cap. 29. LINDENBR.

Incertum] Hoc unde pendeat, vel quo referatur, non video, et quovis pignore contenderim, e margine irrepsisse in contextum. Sciolus alleverat, qui non eandem de Iuliani morte omnium fuisse sententiam meminerat, nec hostili, sed Christiani cuiusdam militis lancea vulneratum esse cum Libanio credebat. Sentit igitur Ammianus cum Eutropio, qui et ipse interfuit, Sexto Rufo et Aurelio Victore, qui omnes hostili sagitta eum confossum tradunt. W.

Subita equestris hasta.] Libanius pag. 303. (Reisk. I. p. 613.) δόρυ δ' ἱππέως ἐπ' αὐτὸν ἐνεχθὲν ἄοπλον διὰ τοῦ βραχίονος δραμὸν εἰς τὴν πλευρὰν εἰσέδυ, etc. *Hasta equestris in eum inermem illata, per brachium in latus irrepsit.* Et hic quidem eius caedis auctores Christianos fuisse contendit, qui a Iuliano depressi ac vexati, cum insidias ei dudum compararent, tandem oblata occasione facinus peregerunt, ut dicit pag. 323. quem Libanii locum profert etiam Sozomenus in lib. 6. Sed Eutropius qui huic Persicae expeditioni interfuit, et Rufus Festus, ac Victoris Epitome ab hostium equite, et quidem fugiente, conto percussum esse memorant. VALES.

8. *Exitium*] mortem, cf. XXII, 5. W.

Epaminondas ille dux inclytus.] Val. Maximus lib. III. cap. 2. Iustinus lib. VI. cap. 8. LINDENBR.

9. *Phrygiam appellari locum ubi ceciderat.*] Iulianus cum esset Antiochiae, noctu in somnis iuvenem viderat rutila coma, (i. e. Solem. W.) qui ipsum in Phrygia moriturum ei visus erat praedicere. Cum igitur letaliter vulneratus, locum illum in quo castra habebat, Phrygiam appellari didicisset, exclamasse dicitur: O Sol, Iulianum perdidisti: ut narrat Zonaras, et auctor Chronici Alexandrini: sed in hoc ῥαρία perperam exaratum est pro Φρυγία. VALES.

10. *Velut exauctoratus*] sui iuris. W.

12. *Quamdiu*] usque dum, donec. *XXII, 5. W.

13. *Cum plebe maxima*] plurima. — *Merena* c. I. *Nohodare* XVIII, 6. 8. W.

Proelia XX. *Marcelli*] Maior numerus apud Plinium lib. VII. cap. 25. *Solus* (Iul. Caes.) *M. Marcellum transgressus: qui undequadragies dimicaverat.* Solinus cap. VI. LINDENBR.

[*Proelia viginti Marcelli*] At Plinius in libri 7. capite 25. et Solinus in capite 6. (quem fere totum exscripsit Ammianus. W.) multo plura M. Marcelli proelia commemorant, et signis collatis undequadragies dimicavisse eum scribunt. Quod autem paullo infra ait Ammianus, ultimum ex Sergii posteris, *Catilinam claras gloriarum eius adoreas sempiternis maculis obumbravisse*, id accepit a Solino, ut solet, cui in capite VI. Collectaneorum dicitur Catilina *tantas Sergii adoreas odio damnati nominis obumbrasse.*] VALES. Cf. Gronov. Praef. p. XXI. W.

Sicinium Dentatum] Ita Mss. ut et Valerius Maximus lib. III. cap. 2. A. Gellius lib. II. cap. II. At vulgati quidam codd. *Siccium* vocant, uti et Dionysius Halicar. lib. X. pag. 662. Λεύκιος Σίκκιος Δεντάτος. Plinius lib. VII. cap. 28. Solinus cap. VI. *Varro apud Fulgent. in NEFRENDES.* LINDENBR.

Sicinium Dentatum.] L. Siccius Dentatus emendate dici debet: sic enim praeter Dionysium Halic vocat Zonaras in tomo 2. Annalium, quos ex Dione composuit, pag. 27. λεύκιον σίκιον, et Fulgentius Planciades de verbis antiquis ex Varrone De eodem Siccio Dentato vide Festum in *Obsidionalis corona.** VALES.

Sergium, qui vicies et ter vulneratus.] Plinius lib. VII. cap. 28. Solinus cap. 6. (ad quem vide Salmasium p. 34. W.) apud quem ipsissima fere Ammiani verba *Beatus profecto tot suffragiis gloriarum, ni heres in posteritatis eius successione Catilina, tantas adoreas odio damnati nominis obumbrasset.* LINDENBR. Uterque, et Sicinius et Sergius iterum iunguntur XXVII, 10. W.

14. *Anatolio interfecto, qui tunc erat Officiorum Magister*] In Zosimo III, 29. perperam *Antonius* scribitur pro *Anatolio:* Μάχης δὲ καρτερᾶς γενομένης ἔπεσεν Ἀντώνιος, ὁ τῶν περὶ τὴν αὐλὴν ἡγούμενος τάξεων, ὃν καλοῦσι Ῥωμαῖοι Μάγιστρον. LINDENBR.

Occupato castelli vicini praesidio.] Id Zosimus paullo aliter refert his verbis III, 29. ἄνδρες ἑξήκοντα μόνοι, σφῶν καὶ τοῦ Ῥωμαίων ἀξιώματος μεμνημένοι, παραβαλλόμενοί τε ἄχρι θανάτου, τοῦ φρουρίου γεγόνασιν ἐγκρατεῖς, ἀφ' οὗ τοῖς Ῥωμαίοις ἐπεξελθόντες οἱ Πέρσαι πλεονεκτεῖν ἔδοξαν· καὶ τρεῖς ἡμέρας τῶν πολεμίων ἐφεδρευόντων, οὐκ ὀλίγου μέρους τοῖς πολιορκοῦσιν ἐπιθεμένου περιεσώθησαν. LX. *milites, sui et dignitatis Rom. memores, ad mortem usque audacter decertantes, castellum illud occuparunt, ex quo Persae in Rom. iter facientes impetum fecerant: et ab hostibus per triduum obsessi, aggressi tandem oppugnatores ipsos, incolumes evaserunt.* Infra c. 7. (6.) castellum Vaccatum dicitur. VALES.

15. *Quam reposcenti naturae ut debitor bonae fidei redditurus exsulto*] Non minus prudenter, quam pie, Iosephus apud

Egesipp. lib. III. cap. 17. *Deus omnipotens thesaurum nobis optimum dedit, atque inclusum in hoc vase fictili et consignatum commisit nobis custodiendum, quoad ipsi placeat reposcere. Nonne in utroque crimen est, vel reiicere depositum non reposcente qui dederit, vel reposcenti negare? Si hominis depositum violare poena infamiae est, quanto magis violare depositum Dei?* LINDENBR.

Ut debitor bonae fidei redditurus exsulto.] Sapienter id quidem et ex praecepto D. Marci, quem Iulianus sibi imitandum proposuerat. Hic enim in libris de vita sua nihil frequentius inculcat, quam hilari ac libenti animo mortem esse exspectandam, gratias quinetiam Deo habendas esse. In libro autem 4. eadem utitur metaphora qua Iulianus hoc in loco: *περιμένων τὸ ἀνακλητικὸν ἐκ τοῦ βίου εὔλυτος, μήτε ὅρκου δεόμενος μήτε ἀνθρώπου τινὸς μάρτυρος. Signum receptui *ex hac vita* exspectans expeditus, ut nec iuramento opus sit nec testibus.* Et paullo post subiicit, hominem sapientem eadem facilitate et constantia digredi e vita, qua ad aliam quam actionem verecunde ac decenter obeundam se conferret: neque umquam imperfectam eius vitam tamquam fabulam nondum ultimo actu finito intercipi a fato. VALES.

Ut debitor bonae fidei] qui, quod debet, promte reddere paratus est. — *Philosophorum sententia generali* omnium. — *Beatior*, nobilior, praestantior. — *Quoties conditio melior a deteriore discernitur*, in meliorem transit. W.

Mortem tamquam summum praemium.] Notae sunt historiae, iam ab antiquo in Scholis tractatae, Cleobis et Bitonis: quibus cum mater precata esset ab Argiva Iunone, *ut illis praemium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset a Deo, mane inventi sunt mortui.* *Item Agamedis atque Trophonii, qui cum Deo Pythio templum aedificassent, quodque optimum foret precarentur, confestim somno pressi nunquam postea surrexerunt. Xenocrates Platonicus de Morte pag. 116. Cicero Tuscul. lib. I. Plutarch. de Consolat.* Ad quae exempla haud dubie sive Iulianus sive Ammianus respexit. LINDENBR.

16. *Ne me proiiciam aut prosternam*] cogar victas manus tradere, pacem petere ab hostibus. — *Dolores insultant ignavis* acriores fiunt impatientibus, mollioribus. W.

17. *Civilia*] in pace. *Examinatis rationibus* nonnisi rite diligenterque omnibus perpensis. *Tametsi prosperitas simul utilitasque consultorum non ubique concordent*, etsi utiliter provisis non semper respondet eventus. W.

18. *Licentiam omnem actibus meis exterminans.*] Magna laus in celsa potestate, cum Principes nil sibi amplius licere putant, quam privatis, ut Plinius in Panegyr. ait. Et praeclare Impp. Leo et Anthem. in libro LL. Anthemii Aug. Tit. 5. *Neque enim aliud Imperatoriae maiestati, cui semper debet aequitas inhaerere, et vigere iustitia, videtur accommodum, quam commune ius omnibus reservare subiectis, et nihil amplius bonis licere Principibus, nisi quod liceat privatis.* *Isidorus Sentent. lib. 3. cap. 51. *Iusta est vocis eorum* (Principum) *auctoritas, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur.* Gratianus

distinct. 9. c. *Iustum est.* * LINDENBR. *Licentiam* abusum potentiae, impotentiam, superbiam. W.

Gaudensque] Fortasse hic aliquid excidit. *adeo sciens. quod* sic et XIV, 7. *Imperiosa parens*, quae ius habet imperandi. *consideratis* apertis *periculis. Fundatus* firmo gradu, *turbines fortuitorum*, quae forte inciderent, calamitatum XV, 5. *calcare* contemnere, superare. W.

19. *Fide fatidica praecinente*] cf. XXIII, 6. W.

Vel damnatorum fine decedo.] Sic recte in Florentino Mſ. ut sup. lib. XV, *Damnatorum sorte Poemenius raptus ad supplicium interiit.* Et de hoc ipso Iuliano lib. XVII. c. 1. §. 14. *Oppetere dimicando gloriose magis optabat, quam damnatorum sorte, sicut sperabant, ut frater Gallus, occidi.* Igitur quod vulgo legitur, *delicatorum f.* corruptum esse facile apparet. LINDENBR.

Merui clarum e mundo digressum] Al. *clarum e medio.* Sed Mſ. lectio, quam expressimus, verior. Sic lib. XXI. c. 14. *E mundo citius digressurum.* Lib. XXIX. *Cum mundo digredi statuisset.* Lib. XXXI. c. 2. §. 22. *Fortuitis casibus mundo digressos.* Cassiodorus Variarum lib. VI. Epist. 2. *Cingulum fidele, quod nescit ante deserere, quam de mundo homines contingat exire.* LINDENBR.

* *E mundo digressum*] Sic Tertull. ad Uxorem cap. 1. *Christianis saeculo digressis nulla restitutio nuptiarum.* * LINDENBR.

Aequo iudicio] haud immerito. W.

20. *Super Imp. vero creando caute reticeo.*] Libanius, pag. 323. (Reisk. I. p. 614.) δεομένων δὲ, ait, τῶν φίλων ἀποφῆναι τῆς ἀρχῆς κληρονόμον, οὐδένα αὐτῷ παραπλήσιον ἐγγὺς ὁρῶν, ἀφῆκε τῇ στρατιᾷ τὴν ψῆφον. *Cumque amici rogarent, ut successorem Imperii nuncuparet, ipse qui neminem sibi parem circumspiceret, suffragiis militum rem permisit.* Videtur autem Iulianus exemplum Galbae Aug. reformidasse: qui affecta aetate cum Pisonem Caesarem nuncupasset, et sibi, et Pisoni perniciem creavit. Namque Otho praelatum sibi Pisonem aegre ferens, in Principem conspiravit, ut in Historiis refert Tacitus. VALES. Egregia vero comparatio. Et Galbae incolumi, et bene valenti et considerato cum iudicio ad ordinationem istam aggresso et hinc insidias perpesso similis est Iulianus et hic letaliter vulneratus et in horas mortem venturam prospiciens, hoc scilicet agit, ut metuat repentinum Othonem. Quis credat? Immo vult imitari Magnum Alexandrum, si ex imitatione alicuius ad hanc rationem venit, et imperii causam rite agit; alioqui metus ille tradendi alicuius in ultimum discrimen nonne manifeste respicit historiam Augusti itidem deliberantis de hac re apud Tacitum lib. I. Annal. cap. 13. et quid ille nominandis quibusdam effecit? Nempe ait ibidem, *omnesque praeter Lepidum, variis mox criminibus, struente Tiberio, circumventi sunt.* GRON.

Super Imperatore vero creando] Aur. Victor in Iuliano (Epit. c. 43.): *Circa noctis fere medium defecit, praefatus consulto sese de Imperio nihil mandare, ne, uti solet, in multitudine discrepantibus studiis amicorum, ex invidia Reip.* DISCORDIA EXERCITUS *periculum faceret.* LINDENBR.

Ne per impudentiam dignum praeteream] Melius in Mſ. *per imprudentiam.* LINDENBR.

Alumnus reipublicae frugi] patriae amans (Patriot). W.

21. *Familiares opes*] pecunias suas. *Supremo stilo* testamento. cf. ad xxi, 15. W.

Quem cum beatum fuisse Sallustius respondisset] Beati et felices mortui dicuntur, ἐπ' εὐφημισμοῦ, ut Graece μακαρῖται. Hesych. Μακαρίτης, ὁ τεθνεὼς, ὁ μακάριος, ὁ νεκρός. Suidas in Μακαρίτας. Plutarchus in Παραμυθικῷ. Iulianus in Epistola ad Hermog. Ἐκείνῳ μὲν δὴ, ἐπειδὰν μακαρίτης ἐγένετο, κούφη γῆ, καθάπερ λόγος. LINDENBR.

Cum beatum fuisse.] Th. Marcilius dubitat an non melior lectio sit *beatum et fuisse*, quod sane nimis captatum, nec ad genium Ammiani. GRON.

Qui elate ante contempserat suum] qui modo tam elato animo de sua ipsius morte fuerat locutus. W.

22. *Auctoritate etiamtum integra increpabat.*] Neque id omisit Libanius, (Reisk. I. p. 614.) cuius haec sunt verba: ἁπάντων γὰρ τῶν περιεστηκότων εἰς θρῆνον πεπτωκότων καὶ οὐδὲ τῶν φιλοσοφούντων δυναμένων καρτερεῖν, ἐπετίμα τοῖς τε ἄλλοις καὶ οὐχ ἥκιστα δὲ τούτοις, etc. *Et cum circumstantes in fletum universi effunderentur, neque ipsi Philosophi a gemitu possent temperare; cunctos increpabat, sed hos maxime: quod cum rebus a se in omni vita gestis aditum sibi ad Deorum sedes aperuisset, ipsi haud secus ac tartaro dignum lugerent.* Deinde tabernaculum illud Iuliani carceri comparat, quo moriturum Socratem amici convenerant. VALES.

Auctoritate integra etiamtum] sono vocis imperatorio. W.

Coelo conciliatum] destinatum. W.

23. *Cum Maximo et Prisco Philosophis super animorum sublimitate perplexius disputans*] Magnorum virorum exemplo. Sic Thrasea, cum iam Neronis scelere iussa morte sibi obeundum intellexisset, maxime intentus Demetrio Cynicae institutionis doctori, *de natura animae et dissociatione spiritus corporisque inquirebat.* Tacitus Annal. 16. Sic Socrates: * *Cum potionem publice mixtam ebiberet, de morte disputavit usque ad ipsam.* Seneca cap. 3. * Diogenes Laert. in eius Vita: Καὶ δεθεὶς μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ἔπιε τὸ κώνειον, πολλὰ καλὰ κἀγαθὰ διαλεχθεὶς, ἃ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνί φησι. Ceterum de Maximo et Prisco plura Eunapius in Vitis Philosophorum. LINDENBR.

Super animorum sublimitate divina origine, immortalitate *perplexius* subtilius, Socratis ad exemplum *disputans.* Quanto in honore habuerit *Maximum,* v. XXII, 7. *Priscum* in magistris Iuliani numerat Eunapius. — *tumore venarum,* aestu sanguinis. W.

Anno aetatis altero et tricesimo.] Id est, secundo ac tricesimo. Sic enim fere loquuntur Latini, ut Quintilianus in Dialogo de caussis corruptae eloquentiae. *Uno et vicesimo Caesar Dolabellam, altero et* XX. *Asinius Pollio G. Catonem insecuti sunt.* Neque aliter Eutropius in lib. 9. de Maximiani Galerii pugna, et alii passim. Observavi tamen interdum eam vocem pro uno sumi, ut apud Velleium alicubi legere memini. Sed hoc in loco a Marcellino pro secundo accipitur, ut dixi. Cui enim potius de Iuliani aetate quam Iuliano ipsi credamus? At is in

Epist.

Epist. 51. ad Alexandrinos, (p. 353. Spanh.) 32. annos natum se esse dicit, tum cum eam Epistolam scriberet. Idem in Misopogone significat his verbis: ἐτῶν δὲ τριάκοντα μελέτην ἀφιέναι παγχάλεπον, ἐμοὶ δὲ καὶ πλείω τούτων ἐστίν. At Socrates in lib. 3. Iulianum anno aetatis I et XXX. interiisse scribit: quod ex ipsomet Socrate refellere facillimum fuerit. Scribit enim in lib. 3. cap. I. post obitum Constantini Magni cum Dalmatius Caesar esset occisus, Gallum et Iulianum in discrimen vitae pariter adductos esse. Sed Gallum quidem morbo, quo tunc gravissimo laborabat, instanti exitio ereptum: Iulianum vero ob teneram adhuc aetatem servatum fuisse, quippe qui vix tum esset octennis. Idem etiam scribit Sozomenus in lib. v. Igitur si id discrimen Iuliano contigisse ponamus anno 337. quo Constantinus est mortuus; efficietur profecto Iulianum 4. et 30. annis vixisse. Mortuus est enim anno Domini 363. Sed si Cedrenum sequimur, qui caedem Dalmatii, et discrimen illud Iuliani refert in annum 2. ab obitu Constantini M. tum id efficietur quod nos posuimus, 32. annos vixisse Iulianum. Cassiodorus anno aetatis 32. Iulianum obisse dicit. VALES.

Parentis (Iulii) *Constantii obitu destitutus*] inops, vel, ut ipse supra hoc capite extulit: *in umbram et angulos amandatus*. W.

Et Basilina matre.] Supple ἀπὸ κοινοῦ *destitutus*. Nam Basilina cum Iulianum primum, atque adeo unicum, peperisset, paucis post mensibus decessit, ut testatur Iulianus ipse in Misopogone. Haec Basilina erat Iuliani filia Praefecti Praetorio, quemadmodum scribit Libanius in Orat. funebri pag. 260. Eiusdem meminit Athanasius in Epist. ad Solitarios, ubi de Eutropio Hadrianop. Episcopo scribit, qui in exilium missus est studio et instinctu Basilinae Βασιλῖνα γὰρ ἦν ἡ πάνυ κατ' αὐτοῦ σπουδάζουσα. *Basilina enim magnopere eum insectabatur*. Ideo fortasse quod Eutropius Eusebium Nicomed. Episcopum (affinem Basilinae, ut supra notavi) acriter reprehendebat. Meminit et Georgius Alex. in Vita Chrysostomi, ubi ait obiectum fuisse Chrysostomo, quod praedium a Basilina Ecclesiae Constantinop. legatum vendiderat, et pretium in suos usus verterat ὅτι διαφέρον τῇ ἐκκλησίᾳ τόπιον ὅπερ Βασιλῖνα ἡ τοῦ ἰουλιανοῦ μήτηρ κατέλιπε, πωλήσας ἐσφετερίσατο. Basilinae frater erat Iulianus Comes Orientis, avunculus Iuliani A. Male Chrysostomus in Orat. contra Gentiles θεῖον πρὸς πατρὸς vocat. VALES.

CAPVT IV.

Iam vero mores, totumque, quem vocant, characterem Iuliani ita ad vivum ob oculos pingit, ita sine partium studio et virtutes et vitia temperat, ut plausum omnium tulerit intelligentium. cf. XVI, 15. et qui singulares libros de Iuliani vita edidere: *la Bletterie Vie de l'Empereur Julien*. Amst. 1735. *Schroeckh's allgem. Biographie* Th. IV. W.

I. *Vir profecto Heroicis conn. ingeniis.*] Nihil mirum, si vir Graecanicae superstitioni deditus, in Iuliani sui laudes effunditur. Sed et Christiani quotquot absque affectu animi sincere locuti sunt, Iuliano testimonium egregiae indolis perhibuerunt.

Audi Augustinum in lib. 5. de Civitate Dei cap. 21. *Ipse apostatae Iuliano, cuius egregiam indolem decepit amore dominandi sacrilega et detestanda curiositas, etc.* Sed et Prudentius idem ingenue confitetur in Apotheosi v. 449. ff.

Principibus tamen e cunctis non defuit unus
Me puero, ut memini, ductor fortissimus armis,
Conditor et legum celeberrimus, ore manuque
Consultor patriae, sed non consultor habendae
Religionis: amans tercentum millia Divum
Perfidus ille Deo, quamvis non perfidus orbi.

[*Orbi*, id est orbi Romano, Imperio Romano. Sic enim malo, quam quod in vulgatis Editionibus legitur, *Urbi*, hoc est, urbi Romae. Vult igitur dicere Prudentius, Iulianum, quamvis a Christo desciverit, bonum tamen et utilem Imperio Rom. Principem fuisse.] VALES.

Virtutes quatuor praecipue] Vid. Cicer. de Offic. lib. I. c. 5. *B. Ambrosius de Offic. lib. I. c. 24. Marius Victorinus in Cicer. Rhetor. I. pag. 80.* Porphyr. apud Stobaeum Serm. I. pag. 23. LINDENBR.

Accedentes] Sic lego pro *accidentes*. W.

Intento studio coluit omnes, ut singulas] Egregia haec sane laus est, et cui adsimilis illa, qua Stiliconem extollit Cl. Claudianus lib. II. v. 100.

Omnes praeterea, puro quae crimina pellunt
Ore Deae, iunxere choros, unoque receptae
Pectore diversos tecum cinguntur in usus.
Iustitia utilibus rectum praeponere suadet,
Communesque sequi leges, iniustaque nunquam
Largiri sociis. Durum patientia corpus
Instruit, ut nulli cupiat cessisse labori.
Temperies, ut casta petas. Prudentia, ne quid
Inconsultus agas. Constantia, futile ne quid
Infirmumque geras, etc. LINDENBR.

2. *Post amissam coniugem*] Helenam, quae tamen ipsa non sponte domum deducta, sed a fratre Constantio oblata est. W.

Apud Platonem legitur, Sophoclem) Plato de Repub. lib. I. (T. VI. Bipont. p. 150.) Cicero de Senectute c. 14. Stobaeus cap. 6. LINDENBR.

3. *Lyrici Bacchylidis, quem legebat iucunde*] non sine voluptate, in cuius tamen fragmentis ab Henr. Stephano editis nihil tale invenio. — *Citerioris* interioris *vitae ministris.* cf. XIV, I. XXVII, 10. cet. W.

4. *Velut ad pallium mox reversuri.*] Etiam minabatur interdum ad vitam se discessurum privatam, inf. hoc lib. *Ad pallium* autem, id est, ad vitam philosophicam: talis namque Philosophorum amictus. Apuleius Flor. I. *Togam parari et voto et funeri, item pallio cadavera operiri, et Philosophos amiciri.* Herodes Atticus apud Gell. IX. cap. 2. *Video barbam et pallium, Philosophum non video.* *Lactant. Firmian. de quodam sui temporis Philosopho, de Iustitia lib. 5. pag. 262. *Vitia sua capillis et pallio praetegebat.* Tatianus contra Graecos pag. 208.*

LINDENBR. *Menſura atque tenuitas.* Sic cod. Colbertinus pro *menſarumque tenuitas.* Vid. Hadr. Valeſii Praef. p. LIV. W.

Stans interdum more militiae.] Idem teſtatur Mamertinus in Gratiarum actione c. 11. *Neque turbae inſtitutorum ad delicias miniſtrorum, cui tam pauca ſint miniſtranda: neque tempus epularum ei, qui ſaepius ſtatarium prandium ad neceſſitatem humani corporis capiat, gaudens caſtrenſi cibo, miniſtro obvio, poculo fortuito.* Hic porro mos erat militum Rom. ut in caſtris ſtantes cibum ſumerent. Unde Quintilianus in Milite Mariano ſic dicit: *Cum alii excubent armati, alii clauſtra portarum tueantur, alii vallum foſſasque ſcutis innixi cingant, cibum ipſum ſtantes capiant: Tribunus inter ſcorta volutabitur.* Plutarchus etiam in Apophth. et ex eo Polyaenus narrant, Scipionem, cum ad Numantiam veniſſet, iuſſiſſe ut milites ſtantes quidem prandium ſumerent, cenarent autem ſedentes: tricliniares enim, et cubiculares lectos ex caſtris ſuſtulit, primus ipſe in vili ſtramento decumbens, teſte Appiano in Hiſpanienſi. Quam diſciplinam poſtea Rom. Duces ſervarunt. Tiberius enim maiore parte aeſtivarum expeditionum cenavit ſedens, ut ait Velleius in lib. 2. cap. 114. (ubi vid. Ruhnkenius. W.) Olim tamen in Rep. Rom. hunc morem non fuiſſe, ut ſtantes cibum ſumerent, docet Livius in lib. 34. ubi de Graccho, qui id multae ac poenae militaris loco militibus iis indixit, qui ſegnius ſe in pugna geſſerant *Citatosque ſingulos iureiurando adigam, niſi quibus morbus cauſa erit, non aliter quam ſtantes quoad ſtipendia fecerint, cibum potumque capturos eſſe.* VALES.

Stans interdum more militiae] Non ſemper milites Romani ſtantes pranſi ſunt. v. Caſaubonum et Salmaſium ad Spartiani Adrian. 10. p. 82. et 85. W.

Cibum brevem vilemque.] Libanius in Monodia de obitu Iuliani (Reisk. I. p. 517.) ὦ λόχοι στρατιωτῶν, οἷς ἀπόλωλε βασιλεὺς, ταὐτὰ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ στρατείᾳ σιτούμενος. Idem in Orat. Conſulari ad Iulianum, eius tenuitatem victus magnopere praedicat: quam profecto admirabilem fuiſſe Marcellino facile credo. Nam et Zonaras eiusmodi illam fuiſſe affirmat, ut ab omni ructu et ſputatione liber eſſet. Et ſaepenumero dicebat, Philoſophum ne reſpirantem quidem exaudiri oportere. Itaque eleganter Libanius τεττίγων τροφὴν ei tribuit pag. 249. id eſt cibum cicadarum, quas aiunt ſolo aëre vivere, ut ait Philo in libro, Quod omnis probus liber eſt. Unde nata eſt haec proverbialis locutio: μὴ πλείω τῶν τεττίγων ἐσθίειν, qua utitur idem Libanius in tomo I. Declamat. 37. VALES.

Cibum — brevem tenuem *vilemque,* uti praeſto erat, τὸν τυχόντα. vilis et fortuitus XVI, 5. W.

5. *Poſt haec ferias ad artes.*] Ita cod. Colbertinus. Olim legebatur *poſt haec feria ad artes.* v. Hadr. Valeſ. praef. p. LV. W.

7. *Prudentiae*] Plura hoc nomine comprehendit Ammianus, quae ad prudentiam, quae maxime in conſiliis capiundis cernitur, referri alias non ſolent. W.

* *Studioſus cognitionum omnium, et indeclinabilis aliquoties iudex.*] Sic initio libri 21. Ammianus Iulianum appellat *eruditum et ſtudioſum cognitionum omnium Principem:* et in libro 18.

c. 1. fuiſſe eum ait *indeclinabilem iuſtorum iniuſtorumque diſtinctorem.* Auguſtinus in Epiſtola 48. ad Vincentium de Donatiſtis loquens ſic ait: *Quando Iuliano Imperatori in ſua petitione dixerunt, quod apud eum ſola iuſtitia locum haberet.* * VALES.

Cognitionum] Ambiguum hoc; poteſt enim eſſe omne genus ſcientiae, uti XXI, 1. tum vero ad priora pertinebit, ubi de nocturnis lucubrationibus erat ſermo; ſin ſumas de cauſis iudicialibus, quod ſuadet adiunctum *indeclinabilis* ἀκλινὴς *iudex,* tum occupavit, quae in ſequentibus ad *iuſtitiam* rectius referuntur. *Cenſor acerrimus,* et quae aliae adiiciuntur laudes, iuſtae omnes, ſed h. l. alieniores. W.

Cenſor moribus regendis acerrimus.] Nollem Sig. Gelenium huius loci depravandi primum auctorem fuiſſe. Quid enim elegantius et planius hac Editionis Rom. ſcriptura? *Cenſoriis moribus: regendis acerrimis placidus.* Sane in Mſ. Regio, *Toloſ.* et Flor. legitur *Cenſoriis moribus:* in Valentino autem *Cenſorius,* teſte Antonio Loiſello, [ut et in Colbert.] VALES.

8. *Paucorum diſcrimine vitia cohibebat*] paucos tantum puniebat, XXII, 3. W.

9. *Genuina lenitudine caſtigaret.*] Vulg. *lenitudine veſtigaret,* corrupte: et animadverterat vitium vir Ampliſſ. Petrus Faber: itaque *mitigaret,* vel, ut nos nunc ex Mſ. edidimus, *caſtigaret,* legendum cenſebat, Semeſtr. lib. III. cap. 18. LINDENBR.

Caſtigaret] mitigaret, temperaret. Veriſſime monet Erneſti, *caſtigare* h. l. eſſe Graecum κολάζειν, quod de vino aqua temperando, miſcendo adhibeatur. W.

10. *Corporis munus a milite, ab Imp. vero animi poſcitur*] Pauli Coſ. dictum eſt, apud Livium lib. XLIV. c. 34. *Militem haec tria curare decet, corpus ut quam validiſſimum et perniciſſimum habeat, arma apta, animum paratum ad ſubita imperia: cetera Imperatori curae eſſe debere.* LINDENBR.

Ipſe trucem hoſtem confecit] XXIV, 4. — *In pulvere vaporato Perſidis,* per arenas aeſtu ſolis ardentes. W.

11. *Praetenturae*] praeſidia. cf. ad XIV, 3. W.

12. *Totis rationib. ordinatae.*] Emendatum eſt ex coniectura noſtra *tutis rationibus.* Quam emendationem confirmat alter Marcellini locus in lib. XVI. cap. 12. *Hoſtes miſcuere diſcurſatores et leves, profecto ratione tuta poſcente.* VALES.

Dilectus arctiſſime ardentiſſime, unice. — *Caeſar adhuc ſine ſtipendio regeret militem* XVII, 9. — *Diſceſſurum ad vitam minaretur privatam.* XXIV, 3. W.

13. *Exhortatum eum ſupplici concione.*] Apparet ſcribendum hic eſſe *ſimplici concione.* VALES.

Simplici una *concione militem Gallicanum aduſque confinia traxiſſe Medorum* XX, 4. W.

14. *Ipſis quodammodo cervicibus Fortunae gubernatricis evectus.* Metaphora, quamquam μειλίγματι *quodammodo* mitigata, inepta tamen; alii in ſinu geſtare. — *Victorioſis curſibus,* victoriis. W.

Fortunae aliquand. bonae Gubernatricis.] Ex Terentio in Eunucho Actu v. Scena 9. ubi Chaerea:

Quid commemorem primum aut laudem maxime,
Illum qui mihi dedit consilium, ut facerem? an me, qui ausus siem
Incipere? an Fortunam collaudem, quae gubernatrix fuit? VALES.

Difficult. superaret immensas.] Nescio quid caussae fuerit Castello, cur scripturam Editionis Rom. respueret, *superstaret imm.* quae et elegans est, et metaphorae illi qua utitur Marcellinus, melius convenit. Sane in Mf. Regio *superestaret* scriptum reperi. Sed media illa littera ibidem expuncta est. [in Colbert. legitur *supestaret.*] VALES.

Caduceo leniente mundano.] Haec loquendi forma videtur posse confirmari altero loco lib. 22. c. 9. qui sic habet: *Ei orbem Rom. placide iam regenti, velut mundanam cornucopiam Fortuna gestans propitia, cuncta gloriosa deferebat et prospera.* Sed tamen magis nobis arridet coniectura nostra, *ac si q. caduceo leniente mundana.* VALES. In *caduceo* non tam de Fortuna cogitasse Ammianus videtur, quam de *Mercurio,* quem *mundi velocitatem* appellat XVI, 5. W.

15. *Indicta sunt tributorum admodum levia.*] Eutropius lib. x. c. 16. *In provinciales iustissimus, et tributorum, quatenus ferri posset, oppressor: civilis in cunctos, mediocrem habens aerarii curam.* Hanc tributorum relaxationem tangit etiam Gregor. Nazianz. ita tamen ut reprehendat magis, quam laudem mereri putet, Orat. I. in Iulian. LINDENBR.

Indicta sunt tributorum adm. levia.] Hanc Iuliani laudem celebriorem reddidere tributorum augmenta, a secutis Principibus excogitata: de qua illustris est locus S. Ambrosii in Orat. de obitu Valentiniani iunioris: *Provincialibus nihil umquam indici passus est. Praeterita, inquit, non queunt solvere: nova poterunt sustinere? Hoc laudant provinciae Iulianum: et ille quidem in robusta aetate; iste in processu adolescentiae: ille plurima reperit, et exhausit omnia, iste nihil invenit, et omnibus abundavit.* Iulianus ipse de se in Misopogone: *οὐδ' ἐπεγράψαμεν τὸ χρυσίον, οὐδ' ᾐτήσαμεν ἀργύριον. Neque aurum indiximus, neque argentum exegimus.* Eratque ei id in votis, ut bellum ita sibi conficere a Diis concederetur, ut ad antiquam formam tributa reducere liceret, teste Libanio in Orat. funebri, p. 326. VALES.

Coronarium indultum.] Aurum coronarium est, quod a victis gentibus datur propter concessam vitam; vel quod indulgentiarum laetitia, vel rebus prospere gestis admonitae, in coronis aureis signisque diversis civitates Imperio Rom. parentes offerunt. L. 4. C. Theod. de aur. coron. Cicero in Orat. in Pison. Servius Aeneid. lib. 8. Ipsaque Constitutio, qua auri huius praestatio remittitur, etiamnunc in Cod. Theodos. exstat lib. XII. Tit. XIII. quam totam hic adscribere lubet: IMP. IULIANUS A. ad Sallustium P. P. *Aurum coronarium munus est voluntatis, quod non solum Senatoribus, sed ne aliis quidem debet indici, licet quaedam indictionum necessitas postulaverit, sed nostro arbitrio reservari oportebit.* LINDENBR.

Coronarium indultum.] Aurum coronarium illud erat, quod coronarum nomine provinciae, ac civitates missis legationibus Principi offerebant, ut docet Dio in Fragmento illo luculentissimo lib 77. quod abhinc biennio publicavi: idque vel ob Imperii primitias, ut infra in hoc libro, cap. IX et in lib. 28. cap. VI. vel ob victoriam de barbaris, vel ob vota quinquennalia ac decennalia: ut in lege 4. de auro coronario Cod. Th. De his loquitur Themistius in Orat. 13. οὐ χρυσοῦν δή τινα στέφανον χρυσοῦ ἀπέφθου πολλῶν ταλάντων, οἷοι πολλοὶ αὐτῷ ἀφικνοῦνται καὶ πολλαχόθεν, πέμπειν ὑμῶν ψηφισαμένων, etc. In his autem mittendis coronis inter se certabant civitates, ut pretio ac pondere sese mutuo superarent. Itaque hae quidem mille solidos, hae bis mille, aliae aliquanto plus pendebant. Quare cum Iulianus has non sine incommodo exigi sciret, legem tulit, ne plusquam 70. solidorum pondo coronae aureae deinceps mitterentur, ut scribit Libanius in Orat. funebri pag. 305. (Reisk. I. p. 586.) eundem enim honorem esse in minori, quem in graviori pondere aiebat. Ceterum avaritiae extremae esse, lucrum honoris specie quaerere. Quin etiam aurum coronarium arbitrio decurionum reliquit, ut videre est in lege I. Cod. Theod. de auro coronario: quo fortasse haec illius verba referenda sunt in Misopogone, ὑφ' ἐπεγράψαμεν τὸ χρυσίον. Ante Iulianum autem Impp. Romani aurum coronarium remiserant: primus Augustus, ut est in lapide Ancyrano, et apud Dionem in lib. 51. in V. Consulatu Augusti: παρὰ τῶν πόλεων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στεφάνοις προσῆκον οὐκ ἐδέξατο: deinde Hadrianus: tum Antoninus Pius, ut Spartianus scribit: et Alexander Severus, teste Lampridio. Ab hoc auro coronario distinguendae sunt coronae aureae, quae olim libera Rep. Praetoribus aut Consulibus dabantur a Regibus ac provinciis et civitatibus liberis ad ornamentum triumphi, quod aurum postea in aerarium referebatur. Sed cum Imperatorum avaritia et cupiditas civitatibus damno maximo esset, Piso legem tulit, ne aurum coronarium nisi decreto triumpho decerni a civitatibus, et ab Imperatoribus accipi liceret, ut ait Cicero in Pisonem. VALES. Cf. Ernesti Clavis Ciceroniana v. Coronarius et Gothofredi Glossar. Nomicum ad Cod. Theodos. W.

Remissa debita multa diut. congesta.] Idem praedicat de se Iulianus in Misopogone (p. 365. Spanh.): ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἐλλείμμασιν ἀνεῖται πᾶσι τῶν εἰθισμένων εἰσφορῶν τὸ πέμπτον. *Sed praeter indulgentiam reliquorum, etiam quinta pars sollemnium tributorum omnibus remissa est.* Exstat etiam Epistola Iuliani 47. ad Thracenses, qua eis tributorum reliqua usque ad Indictionem tertiam remittit. Quae cum ita sint, quo modo conciliari possint cum iis, quae in lib. XVI. c. 5. dicta sunt, equidem non video: sic enim de Iuliano ibi loquitur Marcellinus: *Id cum adusque imperii finem scimus utiliter observasse, ne per indulgentias, quas appellant, rei tributariae concederet reliqua.* An dicemus hic loqui Marcellinum de reliquis non tributorum, sed aliarum praestationum, puta chrysargyri: (Atqui hoc, monente Reinesio, nondum erat indictum. W.) quod confirmat lex 50. Cod. Theod. de Decurion. VALES.

Aequata fisci iurgia cum privatis.] Ut scilicet quoties inter fiscum et privatum lis esset, aequo iure uterque ageret, nec fisci causa potior haberetur. Fecerat id Traianus, de quo Plinius in

Grat. actione c. 36. ſic dicit: *Dicitur actori atque etiam procuratori tuo, In ius veni.* Et mox: *Sors et urna fiſco iudicem aſſignat: licet reiicere, etc. Eodem foro utuntur principatus et libertas. Quae praecipua tua gloria eſt, ſaepius vincitur fiſcus, cuius mala cauſa numquam eſt niſi ſub bono Principe.* VALES.

Vectigalia civitatibus reſtituta cum fundis.] Vectigalia ſunt portoria et huiuſcemodi reditus, qui conceſſione Principum civitatibus relicti ſunt ad reſtaurationem operum publicorum, et ad alias neceſſitates. Sic Alexander Severus, teſte Lampridio, vectigalia civitatibus ad proprias fabricas deputavit. Itaque et legata quae civitatibus relicta erant, eo nomine continebantur. Capitolinus in Gordiano, de Timeſicleo Praef. Praet. *Morbo,* inquit, *exſtinctus eſt, herede Rom. Rep. ut quidquid eius fuerat, vectigalibus Urbis accederet.* VALES.

Cum fundis.] Exſtat ipſa Iuliani lex in Cod. Theod. de locatione fundorum iuris emphyt. ad Secundum: *Poſſeſſiones publicas civitatibus iubemus reſtitui, ita ut iuſtis aeſtimationibus locentur, quo cunctarum poſſit civitatum reparatio procurari. PP. Id. Mart. Conſtantinop. Mamertino et Nevitta Coſſ.* Huius legis pars eſſe videtur lex 1. Cod. Iuſt. de diverſis praediis templorum et civitatum. Eamdem Iuliani conſtitutionem memorat etiam Libanius in προσφωνητικῷ ſub finem (Reisk. 1. p. 419.) ἧς ἐστὶ μὲν καὶ τὸ ταῖς πόλεσιν ἐπανορθῶσαι τὴν πενίαν ἐξεληλαμέναις ἀρχαίων τε καὶ δικαίων κτημάτων· ὃ τοὺς μὲν ἰδίους οἴκους μεγάλους ἐποίησε, τοῖς δὲ κοινοῖς περιέχεεν ἀμορφίαν. *Cuius et hoc eximium eſt, quod civitatum egeſtatem ſublevaſti, quae antiquis et legitimis poſſeſſionibus ſpoliatae fuerant: unde privatis quidem aedibus magnitudo et opes acceſſerant, publicae vero deformatae et neglectae iacebant.* Eodem pertinent lex 8. 9. et 10. eiusdem Iuliani in Cod. Theod. de operibus pub. Porro haec praedia et agri civitatum dicebantur praedia vectigalia et agri vectigales, quoties in perpetuum locabantur, ut eſt in lege 1. D. ſi ager vectigalis, etc. Dicebantur etiam praedia Iuris civilis, ut in Novella 30. Theodoſii Iunioris, et in Novella 3. Marciani. Ceterum eos civitatum agros Decuriones inter ſe dividere ſolebant, teſte Libanio in Orat. pro Rhetoribus in fine. VALES.

Quos velut iure vendidere pr. poteſtates.] Puta Praefecti Praetorio, Comites Largitionum, et Rationales. Hi enim agros publicos civitatum occupare et vendere ſolebant ad iuvandas neceſſitates aerarii, ut patet ex Novella 30. Theodoſii, et Novella 3. Marciani iam citatis. Maxime autem loca et praedia quae ad ius templorum pertinebant, a Divis Conſtantino et Conſtantio vendita vel donata fuerant, ut ſupra adnotavi: quae Iulianus templis reſtitui praecepit. Sed poſtea Valentinianus eadem templis ablata, in fiſcum ſuum redigi iuſſit, ut videre eſt in lege 7. Cod. Theod. de iure fiſci. *Univerſa,* inquit, *loca vel praedia quae nunc in iure templorum ſunt quaeque a diverſis Principibus vendita vel donata ſunt etc.* VALES. Quum antecedat ipſe vir doctiſſimus, per poteſtates Iac. Gothofredus non magis iudices intelligit, quam ipſos Principes, ad legem VIII Cod. Theod. de operibus publicis. GRON.

Numquam augendae pecuniae cupidus fuit, quam cautius apud dominos ſervari exiſt.] Similis in hoc Conſtantio Aug. de

quo Eutropius lib. x. *Fiſci commoda non admodum affectans, dicensque melius publicas opes a privatis haberi, quam intra unum clauſtrum reſervari.* LINDENBR.

[*Quam cautius apud dominos ſervari exiſtimabat.*] Sic Conſtantius Chlorus Aug. avus paternus Iuliani A. dicebat, aurum et argentum apud dominos tamquam apud fidos depoſitarum opum cuſtodes ſibi ſervari: ut tradit Euſebius in libri I de vita Conſtantini capite XIV. Unde et Pauper cognominatus eſt, quod parvam in aerario pecuniam, nil fere in domeſticis theſauris reconditum haberet.] VALES.

Alexandrum Mag. ubi haberet theſauros interrogatum.] Theon Sophiſta Charia I. pag. 112. *Liban. Sophiſt. in Exemplis progymn. Chria I. pag. 4. et Differt 2. pag. 343. Plaut. in Trucul. Act. 4. pag. 722. *Verum eſt verbum quod memoratur: ubi amici, ibidem ſunt opes.* Micipſa apud Salluſtium Bell. Iugurth. *Non exercitus, neque theſauri praeſidia regni ſunt, verum amici: quos neque armis cogere, neque auro parare queas. Officio et fide parantur.** [Ἀλέξανδρος ἐρωτηθεὶς παρά τινος, etc. ποῦ ἂν ἔχοι τοὺς θησαυροὺς, τοὺς φίλους ὑπέδειξεν.] Stobaeus Serm. 214. LINDENBR.

16. *Carptim*] breviter, quod iungit ipſe Noſter XXIII, 6. W.

Levioris ingenii.] Lib. XXII. c. 10. de hoc ipſo Iuliano: *Levitatem agnoſcens commotioris ingenii ſui.* Itaque quod in vulgatis libb. *lentioris ing.* habetur, corruptum eſt. LINDENBR.

Inſtituto rectiſſimo] more admodum laudando. W.

17. *Linguae fuſioris*] volubilis. — *Praeſagiorum.* Caſaub. ad Hadrian. Scr. Hiſt. Aug. T. I. p. 135. habet *futurorum,* ex memoria. - *Sciſcitationi nimiae deditus.* cf. ſupra ad cap. 2. extr. W.

Aequiperare videretur in hac parte Principem Hadrianum.] Tangit eamdem hanc praeſagiorum ſciſcitationem nimiam in Hadriano Tertullianus, cum *curioſitatum omnium exploratorem* eum vocat, *in Apolog. cap. 5.* LINDENBR.

Hadrianum] v. Spanhem. ad Iuliani Caeſares, ed. Francogall. p. 71. W.

**Innumeras ſine parcimonia pecudes mactans.*] Idem de Iuliano Aug. affirmat Chryſoſtomus in Oratione 2. de S. Babyla Martyre, contra Gentiles, pag. 762. et 773.* VALES.

Marci illius ſimilis] cf. Spanhem. l. c. p. 257. Tillemont T. II. P. 2 p. 399. et 513. W.

*ΟΙ ΛΕΥΚΟΙ ΒΟΕΣ, *etc.*]

Οἱ βόες οἱ λευκοὶ Μάρκῳ τῷ Καίσαρι χαίρειν.
Ἂν δὲ σὺ νικήσῃς, ἄμμες ἀπωλόμεθα.* LINDENBR.

Sic etiam Anthologia, laudante Caſaubono ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. I. p. 340. W.

[ΟΙ ΛΕΥΚΟΙ ΒΟΕΣ ΜΑΡΚΩι ΤΩι ΚΑΙΣΑΡΙ. ΑΝ ΣΥ ΝΙΚΗΣΗιΣ, ΗΜΙΣ ΑΠΩΛΟΜΕΘΑ.] Iohannes Georgius Graevius, vir optimus atque doctiſſimus, mihi Traiecto Batavorum reſcripſit menſe Maio anno M. DC. LXXX. ut verſus conſtet, legendum ſibi videri:

Οἱ λευκοὶ βόες Μάρκῳ τῷ Καίσαρι χαίρειν.
Ἂν δὲ νικήσῃς, ἄμμες ἀπωλόμεθα.

Addidit, huic voto non diſſimile alterum commemorari a Seneca in libri III. de beneficiis capite XXVII. ἄμμες quidem Aeolice dicitur pro ἡμεῖς: ſed cum in codicibus priſcis omnibus Graeca haecce ſcripta reperiantur, ita ut a fratre olim meo ſunt edita; nihil mutandum: nihil addendum puto, ne temeritatis accuſer, ſi a codicibus conſentientibus ſine cauſſa receſſero, quorum auctoritatem plurimi faciendam eſſe nemo neſcit. Verſum quidem ſtare nihil neceſſe eſt. Ingenioſa tamen eſt amici noſtri coniectura: cui libenter acquieſcerem, ni conſpiratio codicum obſtaret.] VALES.

18. *Cum indignis*] abiectiſſimis hominibus. W.

19. *Quam Aratus extollit in coelum*] v. 134. W.

20. *Iura non moleſta*] leges aequas. *Abſolute* plane et aperte. W.

21. *Quod docere vetuit magiſtros Rhetoricos et Grammaticos Chriſtianos, ni transiſſent ad numinum cultum.*] Hoc ambiguum, unde factum, ut nonnulli ita intelligerent, Iulianum iuventutem noluiſſe a Rhetoribus et Grammaticis erudiri. Sed et alia ratione poteſt explicari, ut τὸ *Chriſtianos* ad ipſos Rhetoras pertineat, quibus, niſi ad paganam reverterentur religionem, ius docendi, (cathedram, thronum) non concederet, vel ſi haberent, adimeret. cf. ſupra XXII, 10. ubi iisdem fere verbis eadem reperies. W.

Ne tranſirent numinum cultu.] Haec quidem ut a Sig. Gelenio ſunt edita, ſenſu omni carent. Cauſa enim cur Iulianus Chriſtianos Profeſſores publice docere vetuit, non ea fuit, ne ipſi tranſirent a numinum cultu: niſi de diſcipulis eorum id intelligatur. Sed cum in Mſ. Regio, *Toloſ.* [et Colbert.] et in Editione Rom. ſic ſcribatur hic locus, *ne tranſiſſent numinum cultu:* non dubitavi quin ita corrigendus eſſet ut edidi, *ni tranſiſſent ad numinum cultum.* VALES. Iam Rittershuſius in lib. I. Sacrar. lection. 19. de ſuo publicavit *ni tranſiſſent ad numinum cultus.* GRON. Cf. etiam Praef. Gronov. p. XXIII. W.

Mun. ordinum coetibus pat. iniuſte quosdam adnecti.] Erat certe Iulianus non ſine cauſa in Curiarum favorem propenſior. Quippe plerique earum onera ſubterfugientes, alii ad militiam transierant; alii ut Senatores urbis Romae aut Conſtantinop. fierent ambierant, ut docet Libanius in Orat. funebri p. 296. Plerisque etiam Conſtantius immunitates et vacationes civilium munerum conceſſerat, quas Notarii et Eunuchi (qui eo imperante plurimum potuere) pretio accepto vendebant, teſte ibidem Libanio. At Iulianus lege lata cunctos ſine diſcrimine ad Curias revocandos eſſe ſtatuit: quo facto Curiae quae antea vacuae erant, vix iam multitudinem introeuntium capiebant. τὸ γὰρ δὴ πολλῶν ἐπαίνων ἄξιον ἐκεῖνο γράμμα, τὸ δεῖν πάντα ἄνδρα εἰς βουλὴν καλεῖν, καὶ μηδὲν ἔχοντα ἰσχυρὸν εἰς ἄφεσιν, ἐγγράφειν, οὕτω τὸ πρᾶγμα ἐπηνώρθωσε, etc. ait Libanius. Id eſt: *Etenim dictum illud ſummis laudibus dignum, omnes ad Curiam retrahendos eſſe, et qui nihil cauſae ad immunitatem ſuam afferrent, albo inſcribendos eſſe, adeo cuncta reſtituit, etc.* Illud tamen minime ferendum erat, quod ad Curiarum favorem nimis propenſus, iniuſte plures muneribus publicis adnectebat, ut teſtatur Marcellinus in lib. 21. cap. 12. adeo ut aegre ſub eo a Curialibus quisquam appetitus, licet privilegiis, et

ſtipendiorum numero, et originis penitus alienae firmitudine communitus, obtineret aequiſſimum, ut idem ſcribit in lib. 22. cap. 9. qui locus cum hoc, quem nunc prae manibus habemus, componi debet. Adeo hic paene ad verbum cuncta repetit, quae illic commemoraverat. VALES.

21. *Municipalium ordinum coetibus* numero Senatorum. *Adnecti* invitos addi, qui tamen *ab iis conſortiis*, onerofis plerumque *longe diſcreti* immunes omnino erant, vel quod *peregrini* non eiusdem urbis cives eſſent, vel *privilegiis vel origine* natu. cf. XXII, 9. et quae congeſſimus in Ind. II. v. Curialis. W.

Privilegiis aut origine.] Inter cetera Clericos Chriſtianos, quibus Conſtantinus et Conſtantius vocationem civilium munerum conceſſerant, ad Curiam revocavit, ut ſcribit Sozomenus in lib. 5. cap. 5. Exſtatque lex ipſa Iuliani in Cod. Theod. de Decurionibus. VALES.

22. *Figura talis utique membrorum.*] Haec eſt ſcriptura omnium librorum: quae tamen an a Marcellini manu ſit, dubito. De Conſtantio ſic dixit in fine lib. XXI. c. 16. *Figura tali ſituque membrorum.* Unde hic quoque ita legendum videtur. Certe alterutrum in alterum reſingendum erit. Porro Iulianum ſic deſcribit Gregorius Nazianz. Epiſcop. in Iulian. Orat. 2. pag. 506. οὐδενὸς ἐδόκει μοι σημεῖον εἶναι χρηστοῦ, αὐχὴν ἀπαγὴς, ὦμοι παλλόμενοι καὶ ἀνασηκούμενοι, ὀφθαλμὸς σοβούμενος, καὶ περιφερόμενος, καὶ μανικὸν βλέπων. πόδες ἀστατοῦντες καὶ μετοκλάζοντες, μυκτὴρ ὕβριν πνέων καὶ περιφρόνησιν, προσώπου σχηματισμοὶ καταγέλαστοι, τὸ αὐτὸ φέροντες, γέλωτες ἀκρατεῖς τε καὶ βρασματώδεις, νεύσεις καὶ ἀνανεύσεις σὺν οὐδενὶ λόγῳ. λόγος ἱστάμενος καὶ κοπτόμενος πνεύματι, ἐρωτήσεις ἄτακτοι καὶ ἀσύνετοι, ἀποκρίσεις οὐδὲν τούτων ἀμείνους, ἀλλήλους ἐπεμβαίνουσαι καὶ οὐκ εὐσταθεῖς οὐδὲ τάξει προϊοῦσαι παιδεύσεως. Landulf. Sagax in Hiſtoria Miſcell. lib. XI. *Corpore validus quidem, ſed brevis fuit, barba prolixa, oculi currentes huc illucque directi.* Quae ex integriore Sex. Aur. Victoris codice deſumpta videntur: nam deeſſe apud eum quaedam, collatione cum Sagace facta, aperte patebit. LINDENBR.

Veſtitus] hoc inſolitum de barbis. W.

Venuſtate oculorum micantium.] Mamertinus in Gratiarum actione de Iuliano loquens, *micantia ſidereis ignibus lumina.* VALES.

Mentis eius anguſtias indicabant.] *Iſ. argutias ind.* LINDENBR. Temere aſſentitur Erneſtius, nec bene Martinius in ed. opp. Iuliani p. 464. vulgatam exponit per *levitatem*. Eſt Graecorum ἀγχίνοια. W.

Labro inferiore diviſo.] Sic in Editione Rom. legitur. Sed huic ſcripturae multum anteponenda eſt codicis Regii, et Val. et Fauch. ſcriptura, quam etiam Accurſius in Editione ſua reſtituit, *labro inferiore demiſſo:* [in Colbert. *l. i. dimiſſo:*] certe in veteribus nummis Iuliani etiamnum apparet, labeonem eum fuiſſe. Eodem autem modo loquitur in Eunucho Terentius:

Incurvus, tremulus, labiis demiſſis. VALES.

Labro inferiore demiſſo] prominente, qualia in familia principum Auſtriacorum propagata teſtantur numi. — *Ab ipſo capite usque unguium ſummitates liniamentorum recta compage.* cf. XIV, 11. W.

23. *Cum Metrodori mendaciis avid. acquiescit*] Metrodorus quidam Philosophus Constantini M. temporibus orbis perlustrandi gratia ulteriorem Indiam penetrasse dicitur. Cumque ad Brachmanas venisset, frugalitatis et continentiae causa, et quia molas aquarias et balnea prius illis ignota fabricarat, ab iis dilectus, cum in adyta templorum religionis specie introire permitteretur, multos lapillos unionesque subripuit. Multas quoque ingentis pretii gemmas a Rege Indorum accepit, quas Constantino Regis nomine offerret. Igitur cum Byzantium reversus, haec omnia Constantino non Regis Indorum, sed suo ipsius nomine obtulisset, admiranti gemmas Principi, se longe plura terrestri itinere praemisisse dixit, sed a Persis cuncta esse direpta. Quibus auditis Constantinus litteras ad Saporem paullo avidius et asperius dedit, quibus lapides et cetera Regis Indorum munera ad se quamprimum remitti flagitabat. Sed Sapor acceptis litteris cum nihil respondisset, pax eam ob causam inter Rom. et Persas soluta est, ut scribit Georgius Cedrenus in Chronico, anno XXI. Constantini M. cui uni explicationem huius loci debemus. Eiusdem Metrodori Philosophi meminit Rufinus in lib. I. Appendicis cap. 9. et ex eo Socrates atque Sozomenus. Hieronymus denique in Chronico: Anno 24. Constantini, *Metrodorus*, ait, *Philosophus agnoscitur.* Suspicor autem hunc esse Metrodorum, qui Cyclum feriarum quem ἑορταστικὸν Graeci vocant, conscripsit, de quo Photius in Bibl. VALES. Sine dubio ex Ammiano hauserat Cedrenus. Tota tamen narratiuncula fabulam olere videtur Tillemontio T. IV. P. I. p. 627. Differunt certe in eo, ut quae Cedrenus de Constantino, ea Ammianus Constantii aetate accidisse velit, quod propius accedere ad veritatem sequentia testantur. W.

Vindictae siti ad ind. excitum ubi nostri.] Hunc locum sic primus excudit Gelenius, qui in Editione Rom. et codice Regio *ac Tolos.* legebatur hoc modo: *Vindictae si ad ind. exercitus nostri, etc.* [In Mſ. Colbert. *plenae vindictae si ad indignationem exercitus nostri, etc.*] Ego vero longe minori audacia locum pristino nitori restituisse mihi videor. Certe emendationem nostram magnopere confirmat alter locus lib. 22 cap. 12. *Sciens et audiens, gentem asperrimam per* LX. *ferme annos inussisse Orienti caedium et direptionum monumenta saevissima, ad internecionem exercitibus nostris saepe deletis.* VALES.

24. *Caesi exercitus, urbes excisae, rapta munimenta, provinciae exhaustae*] v. supra Lib. XVIII — XX. W.

25. *Bellorum tenore gliscente*] ubi aliud ex alio bellum ortum. — *Iam Alpibus perrumpendis*, cum iam in eo esset, ut perrumperentur. — *Pro mancipiis* haud secus ac mancipia *agitans* captivos abducens. *Correxit* composuit. W.

27. *Bella interdum victi, et naufragi repetant maria.*] Sulp. Servatus in Carmine de Spe:

Naufragus hac cogente natat per foeta procellis
Aequora, cum mersas viderit ante rates.
Captivus duras illa solante catenas
Perfert, et victus vincere posse putat. LINDENBR.

Bella interdum victi, et naufragi repetant maria.] Ex Seneca lib. I. de Beneficiis cap. I. haec translata sunt. Sic enim Seneca: *Adeoque adversus experimenta pertinaces sumus, ut*

bella victi, et naufragi maria repetamus. Simile eſt illud Ovidii in lib. I. de Ponto, Eleg. 6.

Saucius eiurat pugnas gladiator, et idem
Immemor antiqui vulneris arma capit.
Nil ſibi cum pelagi dicit fore naufragus undis:
Et ducit remos qua modo navit aqua.

Adde Ariſtotelem in Rhet. ex his autem apparet, hunc locum ſic corrigi debere: *Et cum ſciamus adeo adverſus experimenta quosdam, etc.* praeſertim cum in Mſ. Reg. [et Colbert.] *ac Tolol.* et in Editione Rom. legebatur, *adeo experimenta quosdam etc.* VALES.

CAPVT V.

1. *Ut ubi olim ipſe ſtatuerat*] Tarſi nempe XXIII, 2. *conderetur* infra c. 10. — *Quintum Kal. Iulias.* Reineſius adſcripſit: „decimum quintum." — *Collecti Duces* qui ſtatim poſtea nominantur, *Arinthaeus* cet. *Advocatis legionum principiis et turmarum,* Tribunis. W.

3. *Itum eſt voluntate omnium ad Salluſtium.*] Non poſt Iuliani e terris digreſſum, ſed Ioviani, purpuram Salluſtio oblatam Zoſimus ait lib. III. cap. 36. *et Zonaras in Iovianc pag. 25.* LINDENBR.

Itum eſt voluntate omnium in Salluſtium.] At Zoſimus III, 31. et cum eo Zonaras, non tunc temporis, ſed poſt Ioviani Aug. mortem omnium conſenſu delatum eſſe Salluſtio narrant: quod quidem ipſe ſenectutem cauſatus conſtanti animo recuſavit: filio vero, quod adhuc is iunior eſſet, deferri noluit. Eumdem Zoſimus optimum et eminentiſſimum virum temporis ſui vere nominat. Quid enim praeſtantius ad laudem, quam ab omnibus uno conſenſu dignum Imperio exiſtimari? Quod contra magni animi illuſtrius argumentum eſt, quam Imperium, quod ceteri fere omnes per ignes et gladios raptum ibant, id ſibi ultro delatum aſpernari? Quantus autem vir fuerit, praeter iam dicta, abunde declarat teſtimonium Nazianzeni in στηλιτ. 1. his verbis: *φασί τοι διὰ ταῦτα καὶ τὸν τηνικαῦτα ἔπαρχον (γενέσθαι γὰρ ἄνδρα ἕλληνα μὲν τὴν θρησκείαν, τὸν τρόπον δὲ ὑπὲρ ἕλληνα καὶ κατὰ τοὺς ἀρίστους τῶν πάλαι καὶ νῦν ἐπαινουμένων)* etc. Eumdem Phoenicem vocat Libanius in Orat. Conſulari pag. 236. quod ut Achillem Phoenix, ſic ipſe Iulianum praeceptis imbuerat. VALES.

Honoratior aliquis miles] quem Ammianum ipſum fuiſſe ſuſpicatur Gibbonus P. VI. p. 67. et ante eum la Bletterie Vie de Iovien p. 176. W.

Utriusque exercitus] et orientalis et occidentalis. W.

4. *Inter has exiguas ad tantam rem moras.*] Itaque quanto ſubitanea magis haec ad ſublime culmen evectio Ioviani, tanto ab omni quoque ſubdola machinatione remotior, nemine gratia vel donis corrupto. Themiſtius Euphrad. in Oration. ad Iovian. *Οἱ ἡμέτεροι ψηφοφόροι καὶ στρατιῶται τῆς τοῦ σώματος ἀγχιστείας τὴν τῆς ψυχῆς προεξήτασαν, καὶ ἀπέφηναν κληρονόμον τῆς ἁλουργίδος τὸν κληρονόμον τῆς ἀρετῆς. καὶ ταῦτα οὐκ ἐν σχολῇ, οὐκ ἐν*

εἰρήνῃ, οὔτε ἐνδιδόντος τοῦ καιροῦ θεραπείας, καὶ παραγγελίας, καὶ δεκατισμοὺς, ἀλλ' ὡς ἐν ἀκμῇ τῆς ἐννοῦς, ἐν τοῖς ξίφεσιν, ἐν τοῖς δόρασι φέροντες τὰς ψήφους, ἀπαράκλητον γνώμην, ἀκατασκεύαστον χειροτονίαν, ἣν ὁ καιρὸς ἐψηφίζετο, πρὸς ἣν χρεία ἐχειραγώγει. καὶ τόγε ἔτι θαυμασιώτερον, ἐν ἐκκλησίᾳ ὑπερορίῳ, ἔξω τῆς Ῥωμαίων γῆς, ὑπὲρ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς. Vid. Gregor. Nazianz. in Iulian. Orat. 2. LINDENBR.

Domesticorum ordinis primus.] Eutropius in lib. ult. c. 17. (9.) *Iovianus*, ait, *qui tunc Domesticus militabat, etc.* Hieronymus in Chronico: *Iovianus ex Primicerio Domesticorum Imp. factus est.* Themistius in Orat. Consulari ad Iovianum, αἰχμοφόρος ἐξεστράτευσας· ἐπανήκεις δὲ αὐτοκράτωρ. [Primicerius et primus unum idemque est. Sic Stephanus *Primicerius Martyrum* ab Augustino, et Petrus *Primicerius Apostolorum* a Baldrico dictus est.] VALES.

Domesticorum ordinis primus] *omnium* primus XXVII, 10. — *Paternis meritis mediocriter*, hoc solo quodammodo, quod bene meriti patris filius esset, *commendabilis*. W.

Varroniani notissimi Comitis filius.] Zonaras: ψήφῳ κοινῇ Ἰοβιανὸς εἰς τὴν αὐταρχίαν προκέκριται τότε χιλιαρχῶν, υἱὸς Βαῤῥωνιανοῦ χρηματίσαντος κόμητος. *Iovianus communi consensu ad Imperium eligitur, tunc Tribunus, Varroniani Comitis filius.* Domesticorum eum Comitem fuisse prodit Zosimus III, 30. VALES.

6. *Multo magis*] altiori voce laetiusque. *Gentilitate* similitudine *nominis perciti* in errorem ducti. W.

Quod una littera discernebat.] Litera nimirum O. loco L. saltim transposita. Unde error Pomponii Laeti palam fit, *Iuvianum* scribendum autumantis. LINDENBR.

7. *Gravis* severior *aequitatis spectator* iudex *in ultimo rerum spiritu* in summa necessitate, rerum angustiis, uti paullo post. — *saevientibus flabris* ventis. W.

8. *His ita caeco quodam iudicio Fortunae peractis.*] Respicit ad illud, quod Constantinus Imp. dicere solitus, *Imperatorem esse Fortunae est*, Lampridius in Heliogab. LINDENBR.

Iudicio] arbitrio, cuius significationis plura exempla collegit Wopkens in Misc. Obss. novis T. X—XII. p. 118. W.

Iam communia supergresso] iam Principe. W.

Discessit ad Persas.] De hoc transfuga, qui Iuliani necem Persis nuntiavit, Libanius de vita sua pag. 45. VALES.

CAPVT VI.

1. *Hostiis pro Ioviano extisque inspectis*] Scriptores ecclesiastici Christianum fuisse Iovianum perhibent, quos tamen hoc Ammiani loco refelli putat Gibbonus P. VI. p. 69. vereor ut recte, nam illud *pro Ioviano* ita interpretari possis, ut non ipsius Ioviani *iussu*, sed ab exercitu omnino extra consulta esse dicas. W.

2. *Ioviani et Herculiani.*] A Diocletiano Iovio et Maximiano Herculio ita dicti, ut testatur Vegetius in lib. 1. Victor. *Huic post a cultu numinis, Herculii cognomentum accessit, ut Valerio*

Iovii: unde etiam militaribus auxiliis in exercitu praestantibus nomen impositum. De iisdem Sozomenus in lib 6. cap. 6. Erant etiam Iovii et Herculii indidem appellati, de quibus Suidas in ἰόβιοι, et Notitia Imperii Rom. VALES.

Ioviani et Herculiani.] v. Ind. II. a quibus tamen diversi *Ioviani et Victores* v. ibid. W.

Occisis belluis paucis.] *Belluae* hic elefantes sunt, ut apud Q. Curt. lib. VIII. c. 14. *Bellua instincta rabie nondum saucia invehebatur ordinibus, donec rector belluae Regem conspexit fluentibus membris, omissisque armis vix compotem mentis, tum belluam in fugam concitat.* Idem post pauca: *Undique et in pedites et in ipsum Porum tela congesta sunt, quis tandem gravatus labi ex bellua coepit. Indus qui elephantum regebat, descendere eum ratus, more solito elephantum procumbere iussit in genua.* *Silius Italicus lib 16. v. 174.

Multa viro terra, ac sonipes, ac bellua terror
Bellorum, nec non Marti delecta iuventus.

Erricus Altissiodor. in Vita B. Germani lib. 5. cap. 52.

— — Mox Alpina tepores
Sensit, Maura ducem veheret cum bellua luscum.

Quod Iuvenalis imitatione dictum est, Sat. x. v. 158.

Cum Gaetula ducem portaret bellua luscum.

Iuvenal. Sat. XI. v. 126.

— — Nabataeo bellua saltu.

Quintus Curtius libro VIII. c. 14. *Elephantis in conspectu totius exercitus obiicit: omnesque belluarum pedibus obtriti sunt.** Arnobii haec verba multos hactenus exercitatos habuere, libro VII. — — *Camelos, belluas, leones*, et quod quisque non intellexit, continuo mutare voluit Sed ne facile novis absurdissimisque emendationibus locum demus. per *belluas* interpretari possumus, *(nec enim de elephantis intelligendum, quippe quos statim nominarat)* hyaenas: ut in Gloss. Ὕαινα ζῶον, *bellua.* Sic apud Capitolin. in Gordiano tertio: *Leopardi mansueti* XXX. *belbi, id est hyaenae* X. Legendum, *Beluae, id est, hyaenae.* Quae cum de marinis monstris intelliguntur, pistrices notant. Glossar. *Bellua*, Κῆτος; et alibi, Κῆτις, *Pistrix de belua.* Item, *Belua marina*, Κῆτος: ut Suetonius in Nerone, cap. 12. *Exhibuit naumachiam marinis aquis, innantibus belluis.* LINDENBR.

3. *Iulianus, et Macrobius et Maximus.*] Non Maximum, sed Maximianum hunc vocat Zosimus lib. III. c. 30. ἀπέθανον δὲ καὶ Ῥωμαίων τρεῖς λοχαγοὶ, γενναίως ἀγωνισάμενοι, Ἰουλιανὸς, καὶ Μαξιμιανὸς, καὶ Μακρόβιος. LINDENBR.

4. *Castellum Sumere.*] Zosim. III, 30. Σοῦμα τὸ φρούριον. LINDENBR. Etiamnunc Samara. Mannert v, 2. 461. W.

Anatolii] Magistri officiorum. v. supra c. 3. *Vaccatum* castellum, de quo nihil habeo dicere. W.

6. *Iulianum telo cecidisse Romano.*] cf. supra ad c. 3. W.

7. *Charcham.*] Sic Gelenius quidem edidit. At in Editione Aug. *Charcam*, in Regio codice *Carcham* scriptum inveni: in

Editione Romana *Chartam**): [in Mſ. tamen Colbertino *Charcham.*] VALES.

Charcham] cf. XVIII, 10. — *Riparum aggeribus deſtructis* quod factum ſine dubio a Traiano, Dio Caſſ. LXVIII, 31. vel Severo, Herodian. III, 9. qui utrique bella in ea regione geſſerant. W.

9. *Duram.*] Civitas eſt trans Tigrim ſita, cuius meminit Polybius in lib. 5. c. 52. Differt a Dura Meſopotamiae civitate, de qua ſuperius (conf. XXIII, 5. XXIV, 1.) notavi. VALES. Hodie Dor, Mannert V, 2. 462. W.

10. *Saracenos ideo patiebamur infeſtos, quod ſalaria, etc.*] Non tam hoſtis terrore, quam prudenti conſilio factum arbitror, quibus tributum retro temporibus imperabant, illis ipſis id Romani Principes annuatim ut penderent, pacemque pecunia emercarentur. Sic Hadrianus Imp. *a multis Regibus pacem redemit*, ut inquit Spartianus. Gallus quoque Imp. Scythas, poſt Philippopolim captam ſtragesque innumeras, a finibus hoc pacto potius, quam armis expellere maluit. Zoſimus lib. I. c. 24. *τὰ τῆς εὐημερίας τῶν βαρβάρων αὔξησιν ἐλάμβανεν. Οὐ γὰρ μόνον ἐπανελθεῖν αὐτοῖς ἐς τὰ οἰκεῖα ξυνεχώρει μετὰ τῆς λείας ὁ Γάλλος, ἀλλὰ καὶ χρημάτων τὶ μέτρον ἔτους ἑκάστου χορηγεῖν ὑπέσχετο.* *Scythis tamen iterum negavit Valens Imp. Vid. Themiſt. Euphrad. Orat. 3. ad Valentem p. 216.* De Perſico foedere ita Procopius Perſicor. lib. II. pag. 62. *Δεῖν τοίνυν Ῥωμαίους ταχτόν τι φέρειν ἐπέτειον Πέρσαις. Οὕτω γὰρ αὐτοῖς ἔφη τὴν εἰρήνην Πέρσαι βέβαιον ἕξουσι.* *B. Valerianus Epiſcop. Hom. XII. pag. 147. *Partem conſtat eſſe victoriae, proelium oblato auri pondere redemiſſe.** Sic cum Attila Hunnorum Rege dextras renovantes Romani, hoc etiam iurare ſuſtinuerunt: *φυλάττεσθαι καὶ διαμένειν τὰς συνθήκας ἑπτακοσίων λιτρῶν χρυσίου, ἔτους ἑκάστου τελουμένων παρὰ Ῥωμαίων τοῖς βασιλείοις Σκύθαις.* Priſcus Rhet. in Eclog. legat. Similia de Gothis legimus. Ad quorum exemplum cum Carpi etiam ſtipendium peterent, Iulius Menophilus Moeſiae Dux graviter reſpondit, quod Imperator Rom. gentibus extraneis benefaciat, non neceſſitatis id eſſe aut ex alterius arbitrio debitum, ſed indigentibus ad vitae ſubſidia munus gratuitum: *Ὅτι Αὐτοκράτωρ πολλῶν χρημάτων κύριός ἐστι, καὶ τοῖς δεομένοις αὐτοῦ χαρίζεται.* Petrus Mag. in Eclog. legation. pag. 16. Exſtitere enim interdum cordatiores et Martiae virtutis ſervantes Duces, qui ferro potius, quam auro quietem quaerere optarunt. Ut a Iuliano egregie hoc loco dictum, *Imperatorem bellicoſum et vigilantem ferrum habere, non aurum.* Qua eadem animoſitate fretus tributum quoque Saracenis negavit: uti et Iuſtinus Iun. Avaribus et Perſis. Hiſtoria Miſcell. lib. XVI. *Impendebat Romanorum Imp. per ſingulos annos quingentas libras auri, ut caſtra, quae loco proxima erant, Perſae cuſtodirent, ne ingreſſae gentes utramque Remp. deſtruerent: communibusque ſumptibus caſtella muniebantur. At vero Iuſtinus pacem diſſolvit, aſſerens opprobrium eſſe, Perſis ſolvere tributa Romanos.* Corippus lib. III. v. 346.

---

*) Non *Chartam*, ſed *Charram*, notante Gronov. in Praef. p. XV. W.

— — lituosque mihi campumque minatur
Gens Avarum, ni pacta damus? Terrore putatis
Id nostrum fecisse patrem? miseratus egenis
Et profugis quod dona dedit. Pietate regendi
Hoc facimus, gratisque dari provisa iubemus.

Quae verba non multum abludunt a Menophili modo laudato dicto. Sicque sine more tempora nostra calumniantur, qui quod Barbaris stipendium et munera interdum damus, insolens putant, atque infra maiestatem imperantis indignum. Cum vel hinc scire possint, nihil nunc agi, quod non actum sit prius: praestareque nonnumquam, honesta lege quod fiat, auro quam ferro hostis impetum frangere, et a finibus propulsare. *Scitum atque prudens Theodorici Regis dictum: *Quid intersit, auro an ferro adversariorum animos inclinemus? obtulisse quod mentes capiat hosti, vicisse est: occuluisse, superari:* apud Ennodium Episc. Ticinens. in Vita Epiphanii pag. 399.* LINDENBR.

Ad similitudinem praeteriti temporis] cf. ad XXIV, 3. W.

11. *Diuturnis*] Contra Pricaeum *diutinis* reponentem disputat Gronov. in Praef. p. XXX. W.

13. *Saepe congeminando*] idem repetendo. W.

Edicit Imperator ut sist. Agmen et ass. nare Galli.] Haec omnia ex depravatione P. Castelli nata sunt, qui, cum in Editione Rom. sic legeretur: *Id Imperator ut mixti cum Aceto Ifermaris Galli, etc.* ita emendavit ut dixi. Sed in codice Vaticano et Fauch. hoc modo legitur: *Id Imperator aegerrime ut mixti cum Arcto Isarmaris Galli, etc.* *In Tolos. autem legitur, *ut mixti cum Arectois Sarmatis Galli, etc.** [In Colbert. *Id Imperator aegerrime, ut mixti cum Arctois armatis Galli, etc.*] Ego vero codicis Regii scripturam amplexus sum, non quo eam veram ipsius Auctoris scripturam, sed quod meliorem et planiorem ceteris esse existimarem. Ac videtur pro Sarmatis Germanos potius fuisse ponendos, ut elicitur ex cap. 8. Ceterum etiam coniectura nostra huius loci emendationem adiuvimus. Restitui enim, *id impetratum aegerrime.* [Vel potius una litterula mutata, *id imperatur aegerrime, ut misti cum Arctois Sarmatis Galli, etc.*] VALES. *Sarmatas* in exercitu Romano tum fuisse vix credo; cumque caedes Persarum, de qua paullo post sermo est, infra c. 8. *Germanis* tribuatur, Valesii hos ipsos ponentis acutam profecto emendationem in textum recipere nullus dubitavi. W.

Adsueti nare Galli.] Sic Brennus contra Graecos belligeraturus, cum ad Sperchium fluvium venisset, *ὅσον μυρίους τῶν Γαλατῶν ἀπέστειλεν, ὁπόσοι τὲ νήχειν ἠπίσταντο ἐξ αὐτῶν*, Pausanias in Phocicis, ubi haec porro addidit: *Οὗτοι μὲν οὖν διαβαίνουσιν ἐν τῇ νυκτὶ διανηχόμενοι ὧδε τὸ λιμνῶδες τοῦ ποταμοῦ. καὶ τὰ ὅπλα τοὺς ἐπιχωρίους θυρεοὺς ἐποιεῖτο ἕκαστος ἀντὶ σχεδίας.* Patrium hunc nandi usum in Gallobelgis etiam Tacitus in Agricolae Vita notat. Et vulgo iam notus est versus Sidonii Apoll. carm. 7.

Cursu Herulus, iaculis Hunnus, Francusque natatu.

LINDENBR.

14. *In regionibus genuinis*] solo natali. — *Tamquam e transenna* uno eodemque temporis momento. v. ad XX, 11. ubi

tamen

tamen transenna est *funis*. — *Efficacis* quae felicem eventum habuisset. *Contortis fagulis* cf. quae adscripsi ad XVIII, 6. W.

15. *Utribus e caesorum animalium coriis coagmentari pontes* cf. XXIV, 3. W.

CAPVT VII.

1. *Rex Sapor, procul absens — exploratorum, cum prope venisset, transfugarum*] Sic iungendae notiones. W.

2. *Militem*] Romanum. *Levi tessera* facile negotio. W.

4. *Ferro properans*] omisso *magis* vel *potius*, uti XVII, 12. *obsequi optabile — quam servire*. W.

Fame ignavissimo genere mortis.] Haec vera est lectio, quae etiam in Ms. reperitur: al. corrupte, *inanissimo g. m.* Sup. lib. XVII. c. 9. *Fame ignavissimo mortis genere tabescentes.* Et lib. XIX. *famem ultimum malorum omnium* appellat, ut Dionys. Halicarn. lib. VI. et VII. κάκιστον τῶν μόρων καὶ κακοδαιμονέστατον λιμόν. Homer. Odyss. 12. v. 341.

Πάντες *μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσι,
Λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν.

*Quem locum etiam Columella laudat de Re rustica lib. 2. cap. 2. *Taeterrimam comitem mortis famem* vocat, *si tamen Graecis camoenis habemus fidem clamitantibus*, λιμῷ δ' οἴκτιστον. G. Pomponius in Epistola ad Senatum apud Sallustium in Fragm. Historiar. pag. 160. *Fame miserrima omnium morte confecistis*. Livius lib. 27. pag. 664. *Fame ac frigore, quae miserrima mortis genera sunt.* Vid. Senec. de Brevitate vitae cap. 18.* LINDENBR.

5. *Erat pro nobis*] favebat nobis. Sic Liv. 39, 30. W.

Persae praeter sperata priores etc.] Gregorius Nazianz. in Iulian. Orat. 2. Zosimus lib. III. Rufus Fest. in fine Breviarii (c. 29.) LINDENBR. Cf. Gibbon. T. VI. p. 75. not. 109. W.

Persae praeter sperata priores.] Astum Saporis eum fuisse docet Libanius in Orat. funebri pag. 324. qui consulto nomen pacis iniecit, ut Rom. militum animi ea spe decepti minuerentur. Cumque Romanos ad pacem omnes propensos esse sensisset, ipsumque ante omnes Principem dulcedine quietis et otii delenitum esse; moras coepit nectere, et interrogationibus ac responsis tempus terere, hoc admittendo, illud differendo: eo consilio ut dum crebrae legationes ultro citroque commeant, alimenta Rom. consumerentur. VALES.

6. *Perplexas*] captiosas. *Humanorum* humanitatis vel rerum humanarum vicissitudinis. Illud tamen malim v. c. 8. init. — *Quae iubet si impleverit cum Primatibus Caesar.* h. e. si rectius verba struas, si Imperator cum Ducibus faceret, quae Rex iuberet. W.

7. *Sallustio Praefecto*] Praetorio. *Arinthaeus* Magister equitum, XXIV. I. W.

Mittitur Arinthaeus.] Auctor Chronici Alexandrini scribit, Regem Persarum Sabuarsacium (sic enim Saporem vocat, cognomento Arsacem) nondum comperto Iuliani interitu, percussum gravi

timore, legatum ex Armenia misisse Surenam nomine, qui pacem suppliciter posceret. Quam petitionem cum Iovianus libentissime esset amplexus, Arinthaeus Patricius cum summo imperio missus est, de pacis conditionibus cum Surena tractaturus. Et induciis tridui datis, tandem pax inter Rom. et Persas convenit. VALES.

Examinatius] accuratius cf. XXX, 3. *Dies quatuor sunt evoluti* transierunt. W.

8. *Exabusus*] Valesius in Praef. p. LV. sumi vult passive, i. e. malis adulatorum consiliis deceptus, (desabusé, detrompé). Non credo: *exabusus* nihil est nisi *abusus*, idque ponitur, cum aliqua vi tamen, pro *usus* omnino, uti ab aliis, ita et ab Ammiano XIV, 8. *abusus multitudine hominum,* inprimis XXIV, 4. ubi est *abusive* i. e. vehementer *incusso ariete.* Ad augendam magis adhuc significationem additum τὸ *ex,* nec hoc sine illius aetatis exemplis, qualia Vales. ipse attulit: *exarmatus — exoneratus — exauctoratus.* cf. Cod. Theodos. quibus adde *exambitam regiam* infra XXVI, 7. Nihil aliud igitur dicere vel voluit vel potuit Ammianus nisi hoc: quo temporis spatio si recte prudenterque usus esset Iovianus. W.

Centesimo lapide disparatae] Gibbonus P. VI. p. 76. dubitat, an intra quatriduum sexaginta millium exercitus tantum iter conficere non potuerit. Sed centum lapides sunt milliaria Germanica viginti, quemadmodum de Mannerti sententia (v, 2. p. 335.) 70. lapides infra c. 8. quatuordecim aequant milliaria geographica. (Bletterie p. 183. trente lieues.) W.

Pro redemtione nostra] ut libere nos abire pateretur. W.

9. *Quinque regiones Transtigritanas, Arzanenam, etc.*] Zosimus lib. III. c. 31. Συνεδόκει δὲ Ῥωμαίους τοῦ τε Βαρδικηνῶν ἔθνους ἐκστῆναι τοῖς Πέρσαις, ἔτι Καρδουήνων, καὶ Ῥημήνων, καὶ Ζαληνῶν τε πρὸς τούτοις. Ita mire variant hoc loco in nominibus. LINDENBR.

Quinque regiones Transtigritanas.] Persae ingenti proelio in Armenia a Galerio Caesare superati, Mesopotamiam cum quinque regionibus Transtigritanis reddiderant, ut scribit Rufus Festus in Breviario. Cur autem Transtigritanae dicantur eae regiones, saepenumero dubitavi. Pleraeque enim earum, Romanis quidem erant cis Tigrim, ut patet ex lib. 21. ubi Sapor traiecto Tigri Besabden in Zabdicena una e Transtigr. regionibus sitam, oppugnat. Arzanene quoque trans Nymphium sita est, non trans Tigrim, teste Procopio in lib. 1. et 2. Persic. et in lib. 3. de aedificiis. Ad haec Corduene ad Orientem erat fontibus fluvii Tigris, teste Ptolemaeo. Quare Romanis in Corduenem euntibus nil opus erat Tigrim traiicere. Neque Ammianus noster cum ad Iovinianum Corduenae Satrapam mitteretur, Tigrim se traiecisse dicit in lib. 18. Denique Petrus Patricius in illa pace, quae inter Rom. et Persas inita est, qua Persae v. gentes Transtigritanas restituerunt, cautum fuisse tradit, ut Tigris utriusque Imperii limes esset. Non ergo trans Tigrim erant illae regiones, sed potius circa aut supra Tigrim. *Quod quidem Rufus Festus egregie confirmat hisce verbis: *Pace facta Mesopotamia est restituta: et super ripam Tigridis limes est confirmatus: ut quinque gentium trans Tigridem constitutarum ditionem assequeremur.** [Transtigritanae ergo erant hae v. regiones non Romanis, sed Persis.] VALES.

Arzanenam] Sic etiam nominat Petrus Patricius in Excerptis legationum, ubi has v. Transtigritanas regiones ſic enumerat: ὥστε κατὰ τὸ ἀνατολικὸν κλίμα τὴν ἰντηληνὴν μετὰ σωφηνῆς καὶ Ἀρζανηνὴν μετὰ Καρδοχηνῶν καὶ ζαβδικῆς Ῥωμαίους ἔχειν, καὶ τίγριν τῆς ἑκατέρας πολιτείας ὁροθέσιον εἶναι. Arzanenam Theophylactus quoque vocat, et Procopius in 1. et 2. lib. Perſ. Sed in lib. 3. de aedificiis ἀρξανηνὴν appellat, quemadmodum et Menander Protector in lib. 8. Hiſt. pag. 103. Agathias in 4. ἀραξιανηνήν. A Strabone ἀραξηνὴ appellatur Armeniae regio, et πεδίον ἀραξηνὸν ſic dictum ab Araxe fluvio, quem Barbari Etas nominant, teſte Theophylacto in lib. 3. cap. 6. Socrates in lib. 7. cap. 18. Azazenam eam regionem videtur vocare: [*Aſarzanaenam* codex Colbertinus vocat, *Arſarzanenam* codex Pithoei. Eutropius in libro VI. *Tigranocertam civitatem Arzianenae nobiliſſ.* vocat. VALES.

Arzanenam] ab urbe Arzen ſic nominatam, ad Armeniam pertinentem, Mannert. V, 2. 225. — *Moxoenam* itidem Armeniae Chiliocomo conterminam, idem p. 226. W.

Zabdicenam.] Petrus Patricius ζαβδικὴν appellat, Zoſimus III, 31. βαβδικηνὴν mendoſe pro ζαβδικηνήν: ζαβδαῖον χωρίον vocat Sozomenus in lib. 2. cap. XI. Zerabden eius caput. VALES.

Zabdicenam] ad utramque Tigridis ripam in Meſopotamia ſitam. Mannert l. c. p. 306. — *Rehimenam*, incognitam. Mannert p. 226. W.

Corducnam.] Καρδουηνὴν vocat Petrus Patricius et Zoſimus. Sic etiam Rufus Feſtus de Traiano: *Carduenos*, inquit, *et Marcomedos obtinuit.* *In Notitia Imperii Rom equites ... Cordueni* et *Carducni* promiſcue dicuntur. Xiphilinus in Traiano τὰ Καρδηνῶν ὄρη appellat. Sane Gordyeni olim Carduchi dicebantur, teſte Strabone ac Stephano Byzantio. VALES.

Corduenam] Armeniae regionem, hod. *Kurden*, Mannert V, 2. p. 225. — *Niſibin* urbem munitiſſimam, ter fruſtra a Perſis obſeſſam. *Singaram* XVIII, 5. XX, 6. *Caſtra Maurorum* XVIII, 6. W.

10. *Procopii*] cui, quippe cognito, purpuram Iulianus praerogativam quaſi futuri imperii, partemque exercitus tradiderat XXIII, 3. W.

11. *Alienandis*] tradendis. W.

Reverti ad noſtra praeſ. Romana.] Scribendum eſt *Romani*, ut Accurſius edidit. Pactus enim erat Iovianus, ut v. regiones Transtigritanae cum XV. caſtellis dederentur Perſis una cum poſſeſſoribus et omni inſtrumento: Niſibis vero et Singara absque incolis traderetur: atque ut ex illis XV. caſtellis Romani, quibus id libitum eſſet, ad alia Rom. caſtella migrare ſinerentur. VALES.

12. *Ratione gemina*] duas ob cauſſas. *Principis* Iuliani, XXIII, 3. *Chiliocomum*, fertilem illam Mediae regionem. *Vivus caperetur* quinque annis poſt XXVII, 12. W.

13. *Quo ignobili decreto.*] *Ammianus lib. 27. c. 12. *pudendam pacem:* Agath. lib. 4. p. 131. *ignominioſas pactiones* vocant.* Eutropius lib. XI. c. 17. *ignobilem pacem* vocat. Fuerit licet, ita tamen neceſſum fuit, a Iuliano male conflabellatum ignem ſopire. Oroſius lib. VII. cap. 31. *Foedus cum Sapore Perſarum Rege etſi parum putant dignum, ſatis tamen neceſſarium pepigit.* Socrates Hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. 19. Gregor. Nazianz. in Iulian.

Orat. 2. pag. 304. LINDENBR. V. omnino *la Bletterie* dissertationem de hac pace additam vitae Ioviani Gallice conscriptae Par. 748. p. 212. ff. W.

[*Nevitta et Victor ex parte nostrorum, et Mellobaudes.*] In Codice Colbertino scribitur: *Remora, et Victor ex parte nostr. et Bellovaedius.* In veteribus libris MSS. Ammiani, quos legit P. Pithoeus, *Remora* quoque reperitur, ut ipse sua manu ad latus Ammiani sui adnotavit: quamquam *Remoram* nomen viri proprium invenire usquam non memini. *Nevitta* quidem heic locum habere non valet, sub Iuliano Magister armorum et Consul: qui de Magistro militum Tribunus postea fieri non potuit. Sed nec Mellobaudes vel Mallobaudes locum heic habet, Rex Francorum, et ex Tribuno Armaturarum Comes Domesticorum.] HADR. VALES.

Remora et Bellovaedius.] Haec nomina nusquam alibi occurrunt. Locus dubio procul corruptus, eam etiam ob caussam, quod Persae quatuor, Romani non nisi tres dedisse obsides dicuntur. W.

CAPVT VIII.

1. *Specie humanitatis*] humanorum c. 8. *Latenter* (oppositum sequenti *aperte*, ergo *singuli*) *progressi*, ut quid iis factum esset, ignoraretur. *Ut diximus paullo ante* c. 6. W.

2. *Momenta periculorum*] vitae discriminum. — *Semet quisque reliquis anteponens* alius alium occupans, retrudens. — *Multa et terribilia* πολλὰ καὶ δεινά. — *Cratibus temere* subitaria opera et negligenter *textis* compaginatis. *Diversa* alia *versantes* machinantes. W.

5. *Prope Hatram venimus.*] Hatrae dicitur hoc opidum in Tabula Itineraria Peutingerorum, non longe a fluvio Tigri. Dio in lib. ult. τὰ ἄτρα appellat. Sic enim in MS. codice exaratum erat, ex quo nuper Dionis Fragmenta edidimus. Opidum Traiani et Severi Principum obsidione memorabile. De Traiano quidem id refert Dio in lib. 68. c. 31. quamquam ibi τοῖς ἀγαρηνοῖς vitiose perscriptum est pro ἀτρηνοῖς. VALES.

Hatram venimus vetus oppidum.] Stephan. Ἄτραι, πόλις μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγρητος. Eius urbis situm describit Herodianus lib. III. c. 9. ἦν δὲ πόλις ἐπ' ἄκρας ὑψηλοτάτης ὄρους, τείχει μεγίστῳ καὶ γενναίῳ περιβεβλημένη, πλήθει ἀνδρῶν τε τοξοτῶν ἀκμάζουσα. Vid. Xiphilin. in Severo Lib. LXXV. c. 10. p. 410. LINDENBR. Cf. Mannert. v, 2. p. 334. W.

6. *Adusque lapidem septuagesimum*] milliar. geogr. 14. *Inveniri* Gronov. et Ernest. operarum vitio invenirE. W.

Abrotanum et absinthium.] In Editione Rom. *et in MS. Tolos.* [ac Colb.] *abrotonum* scribitur rectius. Sic enim Graeci vocant. De absinthio, quo abundat Assyria, Philostratus in 1. de vita Apollonii: ἡ χώρα δὲ ἡμῖν ἡ ἐπὶ βαβυλῶνος ἀψινθίου πλήρης οὖσα. VALES.

Abrotonum (Stabwurzel) *Absinthium* (Wermuth). W.

**Et Dracontium.*] Dracontion describitur a Theophrasto libri 7. Hist. plant. capite XI. ari species ita dicta, quod caulem habeat

inſtar pellis draconis varietate quadam interpictum. Vulgo Serpentina dicitur. Male in Gloſſis *fel terrae*, δρακόντειος βοτάνη redditur. Nam fel terrae Centaurium eſt.* VALES.

Dracontium] Dracunculus (Schlangenkraut). — *Triſtiſſima* miſella, viliſſima. — *Mactatis camelis*, quorum carnibus etiamnunc in illis regionibus veſcuntur. W.

7. *Dux Meſopotamiae Caſſianus.*] cf. Ind. W.

Mauricius pridem ob hoc miſſus.] Zoſimus in libro 3. c. 32. idem ſic narrat: *μαυρίκιον μὲν τῶν λοχαγῶν ἕνα τροφὴν ἐκ νισίβιος ἀγαγεῖν ἐκέλευσε τῷ στρατοπέδῳ, ἀπαντῆσαι δὲ μετὰ ταύτης ὡς ἂν οἷόν τε ᾖ πορρωτάτω. Mauricium Tribunum alimenta e Niſibi exercitui advehere et quam longiſſime poſſet occurrere iuſſit obviam.* VALES.

Ad Ur nomine Perſicum caſtellum] cuius iam in libris Moſis mentio fit. Mannert p. 336. W.

8. *Procopius alter*] hoc additum, ut diſcernatur ab antea memorato c. 7. quem Iuliano ſanguinis vinculo coniunctum aulici Ioviano ſuſpectum fecerant. Confundit Zoſimus III, 35. v. Weſſeling. Obſervatt. p. 107. W.

Militaris Tribunus.] Sic dicuntur Tribuni militum, ad differentiam Tribunorum et Notariorum: et ita in lege un. Cod. Theod. qui a praebitione tironum, et apud Eutropium in Severo. VALES.

9. *Lucillianum ſocerum ſuum*] Filiae, *Ioviani coniugis*, nomen erat *Charito*. Gibbon T. VI. p. 113. ſine dubio e Chryſoſtomo. *Ad otium digreſſum*, reſpicitur ad XXI, 9, ubi a Iuliano remotus dicitur. W.

11. *Malarichum*] Gentilium rectorem XV, 5. *Iovino* v. Ind. I. W.

12. *Breves diffundere concinentes.*] Haec ſcriptura ex coniectura Gelenii profecta eſt. Nam in Editione Rom. perinde ac in codice Regio *et Toloſ.* [ac Colbert.] legitur in hunc modum, *brevis diff. concinentibus*. Unde coniici poteſt, ſic a Marcellino ſcriptum fuiſſe, *rumores quaqua irent breviis diffundere concinentibus*. Sunt autem brevia chartulae ſeu pittacia, quae illi a Ioviano miſſi ſpargere per opida ac provincias iubebantur. HENR. VALESIUS. [Sed magis placet ita ſcribi, *verbis diffundere concinentibus, etc.*] HADR. VALESIUS. Si tamen et haec quatuor alphabeti elementorum omnium transpoſitio probanda eſt, et id tantum agere debuerint, ut verbis diffunderent, non etiam *literis*, quam vocem in τῷ *brevis* latere crediderim. GRONOV.

15. *In corpora ſua neceſſitas erat humana vertenda*] Satis obſcure et quaeſite pro: ſumma neceſſitate coacti fuiſſent carnibus veſci humanis. W.

Ut et armorum pleraque proiicerentur.] Foeda ac miſerabilis facies exercitus Romani amiſſo duce redeuntis: quam optime deſcribit Libanius in Orat. funebri, pag. 325. (Reisk. I. p. 616.) ὡς οὗτοί γε τὰ ὅπλα ῥίψαντες ἐκείνοις ἔχειν, ὥσπερ ἐκ ναυαγίου γυμνοὶ προσαιτοῦντες οἱ πλείους ἐπανῆκεσαν, etc. *Adeo illi, proiectis armis, tamquam ex naufragio nudi plerique ac mendicantes redierunt. Quod ſi quis dimidiatum clypeum, aut haſtae tertiam partem, aut ocrearum alteram ſuper humeros retulerat, is vero*

Callimachus habebatur. Adde Chryſoſtomum in Orat. 2. de S. Babyla. VALES.

Modius unus farinae] Ad ſummum 25. pondo. *Aureis decem* imperial. 36. *mutaretur* emtus eſſet *ut minus* pretio aequiſſimo. W.

16. *Thilſaphata*] Hodie ſecundum Danvillium *Tellaaſar. Ut poſcebat ſollemnitas* mos receptus. W.

17. *Extra urbem ſtativa caſtra poſuit Princeps.*] Conſentit Zoſimus in lib. 3. c. 33. et auctor Chronici Alexandrini. Proinde miror, cur Iohannes Antiochenus in Excerptis, quae adhinc biennio edita ſunt, Iovianum biduo Niſibi commoratum eſſe ſcribat. Paullo poſt ex Mſ. Reg. [et Colbert.] et Editione Rom. ſcribendum eſt: *Ut ingreſſus, Palatio more ſuccederet Principum.* VALES.

18. *Quem — docuimus evaſiſſe*] XXIV, 4. W.

CAPVT IX.

1. *Bineſes*] obſes antea datus a Perſis c. 7. extr. *Promiſſa* deditionem Niſibis. W.

Gentis ſuae ſignum ab arce ext.] In Alexandrino Chronico id ſic relatum eſt: ὁ δὲ ἰούνιος ὁ τῶν περσῶν σατράπης ἀπελθὼν ἐν τῇ πόλει κατὰ κέλευσιν τοῦ βασιλέως, εἰς ἕνα τῶν πύργων σημεῖον περσικὸν ἐπέθηκε. *Iunius Perſarum Satrapa permiſſu Imp. urbem ingreſſus, ſignum Perſicum ex quadam turre ſuſtulit.* [Legendum οὐίνιος, Vinius, id eſt, *Bineſes* vel *Biniſes* Ammiano.] VALES.

Gentis ſuae ſignum] vexillum. Cf. Zoſimus III, 33. 34. W.

3. *Sabinus fortuna et genere inter municipes clarus.*] Zoſimus: Σαβῖνος τοῦ βουλευτικοῦ προεστὼς καταλόγου. LINDENBR.

Hibitam ſtationem intutam.] Eadem eſſe videtur, quae in Tabula Peuting. dicitur Thebeta 18. millibus diſtans ab urbe Niſibi: et inter Epiſcopos Meſopotamiae, qui Nicaeno Concilio ſubſcripſere, Iacobus Hebetenſis commemoratur. *Sed Iacobus Niſibites vel Niſibitenſis ſcribi debet, ex Gennadio aliisque.* VALES.

Provinciarum muro.] Plane ut Zoſimus, qui προτείχισμα dixit lib. III. c. 33. ἐδεήθησαν ἱκετεύοντες μὴ στερηθῆναι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν τοῦ προτειχίσματος. Sic Iordanes in Hiſtor. Goth. *Getas quaſi murum regni ſui contra ceteras gentes ſtatuit.* *Pentadius in tumulo Hectoris in Catalect. Poet. vet. p. 178. Scalig.

Defenſor patriae, iuvenum fortiſſimus Hector,
Qui murus miſeris civibus alter erat.

In altercatione Hadriani:

Quid eſt miles? murus imperii. LINDENBR.

Obice] Antiquiores editt. habent ſine ſenſu *obiiſſe.* Valeſius meminiſſe oblitus Guil. Canteri, qui in novis lectionibus V, 8. iam ſua aetate *obices* repoſuerat. W.

4. *Coronam*] auream, quam imperium auſpicantibus principibus offerre provinciae ſolebant. W.

Silvanus q. caufarum defenfor.] Hunc Comitem et Decurionem appellat auctor Alexandrini Chronici: καὶ ἐξελθὼν πρὸς αὐτὸν Σιλβανὸς κόμης τὴν ἀξίαν καὶ πολιτευόμενος τῆς αὐτῆς πόλεως, προσέπεσε τῷ βασιλεῖ δεόμενος μὴ παραδοῦναι τὴν πόλιν πέρσαις. ὡς δὲ οὐκ ἔπεισεν αὐτὸν, ὀμωμοκέναι γὰρ ἔφασκε καὶ μὴ βούλεσθαι δόξαν ἐπιόρκου λαβεῖν, etc. *Et egreffus Silvanus Comes, et Decurio Nifibenus ad Principis genua affufus oravit, ne Perfis Nifibin tradere vellet. Quod cum perfuadere non poffet, (aiebat enim Imp. fe iuramento obftrictum effe, etc.)* VALES.

Confidentius] licentius. W.

5. *Procul ab eorum Manibus pelleretur*] non eodem, quo illi, loco fepelienda. W.

Turba flebilis poftes penatium amplexa vel limina.] *Val. Flaccus lib. 4. Argonaut. v. 373. *Ultima tum patriae Tydeus dedit ofcula ripae.* Vid. Ovid. lib. Trift. vel de Ponto.* Rutil. Claudius lib. I. v. 43. (Poet. minor. T. v. p. 85. Wernsd. W.)

Crebra relinquendis infigimus ofcula portis,
Inviti fuperant limina facra pedes. LINDENBR.

6. *Furabantur*] raptim colligebant. W.

7. *Tu hoc loco Fortuna cet.*] Idem Trebellius Pollio in XXX. tyrannis IX. fic effert: *nimis Fortuna fibi indulgendum putavit. Difflantibus procellis rempublicam* undique eam agitantibus. W.

Confummando iuveni.] Sic honefte et verecunde dixit Marcellinus, cum ob maieftatem Augufti culminis inconfummatum nollet aperte dicere. Eft igitur figura, quam Graeci εὐφημισμὸν dicunt. Qua ufus eft etiam Demofthenes in Orat. adverfus Leptinem, ubi ampliffima munera olim ab Athen. civitate quibusdam publice data commemorat. τότε μὲν γὰρ ἡ πόλις ἡμῶν καὶ γῆς ηὐπόρει καὶ χρημάτων, νῦν δὲ εὐπορήσει. δεῖ γὰρ τοῦτο λέγειν καὶ μὴ βλασφημεῖν. *Tunc enim civitas noftra et agris, et pecuniis abundabat: nunc vero abundabit: hoc enim fatius eft dicere quam male ominari.* VALES.

8. *Ad medullas usque bonorum pervenit*] fummo quemque patriae amantem dolore affecit. W.

Dum extimefcit aemulum poteftatis.] Eutropium imitatus videtur Marcellinus, qui fic ait de Ioviano c. 17. *Sed dum aemulum Imperii veretur intra Orientem refidens, gloriae parum confuluit.* VALES.

Gallias et Illyricum.] Scribendum videtur, *per Gall. et Illyricum verfat, quosdam faepe fubl. tentaffe.* VALES.

Amictu] velamento XIX, II. praetextu. W.

Nifibi prodita, quae iam inde, etc.] Severus quidem hac urbe recepta gloriari folebat, fefe eam Syriae propugnaculum reddidiffe. πρόβολον αὐτὴν τῆς συρίας πεποιῆσθαι. Sed Dio eam urbem plurimorum et bellorum fimul, et damnorum caufam fuiffe Imperio Rom. prodit. Ceterum ex quo a Ioviano Perfis dedita eft, a Rom. recuperari non potuit, tefte Zofimo et Agathia. Cives quidem ipfi maxima pars Amidam fe receperunt, cuius urbis fuburbanum Iovianus eis incolendum dedit, ut fcribit Zofimus et auctor Alex. Chronici. Chryfoftomus in Orat. 2. de S. Babyla contra Gentiles, Nifibin vocat propugnaculum orbis Romani: ὁ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης ὥσπερ τεῖχος ἦν ἀῤῥαγὲς, etc. VALES.

Nisibi prodita, temere tradita *quae iam inde a Mithridatici regni temporibus — viribus restitit maximis.* Romanis coepit innotescere sub Lucullo. cf. Dio Caff. xxxv, 7. Zosim. III, 32. omnemque urbis historiam vide ap. *Mannertum* v, 2. p. 295. W.

9. *Numquam enim ab Urbis ortu inveniri potest.*] Eutropius x, 17. eadem verbis non multum differentibus, quae historiae illustrandae causa adscribam: *Uno a Persis atque altero proelio victus* (Iovianus) *pacem cum Sapore necessariam quidem, sed ignobilem fecit, multatus finibus ac nonnulla Imperii Romani parte tradita: quod ante eum annis* MCIIXX. *fere, ex quo Romanum Imperium conditum erat, nunquam accidit.* Rufus Festus c. 29. *Tanta reverentia Romani nominis fuit, ut a Persis prius sermo de pace haberetur, ac reduci confectus inedia exercitus fineretur, conditionibus, quod numquam ante accidit, dispendiosis Romanae Reip. impositis.* Falluntur autem, quod Imperii Rom. fines ante hanc ignobilem Ioviani pacem mutatos atque restrictos negant: qui error ut craffus nimis, sic nemini in Historia Romana mediocriter versato ignotus esse potest. Meliore itaque iudicio Zosimus: nam et is licet in Ioviani invidiam multa scribat, Persidis tamen terminos ad illa usque tempora immotos tantum dicit. Eum operae pretium erit videre Histor. lib. III. c. 32. LINDENBR.

Numquam enim ab urbis ortu.] Hoc Marcellini dictum Casaubonus in Notis ad Spartianum in Hadriano c. 5. et post (*ante* W.) eum Lindenbrogius ad hunc locum falsi arguunt. Exemplum enim Hadriani et Aureliani obiicit Casaubonus, et Diocletiani, qui Rom. Imperii limitem a meridie supra Aegyptum artavit teste Procopio. Sed quis non videt horum Principum, et Ioviani longe dissimilem esse causam? Illi enim sapienti consilio regiones quasdam, quas sine magno sumptu et incommodo tueri non poterant, citra foedus ullum dimiserunt, at Iovianus turpi pactione quasi victus, redemptionis loco provincias pop. Rom. Persis tradidit. Verum itaque est, quod Marcellinus noster et Eutropius cum Rufo Festo afferunt, numquam ab Urbe condita Ducem ullum Rom. pactione inita provincias hostibus concessisse. Quo maxime pax illa Ioviani plena dedecoris et infamiae fuit, quantumvis eum excusare Christiani tentaverint, ut Gregorius Naz. in Philipp. 2. Augustinus in lib. 4. de Civitate Dei cap. 29. et in lib. 5. cap. 21. Itaque recte Zonaras id foedus indecorum, et indignum nomine Rom. fuisse dicit: κἀκεῖνος δεξάμενος τὴν ἀρχὴν, τοῖς πέρσαις ἐσπείσατο οὐ προσηκούσας ῥωμαίοις σπονδὰς ἐξ ἀνάγκης πεποιηκώς. Et Agathias in lib. 4. ait Iovianum omnibus modis festinantem ex hostico digredi, et numquam satis cito se in provincias pop. Rom. venturum esse credentem, turpem et ignominiosam ac damnosam Reip. pacem fecisse. VALES. Tangit hunc locum et Casauboni de eo iudicium Freinshemius ad Florum III. 3. GRON.

10. *Triumphi sunt denegati.*] Valerius Maximus lib. II. cap. 8. num. 4. et 5. (ubi vide Kappium. W.) LINDENBR.

11. *In extremis casibus icta cum dedecore foedera.*] Sic optime ex Mf. nam quod in vulg. est, *cum ductore f.* non placet. Hoc primum; nunc reliqua ex Eutropio x, 17. adtexam: *Quin etiam legiones nostrae, ita et apud Caudium per Pontium Telesinum, ita et in Hispania apud Numantiam, et in Numidia*

ſub iugum miſſae ſunt, ut nihil tamen finium traderetur. Ea pacis conditio non penitus reprehendenda foret, ſi foederis neceſſitatem, eum integrum fuit, mutare voluiſſet, ſicut a Romanis omnibus his bellis, quae commemoravi, factum eſt. Nam et Samnitibus, et Numantinis et Numidis confeſtim bella illata ſunt, neque pax rata fuit. Vid. Livium lib. IX. Flor. lib. I. cap. 16. lib. II. cap. 18. lib. III. cap. I. LINDENBR.

Poſtquam] etiamſi. W.

12. *Cum Iuliani ſupremis*] cinere. Utrumque et ſuprema et cineres iunguntur cap. ſeq. — *Ut ſuperſtes* vivus *ille mandarat* XXIII, 2. W.

In ſuburbano Tarſenſi.] Vide Libanium in Orat. funebri, pag. 531. Gregorius in Philipp. 2. Iuliani cadaver praeeuntibus mimis, et ludionibus ſcurriliter mortuum deridentibus Tarſum eſſe delatum ait: quod non per contumeliam factum eſſe putandum eſt, ſed ex more veteri, de quo Agellius in lib. 20. cap. 2. et Suetonius in Veſpaſiano, et ibi Caſaubonus. Memorabile eſt, quod ait idem Gregorius in Carmine de Virginitate, Iuliani cadaver in tumulo quaſi ebullire viſum eſſe.

Οὗ θεόθεν πληγέντος, ἐπεὶ μόθον ἤρατο χριστῷ,
Θερμὸν ἔτι ζείουσα κόνις, μέγα θάμβος ἀλιτροῖς.

Idem dicit in Oratione 21. de laudibus Athanaſii pag. 594. VALES. Cf. Zoſimus III, 34. W.

13. *Viſus eſt ſubito purpuratus.*] vide infra XXVI, 5. W.

CAPVT X.

2. *Sphaeram aeream form. in ſp. poli.*] Sic fere imagines Imperatorum pingi ſolebant: ut docet Baſilius Seleuciae Epiſcopus in Sermone I. de Adam his verbis: ὥσπερ οἱ τὰς τῶν βασιλέων ἀποβλέποντες εἰκόνας, τῇ τῶν χρωμάτων λαμπρότητι μαρμαρυγὰς ἀφιείσας, ἁλουργίδα μὲν τὸ τῆς θαλάσσης ἀποστίλβουσαν ἄνθος, διάδημα δὲ τοῖς φέγγεσι τῶν λίθων ἀστράπτον, χεῖρα δὲ τῷ σφαιροειδεῖ σχήματι τοῦ κόσμου τὸν κύκλον τοῖς δακτύλοις φέρειν νομιζομένην, ἐκπλήττονται μὲν, etc. *Ut qui imagines Impp. adſpiciunt, quae colorum fulgore praeſtringunt oculos, chlamydem quidem purpuream marino flore collucentem, diadema autem lapillorum lumine coruſcans, manum denique, quae orbem terrarum in modum ſphaerae formatum digitis geſtare creditur; haerent attoniti, etc.* VALES. Supra lib. XXI. cap. 14.

Sidera cometarum, ſuper quorum natura ratiocinantes Phyſici variant.] Vid. Achil. Stat. Alexandrin. in Arati Phaenom. cap. περὶ κομητῶν pag. 102. Stob. in Eclog. Phyſic. cap. 26. *Seneca Natur. Quaeſt. lib. ult.* Apul. de Mundo, Theophylact. Simocat. lib. VII. pag. 339. LINDENBR. Adde Plin. H. N. II, 23. (25.) extr. W.

3. *In unum ſtellis mult. congregatis.*] Quae Democriti et Anaxagorae fuit opinio, qui cometam nil aliud eſſe dicebant, quam concurſum errantium ſiderum, teſte Ariſtotele in lib. I. Meteor. et Diogene in Anaxagora. Sed hanc ſententiam refutat Seneca in lib. 7. Nat. Quaeſt. Sequens autem opinio cometas ex halitu

ſicciore terrarum naſci, Ariſtotelis eſt, et Peripateticorum, ut Spori apud Theonem in Aratum pag. 120. Poſtrema omnium opinio hic relata, (eaque proxime ad veritatem accedens. W.) Pythagoram habet auctorem, teſte Ariſtotele, et Plutarcho in lib. 3. de Placitis Philoſophorum. VALES.

Quarum ortus — humanis mentibus ignorari.] Recentiores tamen computare didicere. W.

4. *Flagrante* media, alias adulta *hieme.* — *Cuius originem docuimus ſupra.* XIV, 8. W.

5. *Exornari ſepulcrum ſtatuit Iuliani in pomoerio ſitum itineris.*] De hoc ipſo ſepulcro Zoſimus lib. III. c. 34. *καὶ τοῦτο μὲν* (Iuliani corpus *εἰς Κιλικίαν ἀπενεχθὲν, ἔν τινι Ταρσοῦ προαστείῳ βασιλικῇ ταφῇ παρεδίδοτο, καὶ ἐπίγραμμα προσεγράφετο τῷ τάφῳ τοιόνδε·*

ΙΟΥΛΙΑΝΟϹ ΜΕΤΑ ΤΙΓΡΙΝ ΑΓΑΡΡΟΟΝ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ
ΑΜΦΟΤΕΡΟΝ ΒΑϹΙΛΕΥϹ Τ' ΑΓΑΘΟϹ ΚΡΑΤΕΡΟϹ Τ' ΑΙΧΜΗΤΗϹ.

Aliter Cedrenus pag. 253. Τὸ *δύστηνον σῶμα ἀπεκομίσθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἐτέθη ἐν λάρνακι πορφυρᾷ κυλινδροειδεῖ, ἐν ᾧ ἐπέγραψεν ἐλεγεῖον τόδε·*

ΚΥΔΝΩ ΕΠ' ΑΡΓΥΡΟΕΝΤΙ, ΑΠ' ΕΥΦΡΗΤΑΟ ΡΟΑΩΝ
ΠΕΡϹΙΔΟϹ ΕΚ ΓΑΙΗϹ ΑΤΕΛΕΥΤΗΤΩ ΕΠΙ ΕΡΓΩ
ΚΙΝΗϹΑϹ ϹΤΡΑΤΙΑΝ, ΤΟΔΕ ΙΟΥΛΙΑΝΟϹ ΛΑΧΕ ϹΗΜΑ,
ΑΜΦΟΤΕΡΟΝ ΒΑϹΙΛΕΥϹ Τ' ΑΓΑΘΟϹ, ΚΡΑΤΕΡΟϹ Τ' ΑΙΧΜΗΤΗϹ.

Idem Epitaphium apud Zonaram quoque exſtat. Ceterum cum Zoſimo conſentit, et cadaver Tarſum perlatum, in proaſtio ibi ſepultum dicit. LINDENBR.

Exornari ſepulcrum ſt. Iuliani.] Idem tradit Zonaras his verbis: *ἐξ ἀντιοχείας δὲ εἰς ταρσὸν γεγονὼς, καὶ τὸ μνῆμα κοσμήσας τοῦ ἰουλιανοῦ ἐπανήει.* Idem Iuliani cadaver Tarſo Conſtantinopolim poſtea allatum eſſe ſcribit, quod confirmat Cedrenus. VALES.

Cydnus gratiſſimus amnis.] Curtius lib. III. c. 4. *Cydnus non ſpatio aquarum, ſed liquore memorabilis: quippe leni tractu e fontibus labens puro ſolo excipitur, nec torrentes incurrunt, qui placide manantis alveum turbent; itaque incorruptus, idemque frigidiſſimus, quippe multa riparum amoenitate inumbratus, ubique fontibus ſuis ſimilis in mare evadit.* LINDENBR.

Non Cydnus gratiſſ. amnis et liquidus.] Idem dicit Dio in Tarſica I. initio, et pag. 401 et 402. puriſſimas eius fluvii aquas fuiſſe teſtatur, adeo ut Tarſenſes, ſi forte Cydnus per urbem ſuam turbidior fluxiſſet, indignari ſolerent: aquam enim Cydni puriſſimum non bibere ſolum, ſed etiam cernere cupiebant.* VALES.

Gratiſſimus] Wakefieldius ad Lucret. V, 176. malebat *clariſſimus*, Horatium exprimi putans Epiſt. II, 2, 120. ERF.

Praeterlaberetur Tiberis.] Sic primus emendavit Gelenius, cum in Editione Rom. et Bononienſi legeretur *praeterlaberet.* In codice Regio, [et Colbert.] ſcriptum reperi *praeterlaberit Ty-*

beris. Ego vero non dubito, quin legendum fit *praeterlambere,* fupple *deberet:* fic enim loquitur Marcellinus in libro XVII. cap. 2. *Mofa fluvius praeterlambit.* Certe in Editione Augufl. legitur *praeterlabere.* VALES.

Divorumque veterum monumenta praeftringens.] Maufolea enim Imperatorum erant in campo Martio iuxta ripam Tiberis. De Maufoleo quidem Augufti id notiffimum eft ex Strabone in lib. 5. et Suetonio, ac Tacito in lib. 3. Annalium, ubi de Pifone loquitur: *Mari ac mox Tiberi devectus, auxit vulgi iras, quia navem tumulo Caefarum applicuerat.* Sed et fequentium Principum fere omnium fepulcra ibidem fuiffe, Scriptores Aug. Hiftoriae teftantur. VALES. Si Maufoleum et campum Martium modo haec refpiciunt; ubi Maufoleum Hadriani? GRON.

6. *Procopius Notarius et Memoridus*] in Illyricum et Gallias cum mandatis miffi c. 8. *Lucillianus,* focer nimirum Imperatoris, *Mediolanum,* uti iuffus erat, *ingreffus. Seniaucho* XV, 4. *Valentiniano* poftea Imperatore. *Malarichus,* quem in Iovini locum Magiftrum militiae per Gallias ordinaverat. W.

7. *Tamquam in alto gentis filentio*] Idem fere quod paullo poft: *nondum firmatis omnibus.* — *Extra calcem, ut dicitur, procurrebat.* Translatio ducta a linea vel fulco in circo ducto, ubi equi currusque decertaturi confiftebant; ergo: intra fines iuftos fe non continuit, immoderatius egit, et *ex Actuario rationibus ferutandis* (Rechnungsexaminator) *incubuit* rationes exegit cupidius. W.

Ex actuario ratiociniis fcribendis] Corrupte retro Editiones, *ex Aucturio ratiociniis fcribendis,* qui idem error in Eutropio olim fuit, lib. IX. c. 9. *Acturio quodam machinante dolum,* ἀντὶ τοῦ *Actuario.* At recte Aur. Vict. de Caef. 33, 13. *Tantum Actuariorum, quorum loco Attitianus habebatur, in exercitu factiones vigent. Actuarii* in veteri Gloff. vocantur ὑπομνηματογράφοι: quorum ut officia diverfa, fic nomina quoque. Ut *Actuarii ratiociniis fcribendis,* id eft, qui ratiocinia numerorum five caftrenfium, five palatinorum et comitatenfium pertractant. L. 5. C. de erogat. mil. ann. L. 5. C. de Caftrenf. pecul. *Actuarii equorum curulium civitatum diverfarum.* L. 7. C. de numer. Actuar. *Actuarii farcinalium Principis iumentorum.* Ammian. lib. XV. aliique, de quibus in libris legalis fcientiae mentio frequens. LINDENBR.

Ad militaria figna confugit] tamquam ad afylum? Zofimus III, 35. addit ad *Batavorum.* — *Quemdam* (contemtim) *medium* e medio. W.

8. *Capita fcholarum ordo caftrenfis appellat.*] Scholae militares multae erant: et quidem Iuftiniani Imp. undecim, L. fin. C. loc. cond. Qui iis adfcripti erant, dicebantur *fcholares.* L. 34. Cod. Theod. de erog. milit. ann. Harmenop. lib. IV. Tit. 12. §. 28. eorumque Praepofiti *Capita fcholarum,* eodem modo ut *Capita contubernii,* apud Veget. de Re mil. lib. II. cap. 8. et 13. De his optime Agathias lib. V. ἐκ τῶν ταγμάτων ἐκείνων οἱ ἐς τὸ διημερεύειν τε καὶ διαννυκτερεύειν ἐν τῇ αὐλῇ ἀποκέκριντο, οὓς καὶ σχολαρίους ἀποκαλοῦσιν. οὗτοι δὲ στρατιῶται μὲν ὀνομάζονται, καὶ ἐγγράφονται τοῖς τῶν καταλόγων βιβλίοις, εἰσὶ δὲ οἱ πολλοὶ ἀστικοί τε καὶ φαιδροείμονες, καὶ μόνον οἶμαι ὄγκου τοῦ βασι-

λείου ἕνεκα, καὶ τῆς ἐν ταῖς προσόδοις μεγαλαυχίας ἐξευρημένοι, etc. Ammian. lib. XIV. c. 7. §. 9. *Solisque ſcholis iuſſit eſſe contentum palatinis et Protectorum, cum ſcutariis et gentilibus.* Corippus Africau. de Laudib. Iuſtini, lib. III. v. 157:

Ornata eſt Auguſta domus, iuſſuque regentis
Acciti proceres omnes, ſchola tota palati eſt
Iuſſa ſuis adſtare locis. LINDENBR.

Capita ſcholarum.] Horum mentio fit in lege paen. Cod. Iuſt. de erogat. milit. ann. Porro Capita ſcholarum ſunt, quos Capita contuberniorum vocat Vegetius in lib. 2. Contubernium enim in armata militia idem eſt ac ſchola: ſic ſcholas idem Vegetius pro contuberniis poſuit ſeu manipulis, in lib. 2. cap. 21. Non enim pro centuriis ſumi poſſunt. Centuriis quippe praeerant Centuriones, quos Centenarios ſua aetate dictos eſſe teſtatur Vegetius. Cum igitur legio in cohortes, hae in centurias, centuriae in contubernia diſtributae olim fuerint, ac cohortibus quidem Tribuni, Centuriones ſeu Centenarii centuriis, contuberniis vero Capita contuberniorum Praepoſiti, ſequitur Capita ſcholarum eosdem eſſe ac contuberniorum Capita. At Lindenbrogius multa hic de Scholaribus congeſſit, quae profecto nihil ad hunc locum faciunt. Alii enim ſunt Scholares, de quibus in ſuperioribus libris affatim dixi Eodem modo Capita officiorum dicuntur in lege 4. Cod. Theod. de extraord. et ſord. et in lege 2. Cod. Iuſt. de proximis ſacr. ſcrin. VALES.

9. *Vitalianus, qui multo poſt auct. Comitis dign.*] Vitalianus Comes rei militaris, a Gratiano miſſus eſt in Illyricum: ubi agente eo, duae manus Gothorum, quarum alteri praeerat Fritigernus, alteri Alatheus et Saphrax, cum Galliis et Italiae imminerent, eo neceſſitatis Gratianum adduxere, ut iis Pannoniam et ſuperiorem Moeſiam, quo a Galliis abſcederent, conceſſerit, ut ſcribit Zoſimus, in lib. 4. c. 34. Id autem contigit Gratiano V. et Theodoſio Augg. Coſſ. anno Domini 380. paullo antequam Athanaricus a Gothis expulſus ad Theodoſium ſe reciperet. Zoſimus l. c. hunc στρατηγὸν βιταλιανὸν vocat, ἄνδρα τοῖς πεπονηκόσι πράγμασι κατ' οὐδὲν ἀρκέσαι δυνάμενον. VALES.

10. *Aſpuna*] cf. Weſſeling. Itineraria p. 144. W.

11. *Ancyram*] „Ibi reliquit Valentinianum. Ancyrae dedit L. 2. Cod. Theodoſ. de raptu et matrimonio ſanctimonialium virginum XV. Kal. Mart.“ Reineſius. W.

Varroniano filio ſuo admodum parvulo] Imperatores veniam quidem aetatis filiis vel Caeſaribus ſaepe a Senatu exoraverant; infantis hoc primum exemplum fuit. W.

12. *Dadaſtanam, qui locus Bithyniam diſtinguit et Galatas.*] Weſſel. Itiner. p. 142. Mannert VI, 3. p. 75. W.

13. *Fertur enim recenti calce cubiculi, etc.*] Sozomenus lib. VI. cap. 6. Oroſius lib. VII. cap. 31. *Cum in cubiculum quoddam novum ſeſe recepiſſet,* (Iovianus) *calore prunarum et madore parietum nuper calce illitorum aggravatus et ſuffocatus, octavo demum menſe, quam imperare coeperat, vitam finivit.* Hieronymus Epiſt. ad Heliodor. *Iovianus guſtatis tantum imperialibus bonis faetore prunarum ſuffocatus interiit.* Quo fati genere conſimili Q. Lutatius Catulus etiam interiit: de quo Appianus de Bello civili lib. I. c. 74. Κάτουλος ἐν οἰκήματι νεοχρί-

στῷ τε καὶ ἔτι ὑγρῷ καίων ἄνθρακας, ἐκὼν ἀπεπνίγη. *Vell. Patercul. lib. 2. c. 22. [Diodor. Sic. Fragm. libri XXVII. Tomo x. Bip. p. 204. W.] Zonaras in Ioviano p. 24. Εἰς Δαδάστανά τε καταλύσας, αἰφνίδιον τετελεύτηκεν, ὡς μὲν ἔνιοι συνεγράψαντο, ἀρτιφυεῖς μύκητας δηλητηρίους φαγών· ἦν γὰρ λιτὸς περὶ δίαιταν· ὡς δ᾽ ἕτεροι, χειμῶνος ὄντος, ἐν οἰκήματι κατέδαρθε νέον ἐμπεπλασμένῳ κονίᾳ. καὶ διὰ τὸ τοῦ ψύχους πολὺ ἀνθράκων ἀναφθέντων ἐντὸς, ἀτμὶς ἐκ τῆς κονίας πυρουμένης ἀνεδόθη πολλὴ, καὶ δι᾽ αὐτῆς ἀπεπνίγη κοιμώμενος, μηδ᾽ αἰσθόμενος τῆς πνιγμονῆς, ἐξ οἴνου καρηβαρῶν. *Dadastanis repente obiit, cum (ut alii scribunt) recentes fungos venenatos comedisset: vili enim victu usus est: ut alii, cum hiberno tempore in conclavi tectorio recens inducto obdormisset. Nam cum ob frigoris acrimoniam carbonibus intus accensis magnus vapor e calce aestuante extitisset, eo dormiens sine sensu mortis suffocatus est, vino gravis: multo enim mero usus esse fertur.* LINDENBR. Cf. Tzschuck. ad Eutrop. x, 18. p. 810. W.

Fertur enim.] Ita quidem Socrates in lib. 3. Sozomenus in 6. Victoris Epitome, aliique narrant, sed Zonaras quosdam ait scripsisse, Iovianum comestis fungis recentibus venenatis necatum esse: cui consentit vetus Auctor apud Suidam in Ἰοβιανός. Quin etiam Chrysostomus in Homilia xv. in Philippenses, venenata potione exstinctum esse Iovianum palam affirmat: eiusdemque filio Varroniano prae imminentium discriminum metu alterum oculum erutum esse. Adeo invidiosum erat ac periculosum, Augusti filium, et Nobilissimum quondam nominatum fuisse. Verba Chrysostomi sunt haec: ἕτερος πάλιν ὁ μετὰ τοῦτον ὑπὸ δηλητηρίων ἀνῄρητο φαρμάκων, καὶ τὸ ποτήριον ἦν αὐτῷ οὐκέτι πόμα, ἀλλὰ θάνατος, καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ τὸν ὀφθαλμὸν ἐξωρύττετο φόβῳ τῶν μελλόντων, οὐδὲν ἠδικηκώς. Postremo Marcellinus noster annon satis aperte significat proximorum insidiis strangulatum esse Iovianum? cum dicit: *Cumque huic et Aemiliano Scipioni vitae exitus similis contigisset, etc.* Aemiliano enim domi suae quiescenti noctu vis illata est, ut refert Cicero pro Milone: eique C. Carbo Trib. pl. vim attulisse est existimatus, teste eodem Cicerone in lib. 9. Ep. 21. et Fulvius Flaccus, teste Plutarcho in Gracchis. VALES.

Extuberato capite perisse succensione prunarum immensa] ex quo loco *Beckmannus, Gesch. d. Erfindd.* B. v. *v. Schorsteinen* S. 425. canales istos fumarios veteribus ignotos fuisse colligit. W.

Ex colluvione ciborum avida cruditate distentus.] Indigestionem vocant Medicorum filii. W.

Decessit anno aetatis tricesimo et tertio] octo mensium Imperator, v. Reitemeier ad Zosimum III, 35. Quae subiiciuntur de aeque incerta Scipionis Aemiliani morte, subindicare videntur suspicionem Ammiani de violenta Ioviani morte. W.

Aemiliano Scipioni.] Livius Epitom. lib. LIX. Velleius Paterc. lib. II. Valerius Maxim. lib. VIII. cap. 15. §. 4. LINDENBR.

14. *Incedebat motu corporis gravi*] non sine dignitate. W.

Diu nullum indumentum.] Idem ſcribit Cedrenus: ἦν δὲ τὴν ἡλικίαν εὐμήκης, ὡς μηδὲ ἓν τῶν βασιλικῶν ἱματίων ἁρμόζειν αὐτῷ. VALES.

Aemulari malebat Conſtantium] quam Iulianum? W.

15. *Chriſtianae legis ſtudioſus et nonnunquam honorificus*] Antiochiae ſtatim omnia Iuliani edicta contra Chriſtianos abrogavit, veteremque ornatum Eccleſiis reddidit. Philoſtorg. VIII, 5. — *Perpenſius* nonniſi exploratae fidei *iudices* magiſtratus omnino *electurus.* Vide omnino la Bletterie Vie de Iovien Par. 1748. Gibbonum P. VI. p. 100. ſſ. W.

Vino venerique indulgens.] Eadem de Ioviano tradit Zonaras XIII, 14. ὁ μὲν Ἰοβιανὸς εὐσεβὴς ἦν περὶ τὸ δόγμα καὶ ἀγαθοθελὴς, οἴνου δ' ἥττητο καὶ ἀφροδισίων. καὶ τὴν τοῦ σώματος ἀναδρομὴν εὐμήκης, καὶ γραμμάτων οὐκ ἄπειρος. *Iovianus quidem religioſus fuit erga Chriſtianam fidem, et benivolus. Vino tamen, venerique indulgens. Procerus ſtatura, nec litterarum expers.* VALES. Cf. Aurel. Victor in epit. 44, 4. W.

16. *Adipiſci non potuit aliud.*] Iovianus quidem Varronianum patrem ſibi in Conſulatu collegam adſciſcere decreverat: ſed eo, dum iter faceret, mortuo, Varronianum filium ſuum ſibi collegam adiunxit: ut docet Themiſtius in Orat. Conſulari, quam Cal. Ianuarii Ioviano in urbe Ancyra Conſulatum ineunti dixit. Sed quia locus ille Themiſtii corruptus eſt, hic eum, ut ex Mſ. legendus eſt, apponam. ποιεῖται γὰρ αὐτὴν βασιλείας ὁ μὲν ἆθλον, ὁ δὲ προοίμιον· κοινὸν δὲ ὑμῖν καὶ τὸ ἄθρουν τῆς εἰς τὰ ἀμείνω προόδου. ἄμφω γὰρ οὐδὲν προελπίσαντες, σὺ μὲν αὐτοκράτωρ ἐξ ἰδιώτου, ὁ δὴ δὲ ὕπατος, ἐφ' ἕτερον τῆς ὁρμῆς γεγενημένης. *Hunc enim (honorem Conſulatus) alter veſtrum imperii praemium, alter primordium facit. Sed et utrique veſtrum ſubita et repentina ad maiorem ſtatum provectio communis eſt. Cum enim neuter id antea ſperaſſet, tu ex privato Imperator, hic Conſul eſt factus, cum in alterum animus propenderet.* VALES. *Aliud* alterum. W.

AMMIANI MARCELLINI

LIB. XXVI. C. I.

Prope aberat ab eo Ammianus, ut calamum hic poneret, partim, quod, quam lubricum esset res sua aetate gestas vere atque libere scribere, intelligeret, *(pericula veritati saepe contigua)* partim, quod nollet *inscitiae vulgari* sese accommodare, et iudicium subire *examinatorum intempestivorum*, aulicorum inprimis, qui, si quis historicus bonum dictum, quod *Principi* forte *in coena* exciderat, vel eorum, qui *ad Urbani Praetoris officium convenerant*, eum deduxerant munus auspicantem; nomen aliquod praeteriisset, in magno scilicet scelere ponere solerent. Idem fere formidantes veterum nonnulli, dum viverent, *cognitiones actuum variorum stylis uberibus explicatas* pleniorem sui seculi historiam edere, ipso *Cicerone* teste, noluerunt. Sed, pergit, veri nominis historia *discurrit per negotiorum celsitudines* respuitque *minutias illas*, quas sectari omnes non minoris stultitiae esset, quam *volitantia per inane corpuscula, atomos*, velle numerare. Similis locus XIV, 11. extr. W.

1. *Referre a notioribus pedem.*] Sic loquitur Solinus in Epistola ad Adventum: cuius quidem Solini phrases Graeculus noster saepe usurpat, ut observavi. VALES.

Ad Urbani Praetoris officium.] Praetoris officium illud proprie dicitur, cum Praetor, quo primum die Magistratum inierat, (id autem tunc temporis fiebat Kal. Ian.) ab Honoratis deducebatur et plebeiis officii causa. Sic Plinius in lib. I. Epist. (Epist. 5.) ad Voconium Romanum: *Ipse me Regulus convenit in Praetoris officio:* et Spartianus in Hadriano: *Praetorum et Consulum officia frequentavit.* Eratque haec singularis ambitio Praetorum et Consulum, ut quamplurimi et honoratissimi viri ad officium suum accederent. *Quo admirabilior est Traiani Principis moderatio, de quo haec ait Plinius in Gratiarum actione c. 76 *Ipsius quidem officium tam modicum, tam temperatum, ut antiquus aliquis magnusque Consul sub bono Principe incedere videretur.* Haec ambitio a Magistratibus saecularibus transiit tandem ad Ecclesiae Sacerdotes, qui ut plurimi et honoratissimi viri officio suo, id est, ordinationis suae caerimoniis interessent, valde ambiebant, et sportulas seu munera mittebant absentibus, Magistratuum more: ut testatur Ruricius in Epistola ad Aeonium Episcopum XIV. lib. I.* VALES.

[*Obituque intervallato breve tempore Principum.*] Ut sensus constet, legendum omnino est: *Obituque intervallato trium brevi*

tempore Principum. Nam intra breve tempus, nimirum intra triennium et menſes quatuor ac dimidium tres Imperatores obierant, Conſtantius, Iulianus, Iovianus. Conſtantius quidem III. Nonas Octobres Tauro et Florentio Coſſ. anno Chr. 361. Iulianus A. Iuliano A. IV. et Salluſtio Coſſ. anno Chr. 363. et Iovianus in ſuo Conſulatu, A. Chr. 364. die XVII. Februarii.] VALES. Niſi ex ſimilitudine literarum, quibus terminatur verbum *intervallato,* interciderit vox iisdem literis conſtans, et idcirco non repetita, *obituque intervallato tot brevi tempore principum.* GRON.

Obitu intervallato] ſe invicem excipiente. W.

4. *Nomen praeſtringebatur Equitii*] levi mentione facta. W.

5. *Procul iacebat* aberat *per Illyricum* annonae militari praefectus. Dicitur autem, uti monet Erneſtius, optimis quibusque auctoribus *iacere* pro morari aliquo in loco, deliteſcere. W.

Diebus decem.] Deceſſit quidem Iovianus Aug. XIII. Cal. Mart. teſte Eutropio L. x. c. 18. ſeu 17. menſis Februarii, ut Socrates dicit. Valentinianus vero Imp. renuntiatus eſt v. Cal. Martias, ut Idatius in Faſtis, Socrates in lib. 4. Marcellinusque teſtantur. Quare ab obitu Ioviani ad Valentiniani inaugurationem x. omnino dies interſunt, ſi utrumque terminum incluſeris, et bis VI. Cal. numeraveris: fuit enim annus ille biſſextilis, teſte Marcellino noſtro. Res clarior fuerit, ſi a die 17. Februarii ad 26. computaveris, quo levatus eſt Valentinianus, non autem 25. ut perperam ait Scaliger in Notis ad Euſebii Chronicon num. 2381. Hic autem annus erat Natalis Dominici 364. quem biſſextilem fuiſſe caeleſtis motus ratio demonſtrat. VALES.

6. *Exitialis poſtea Magiſter Officiorum*] XXX, 2. 5. *Ut Pannonii* populares igitur Valentiniani. W.

7. *Videri*] conveniri. *die ſecundo* poſtero. W.

Biſſextum intercalarem diem *Februarii.* Nomen inde ductum, quod quarto quoque anno dies *ſextus* ante Kal. Martias *bis* numerabatur. — Cf. Gibbon. T. VI. p. 119. W.

Biſſextum vitans Februarii.] De biſſexto ſic Matt. Blaſtaras: Τὸ τοῦ Βισέκτου ὄνομα ῥωμαϊκόν ἐστι, δηλοῦν τὸ δὶς ϛ. αἱ γὰρ ῥωμαϊκαὶ λέξεις, ἀντὶ τοῦ δ. τὸ β. προσλαμβάνουσι. λέγεται δὲ οὕτω, διὰ τὸ δὶς εἶναι ἓξ τὰς ὥρας τῆς προστιθεμένης τῷ Φεβρουαρίῳ ἡμέρας καὶ δὶς ϛ. τῆς νυκτός. ἥτις κατὰ τετραετίαν εἴωθεν ἀπαρτίζεσθαι τοῦ περισσεύοντος τεταρτημορίου τῆς ἡμέρας καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, εἰς μίαν ἡμέραν τηνικαῦτα συντιθεμένου. ἥτις καὶ προστέθειται τῷ Φεβρουαρίῳ, ὡς εἶναι τότε τὰς τούτου ἡμέρας. Infauſtum vero biſſextum Rei Rom. ſaepius fuiſſe, etiam Macrobius notat Saturnaliorum lib. I. cap. 13. LINDENBR.

Biſſextum vitans Februarii menſis tunc illuceſcens.*] Non modo huncce diem Romani infauſtum putabant, ſed etiam totum annum, quo biſſextus fuerat. Auguſtinus Epiſtola 119. ad Ianuarium, ridet eos, qui ſuperſtitioſe dicere ſolebant: *Non plantem hoc anno vineam, qui biſſextus eſt. VALES. Ab hac ipſa tamen ſuperſtitione, quam Hipponenſis irridet epiſcopus, non immunis fuit Merſeburgenſis, Dithmarus Lib. VII. p. 226. ed. meae. W.

8. *Menon et Euctemon.*] Mſ. *Memon et Euct.* Legendum *Meton et Euct.* Et ita recte in veterib. Servii codicibus Aeneid. 3. vocatur: nam in recenti Editione locum corrupere. Diodorus Siculus

Siculus lib. XII. c. 56. *ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις Μέτων ὁ Παυσανίου μὲν υἱὸς, δεδοξασμένος δ' ἐν ἀστρολογίᾳ ἐξέθηκε τὴν ὀνομαζομένην ἐννεαδεκαετηρίδα.* Ab hoc Metone annus Metonis nomen invenit, de quo plura in opere arduo Iof. Scalig. de Emendatione temp. lib. II. LINDENBR.

Meton] Sic repofui pro *Menon* iubente Diodor. Sic. XII, 56. Aufonio Ep. 2. p. 437. Floridi, Pithoeo in Adverfar. p. m. 121. W.

Euctemon] Huius meminit Plinius in lib. 18. cap. 25. In Indice quidem eius libri Eutemon perfcribitur, in ipfo capite Eudaemon. Vitruvius quoque in lib. 9. cap. 7. eum inter celebres Aftrologos recenfet: *Siderum et occafus et ortus, tempeftatumque fignificatus Eudoxus, Euctemon, Callippus, Meto, Philippus, Hipparchus parapegmatorum difciplinis invenerunt.* * Ubi mendofe legitur *Eudaemon, Callifthus, Melo.* (Pro *Menon* autem codex Colbertinus *Memon* fcriptum habet. alii *Meton* praeferunt Vitruvium fupra laudatum fecuti.] VALES.

Polo percurfo fignifero.] Verior Scaligeri emendatio, *poli percurfo fign.* LINDENBR.

Polo percurfo fignifero.] Nihil hic opus erat emendatione Scaligeri. Nam Lucanus in lib. 3. perinde dixit v. 253.

Aethiopumque folum, quod non premeretur ab ulla
Signiferi regione poli. VALES.

Si a II. *particula elatus arietis.*] Dubitari merito poteft, cur fecundam potius arietis quam primam dixerit partem. Dionyfius quidem Petavius, vir undecumque doctiffimus, in lib. 2. cap. 2 Uranologii fcribit Marcellinum in 2. parte arietis cardinem verni aequinoctii videri ponere, idque ex veteribus Aftrologis, Eudoxo, Euctemone, et Metone. Atque id ita vir ille doctiffimus ibidem explicat. Antiqui circulos in LX. partes dividebant. Ergo fingulis Dodecatomoriis imputabantur partes V. quarum unaquaeque partes habebat feu gradus hodiernos VI. Itaque octavus fignorum gradus ad 2. partem pertinebat. Hoc fibi velle Marcellinum non quidem affirmat, fed conicit tantum vir nunquam fine honore nominandus: cuius coniecturae equidem, ut debeo, multum tribuo: vix tamen in animum inducere poffum, tantam fubtilitatem in hoc loco contineri. Nam Marcellinus de fpatio anni vertentis hic agit, non de cardine Solaris circuitus Zodiaci. Annum autem a cardine feu puncto, feu aequinoctiali, feu folftitiali incipere nihil neceffe eft. Igitur exempli gratia 2. particulam arietis pro quovis determinato initio anni pofuit. Etenim ut ait Macrobius in Somnium Scipionis lib. 2. cap. XI, annum Solis vocamus non folum a Cal. Ian. usque ad easdem Cal. fed et a fequente poft Cal. die usque ad eumdem diem, et a quocumque cuiuslibet menfis die in diem eumdem reditus, annus vocatur. Et Theo in Arati Phaenomena: *ὅταν γὰρ ἀφ' οὗ τὶς ἄρξηται σημείου ἢ χρόνου, ἐπὶ τὸ αὐτὸ πάλιν ἔλθοι, ἐνιαυτὸς ἐστί.* VALES. Hoc idem fenfiffe Marcellinum liquido patet ex adiecto *verbo tenus* i. e. exempli caufa, fed ut affolet, doctius efferre voluit, ut fe aftronomicam circulorum in particulas quasdam divifionem non ignorare faceret palam. W.

9. *Horis fex*] quibus addenda quaedam, quae vocamus, *minuta.* W.

10. *Squalida* obſcuriori, vaga et incerta *diverſitate confundat.* Similem locum vide infra c. 5. W.

Autumnalis menſis inveniatur quandoque vernalis] Solin. cap. 1. *Cum haec ſic ſorent conſtituta, modusque intercalandi interdum cumulatior, interdum fieret imminutior, vel omnino diſſimulatus praeteriretur, nonnumquam accidebat, ut menſes, qui fuerunt hieme transacti, modo in aeſtivum, modo in autumnale tempus inciderent.* LINDENBR.

Autumnalis menſis inveniatur quandoque vernalis] quod factum reapſe aliquando, ut vindemia in vernum tempus incideret. W.

11. *Circumverſio curſus annui.*] Ita codex Colbertinus. Edd. aliae, *circumverſio anni,* aliae, *converſio curſus anni.* Vid. Hadr. Valeſ. praef. p. LV. W.

12. *Cum in Sacerdotes poteſtatem transtuliſſent intercalandi.*] Ipſiſſima paene verba apud Solin. c. 1. *Translata in Sacerdotes intercalandi poteſtate: qui plerumque gratificantes rationibus publicanorum pro libidine ſua ſubtrahebant tempora, vel augebant.* LINDENBR.

Publicanorum] qui vectigalia publica redemiſſent. W.

13. *Ex coepto.*] Sic pro *excepto* ſcripſit Hadr. Valeſ. quem vide in praef. p. LXIII. W.

Quibus abolitis Octavianus Aug. Graecos ſequutus.] Primus accuratae huius correctionis auctor Iulius Caeſar exſtitit. Octavianus autem annum a D. Iulio ordinatum, ſed poſtea negligentia conturbatum atque confuſum, rurſus ad priſtinam rationem redegit. Sueton. lib. 1. cap. 40. lib. II. cap. 31. Vide Iul. Solin. cap. 1. Macrobium Saturnal. lib. 1. cap. 14. LINDENBR.

CAPVT II.

2. *Ut vir ſerius*] Infra XXIX, 6. princeps ſerius, quem ibi Valeſius opponit *communi* (mediocri, medio XXI, 16.) quo ſenſu et Mamertinus Paneg. in Iulian. c. 12. uſurpat. W.

3. *Mox princip. habitu circumd. et corona.*] Scutoque pedeſtri impoſitus, ut ſcribit Nicephorus Calliſtus in lib. XI. cuius verba quia ex optimo ſcriptore mihi videntur hauſta, hic adducere placuit: *βουλῇ τοῦ στρατοπέδου παντὸς καὶ τῶν τὰς μεγάλας διεπόντων ἀρχὰς, καὶ μάλιστα Δατίου τοῦ πατρικίου ἐκ γαλατίας διαμενυσαμένου, Σεκούνδου τε τοῦ ἐπάρχου καὶ Ἀρινθαίου τοῦ στρατηγοῦ καὶ γλαίφου (τῶν δομεστίκων δ' οὗτος ἡγεῖτο) εἰς τὸ βασιλεύειν αἱρεῖται. καὶ δὴ τὰ σύμβολα περιθέμενον, καὶ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος (ὡς ἔθος) ὀχούμενον στρατὸς ἐδεῖτο κοινωνὸν τῇ ἀρχῇ προσλαβεῖν. Suffragiis exercitus et eorum qui ſummas dignitates gerebant, maxime Datiani Patricii, et Secundi Praefecti Praet. et Arinthaei Magiſtri militum, et Dagalaiphi Domeſticorum Comitis Valentinianus eligitur Imperator. Qui cum inſignia Imperii accepiſſet, et ex more ſcuto impoſitus eſſet: univerſus exercitus rogare coepit, ut collegam Imperii adſciſceret.* VALLS. *Corona* diademate. W.

Quas novit potuit excogitare dulcedo.] Quid causae fuerit, cur Castellus Editionis Rom. scripturam interpolaret, equidem non video. Nonne enim recta erat haec lectio? *Laudibus amplis quas novitatis pot. excitare dulcedo:* quo modo et Reg. codex [et Colbert.] et Augustana habet Editio. VALES. *Quas novitatis potuit excitare dulcedo,* quae accumulari novitatis gratia in principes solent. W.

Alterum] non alium, sed secundum, collegam Imperii. W.

4. *Despectorum*] qui spe potiundorum honorum excidissent. *Documento recenti* Ioviani. W.

5. *Ut Princeps fiducia plenus.*] Sic primus edidit Gelenius, cum in Rom. eamque secutis Editionibus legeretur, *in Principis fiducia pleni.* At in exemplari Regio scriptum reperi, *ni Principes fid. pleni:* et superscriptum ex coniectura, *ut Princ.* *quemadmodum in Tolosano scriptum est.* Ego vero, si quid meae sententiae est, ita scriptum malim, *vi Principis fiducia pleni,* [uti legitur in Mſ. Colbert.] VALES. Sed et Pricaeus ad Apuleium exigit, ut scribatur *propere.* GRON.

6. *Fortissimi provinciarum defensores* (ad gratiam captandam, alias commilitones) *vestras virtutes,* more illius aetatis abstracto posito pro concreto: vos tam egregie meritos. W.

7. *Quod erat igitur in manu positum vestra.*] Vocem cordatam Imperatoris strenui Valentiniani Aug. cum consortem suum eligere vellet, hanc ponit Theodoretus lib. IV. cap. 5. Ὑμέτερον ἦν, ὦ στρατιῶται, βασιλέως οὐκ ὄντος, ἐμοὶ δοῦναι τῆς βασιλείας τὰς ἡνίας· ἐπειδὴ δὲ ταύτην ἐδεξάμην ἐγὼ, ἐμὸν λοιπὸν, οὐχ ὑμέτερον, τὸ περὶ τῶν κοινῶν διασκοπεῖσθαι πραγμάτων. LINDENBR.

Splendide] non sine laude. W.

8. *Concordiae viribus totis, per quam res minimae convalescunt*] Salluſt. in Iugurth. c. 10. *Concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur.* LINDENBR.

9. *Diligenter scrutanti temperamentum.*] Huic Gelenii coniecturae scripturam codicis Regii [et Colbert.] *ac Tolos.* et Editionis Rom. equidem multum antepono: *Dabit enim, ut spero, fortuna conf. adiutrix bon. quantum eff. et conf. possum, diligenter scrutantibus temperatum.* Id est: Dabit enim nobis fortuna diligenter inquirentibus, ut spero, moderatum et sobrium collegam. In Editione Rom. ne quid dissimulem, excusum est *temperatim:* ex quo P. Castellus ineptam hanc scripturam excuderat, *diligenter perscrutari temperantiam.* VALES. Gelenii commentum aptius videtur praecedenti: *mearum partium est.* W.

Non modo in imperio, verum etiam in priv. rat. alienum ad amicit. etc.] Sumpsit id Marcellinus ex Cicerone in Epistola I. ad Q. fratrem.* VALES.

Alienum ad amicitiam, cum iudicaverit quisquam prudens, adiungere.] *Cicero de Amicitia c. 22. *Quum iudicaris, diligere oportet; non, cum dilexeris, iudicare.* Publ. Syrus in Mimis: *Honestius est, cum iudicaveris, amare, quam, cum amaveris, iudicare.** Nicoclis autem praeceptum est, apud Stobaeum Serm. 213. Δεῖ κρίναντας φιλεῖν, οὐ φιλήσαντας κρίνειν. *Quod alii ex Theophrasto laudant. Plutarch. περὶ φιλαδελφίας. *Seneca Epist. 3.* *Praepostere officia permiscent, qui contra praecepta Theophra-*

ſti, cum amaverint, iudicant, et non amant, cum iudicaverint. Pub. Rutilius Lupus de Figur. lib. I. c. 6. *Theophraſtus dicitur dixiſſe, prudentis eſſe officium, amicitiam probatam appetere, non appetitam probare.* LINDENBR.

10. *Ob nuncup. Aug. debita.*] Mos erat Principibus Romanis, ut ſimulatque Auguſti a militibus nuncupati erant, donativum eis erogarent, quo militum benevolentiam conciliarent ſibi: idque etiam Auguſtorum filii, cum in Imperium quaſi hereditario iure ſuccederent, nihilo minus obſervabant, ut de Commodo ſcribit Herodianus in lib. I. Hoc donativum recentior Latinitas Auguſtaticum dixit. Sic Marcellinus Comes in Chronico, Paulo ſolo Conſule: *Auguſtatico*, inquit, *ſuo dudum Anaſtaſius militibus praeſtito, donativum quoque hoc fratre Conſule tribuit.* Quinquennalibus etiam ac decennalibus, quod haec quaedam quaſi renovatio erat Imperii, ut ſcribit Dio, donativum militibus Principes erogabant: ſingulis ſcilicet aureos quinque: quem ſollemnem Principum morem tandem Iuſtinianus abolevit, ut tradit Procopius in Anecdotis pag. 108. De hac conſuetudine loquitur Libanius in Orat. in Ellebichum pag. 526. (Reisk. II. p. 2.) ubi cauſam ſeditionis illius Antiochenae Theodoſii Aug. temporibus hanc affert: *χρημάτων ἐδέησε βασιλεῖ πρὸς τὴν τῶν ὅλων σωτηρίαν· καὶ μάλιστα δὴ τῷ μὲν εἰς ἔτος δέκατον, τῷ παιδὶ δὲ πέμπτου τῆς βασιλείας προϊόντος. νόμος δὲ ἐν τοῖς τοιούτοις χρόνοις χρυσὸν ἰέναι παρὰ τῶν κρατούντων τοῖς στρατιώταις εἰς χεῖρας. Principi ob neceſſitates imperii pecunia opus fuit, maxime cum ipſi quidem decimus, filio autem quintus imperii annus procederet: quo tempore ſolent Imperatores aurum militibus largiri.* Ex quo interim loco annus ſeditionis Antiochenae colligitur: Valentiniano ſcilicet III. et Eutropio Coſſ. qui fuit annus Natalis Dominici 387. hoc enim anno Arcadii quinquennalia acta eſſe Marcellinus Comes Idatiusque teſtantur. VALES.

CAPVT III.

1. *Veneficos, qui tum rareſcebant*] Leges enim graviſſimas in eos ſanxerat *Conſtantius*, L. 6. Cod. Theod. *Conſutatos* convictos. W.

2. *Efficaciter*] cupidius, ſtudioſius (XXI, 12). *Iuliani promotus arbitrio* XXIII, I. W.

In amphitheatrali curriculo.] Sic et Accurſius et Gelenius ediderunt. At in Editione Rom. legitur, *in amphitheatrali circulo,* *ut lib. XXXI. cap. 10.* quod fortaſſe rectius eſt. Nam curriculum de amphitheatro quomodo dici poſſit, non ſatis capio. In Regio codice ſcriptum inveni *amphith. curriculo.* [*In Toloſano codice legitur etiam *curriculo.* Sed hoc leve et minimi momenti. Illud potius notatu dignum, Magiſtratus olim Rom. in medio amphitheatro capitalia iudicia exercuiſſe, et in ſontes animadvertiſſe: cuius ſeveritatis exemplum retulit Marcellinus in libro XV. c. 7. de Leontio loquens Praef. Urbi: alterum exemplum affert Socrates in libri 7. capite 13. de Oreſte Praefecto Auguſtali, qui Hieracem quemdam comprehenſum, ut ſeditioſum, publice in theatro torqueri praecepit: et in capite 14. de eodem Oreſte.* VALES. *Circulo* unice verum putat Erneſtius. W.

Undatim coeunte plebe.] Sic loquitur Orosius in libri 6. capite 21. *Ita omnes ad experientiam belli decisionemque foederis undatim gentes commovebantur.* * VALES.

3. *Hilarium aurigam convictum atque confessum, vixdum pubescentem filium suum venefico.*] Infames valde erant agitatores circenses veneficii suspicione. Nam ut in cursura vincerent, tanta concertatio eorum erat, ut etiam magicis imprecationibus artibusque malis adversariorum equos impedire conarentur. Hieronymus in Vita Hilarionis: *Hic igitur* (Italicus) *aemulo suo habente maleficum, qui daemoniacis quibusdam imprecationibus et huius impediret equos, et illius incitaret ad cursum, venit ad B. Hilarionem, et non tam adversarium laedi, quam se defendi obsecravit, etc.* De iisdem iterum Ammianus lib. XXVIII. c. 1. *Marcianus quidam et Eusaphius omnes clarissimi arcessiti in crimen, quod eiusdem conscii veneficii aurigam fovere dicebantur Auchenium.* Idem c. 4. *Ad aurigam confugit audentem omnia praelicenter, eumque ut veneficum curat urgeri.* *Arnobius advers. Gentes lib. 1. pag. 32. *In curriculis equos debilitare.* Vid. Raevard. Var. lib. 5. cap. 13.* Contra hos aurigas veneficos scripta est in partem Constitutio Valentin. Theodos. Arcad. Impp. quae est L. 9. C. de malef. et mathem. LINDENBR. Cf. Causabonum ad Vopisci Saturninum Scr. H. A. T. II, p. 720. et Misc. Obss. novas T. I. p. 8. W.

Confugit ad ritus Christiani sacrarium.] Glossar. *Sacrarium*, ἡρῷον, θυσιαστήριον. Ut de Germano, qui ad altare perfugium fecerat, apud Theophylactum Simoc. lib. VIII. Ἀκηκόει Μαυρίκιος τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου κάτοχον τὸν Γερμανὸν γεγονέναι. De hoc ritu iam olim ad Historiam Longobard. quaedam a me notata sunt aliaque ad LL. Germanor. mox edenda. LINDENBR.

4. *Tempore secuto*] vide XXVIII, 1. *Modo non per syngrapham* prope iusto, eoque scripto pacto. W.

5. *Hoc genere*] Hac opima mercede. *quo iactum est* uti vulgo ferebatur. Variat enim orationem Ammianus, obscuriusque illud *iactum* idem est, quod in praecedentibus *crebrior fama vulgarat.* Edit. Gryphiana *iactatum.* W.

Per silices] cf. XIV, 6. — *Trahit agmina servulorum.* cf. si lubet, *Horatii Maenam* mannis terentem Appiam etc. Epod. 4, 14. W.

Duillium accepimus veterem.] Livius Epit. lib. XVII. Florus lib. II. cap. 2. Valer. Maximus lib. VII. cap. 6. Cicero in Catone c. 13. LINDENBR.

CAPUT IV.

1. *Tota consilia tamquam sibi pl.*] Hunc locum praeclare mihi videor restituisse. Nam cum in codice Reg. [et Colbert.] *ac Tolos.* et Editione Rom. legi comperissem, *tota consilia quam sibi placentia*, sic corrigendum esse existimavi, *tuta consilia quam sibi placentia secuturus:* id est *tuta potius quam sibi placentia:* quod loquendi genus familiare Graecis, et Marcellino nostro non infrequens est, ut supra adnotavi. HENR. VALES. Ms.

habet *confilia quam fibi,* Id eft, magis quam, Graeco more, ut libro XVI. cap. 12. *cito quam confiderato curfu.* libro XX. cap. 4. *iuffa morte oppetere quam.* Eodem libro cap. 7. *multis acceptis quam illatis vulneribus.* libro XXVII. cap. 3. *Libenter* pro *libentius.* Item *fanguinis avidi quam praedarum.* libro XXVIII. cap. 4. *Expedit peregrinos iure interficere quibuslibet, quamquam rogatis ad convivium excufare.* Legendum puto, *quam rogatos ad convivium excufare.* Pro magis quam. OISELIUS. Petrus Pithoeus, qui eumdem codicem Ammiani, quem Oifelius Valentiae evolverat, idem etiam notat ad oram Ammiani fui hunc ipfum locum. *Tanquam fibi placentia: quam* (inquit, vett. libri μᾶλλον ut faepe alias. HADR. VALES. *Tota* oppofita *fibi foli placentibus,* ergo, omnium. W.

Si tuos, inquit, amas Imp. optime, habes fratrem.] Cedrenus in Valentiniano, pag. 254. Μετὰ δὲ τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὸ Βυζάντιον, ἐπεί τινες ἠξίουν συγκοινωνὸν προσειληφέναι τῆς βασιλείας, ἔφη· Λήψομαι ὃν ἂν ἐθέλω κοινωνόν. Πρὸς ὃν Δαγαλάϊφος συγκλητικὸς ἀπεκρίνατο· Εἰ τοὺς σοὺς φιλεῖς, ἔχεις ἀδελφόν· εἰ δὲ τὴν πολιτείαν, σκόπησον ὅτῳ ἂν τὴν ἀλουργίδα περιβαλεῖς. LINDENBR.

Quaere quem veftigas.] ἴσ. *q. quem veftias.* Id enim eft, quod Cedrenus dicit, ὅτῳ ἂν τὴν ἀλουργίδα περιβαλεῖς. LINDENBR.

Quaere quem veftigas.] Laudo acumen Lindenbrogii, qui ex Cedreni auctoritate hunc locum emendandum effe perfpexit. Sic veftire dixit Idatius in Faftis: Diocletiano IX. et Maximiano VIII. Coff. *His Coff. depofuerunt purpuram privati effecti Diocletianus et Maximianus: et veftierunt Severum et Maximinum.* Et Themiftius in Orat. 13. fub finem: ἠμφίασε ὁμοῦ ὁ γεννήτωρ τό τε ἄστυ τῷ κύκλῳ καὶ τὸν υἱέα τῇ ἀλουργίδι. VALES.

2. *Afperatus*] tum quidem: immemor enim iftius licentiae Magiftrum militiae confirmatum fibi fervavit. c. 5. W.

3. *Magnitudine urgenti neg. iam fefe parare.*] Hunc locum fic primus edidit Gelenius. Sed cum in Editione Rom. et in codice Regio [et Colbert.] *ac Tolof.* fcriptum effe vidiffem, *magnitudine urgentia negotiorum iam fe fcparari,* leviffima mutatione veram ut puto fcripturam affecutus fum. Quid enim elegantius et planius hac fcriptura? *Magnitudine urgentium negotiorum iam fe fuperari confiderans.* VALES.

Quintum Kal. Aprilis.] Vulg. τὸ *quintum* deeft. Eaque locutio aliis minus ufitata, Ammiano tamen frequens eft. Sic lib. XXV. c. 5. §. 2. *Principio lucis fequutae, quae erat quintum Kal. Iulias.* Inf. hoc libro c. 10. §. 15. *Diem duodecimum Kal. Auguftas Cof. Valentiniano.* LINDENBR.

Quintum Cal. Aprilis.] Idatius in Faftis et Chronicum Alexandrinum ante diem IV. Kal. Apr. Valentem Auguftum a fratre renuntiatum effe fcribitur. Sed Marcellino noftro fuffragatur Socrates in lib. 4. cap. 1. qui tricefimo poft die quam Valentinianus Aug. erat nuncupatus, id factum effe teftatur. VALES.

Productum Valentem in fuburbanum.] Hoc fuburbanum Septimum dicebatur, quod feptimo ab urbe Regia milliario abeffet. Idatius in Faftis, Ioviano et Varroniano Coff. *Ipfo anno,* inquit, *levatus eft Valens Aug. Conftantinop. in milliario* VII. *in Tribunali a fratre fuo Valentiniano die* IV. *Kal. April.* Quae iisdem verbis in Chronico Alexandrino fic referuntur Graece: τούτῳ

τῷ ἔτει ἐπήρθη οὐάλης αὔγουστος εἰς κωνσταντίνου πόλιν ἐν τῷ ἑβδόμῳ ὑπὸ οὐαλεντινιάνου αὐγούστου πρὸ δ' καλανδῶν ἀπριλλίων. In eo loco Valens Tribunal illud in quo creatus erat Augustus, gradibus marmoreis et statuis ornavit, teste Themistio in fine Orat. 16. quae Philadelphus inscribitur: πῶς οὐκ ἄτοπον τὴν μὲν ἐσχατιὰν ἐφ' ἧς τὴν ἁλουργίδα ἐνῆψαι, περιφανεστέραν ποιῆσαι κρηπῖδι καὶ βήματι καὶ ἀνδριάσι, etc. Unde etiam Tribunal is locus dicebatur, teste Nicephoro Callisto in lib. 13. initio, et in lib. 18. cap. 41. Dicebatur etiam Campus, ut scribit Theophylactus Simocatta in lib. 8. cap. 12. quia scilicet lata ibi planities erat, quemadmodum canit Claudianus in Rufinum lib. 2. v. 348.

Urbis ab Augustae tractu, qua vergit in Austrum,
Planities vicina patet: (nam cetera Pontus
Circuit, exiguo dirimi se tramite passus.)

et paullo post de Rufino loquens ait v. 382.

Increpat Augustum, scandat sublime Tribunal:
Participem sceptri, socium declaret honoris.

Quippe post Valentem cuncti fere Impp. eo loci coronabantur, ut de Arcadio et Honorio scribit Marcellinus Comes, de Leone Victor Turonensis in Chronico. HENR. VALES.

[*Productum eumdem Valentem in Suburbanum, Augustum pronuntiavit.*] Meretur Suburbanum istud, in quo quidam graviter erraverunt, a nobis exacte explicari atque describi. A re nomen habuit. Graecis enim Ἕβδομον, Latinis interdum *Hebdomum*, plerumque *Septimum* appellabatur, propterea quod VII. millia passuum ab urbe Constantinopoli aberat. *Septimium* semper Historia Miscella mendose vocat pro *Septimum*. Sozomenus τὸ Ἕβδομον μίλιον: Fasti Consulares sub nomine Idatii a Sirmundo editi *milliarium Septimum* semel atque iterum nuncupant: *Septimum ab Urbe milliarium* Marcellinus Comes in Chronico: Suburbanum nomine Hebdomum, προάστειον καλούμενον Ἕβδομον, Procopius in libro 1. de Aedificiis Iustiniani. Hebdomi partes erant, *Basilica Iohannis Baptistae* amplissima ac pulcherrima, a Theodosio maiore exstructa, et capite Praecursoris Domini nostri huc ex Bithynia translato honorata: *Campus; Tribunal;* et Palatium *Secundianae. Campus* erat lata patensque planities, in qua exercitus explicari, et instrui acies poterat. Ibi Arcadius A. milites post confectum bellum Eugenianum domum reversos excepit, priorque ex more Duces ac signa salutavit. Quippe Imperatores copiis suis advenientibus honoris causa extra portas occurrere consueverant. In Campo milites exercebantur: ibi nonnumquam damnati supplicio afficiebantur, et eorum capita ibidem erecta ostentabantur. Ibi et cum alias, tum praecipue VII. Kal. Febru. supplicationes fiebant: et Episcopus Constantinopolitanus lecticae insidens, comitante Clero et populo, interdum etiam praesente ipso Imperatore, ab Urbe ad *Campum* psallendo procedebat. Campum Scriptores Graeci Latino nomine κάμπον appellitant; et κάμπον τοῦ τριβουναλίου, campum Tribunalis; Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus in Breviario Historico capite 11. τὸ πεδίον τὸ πρὸ τῆς πόλεως ὃ Ἕβδομον καλοῦσι, nuncupat, Campum Hebdomi Hebdomumque confundens. Nobilissima pars Hebdomi fuit Tribunal excelsum, heic pro temporario perpetuum a Valente A. factum, statuisque et tabulis ac gradibus marmoreis e porphyrite

lapide ornatum: quod adſcendebat Imperator, ut ſtans Ducibus ac Tribunis ſignisque et aquilis circumdatus, de bello et pace milites alloqueretur, ſive ut aliquem ex eorum ſententia Imperii conſortem aut Caeſarem faceret. Ibi igitur Valens a Valentiniano fratre, ibi Arcadius et Honorius fratres alter poſt alterum a patre ſuo Theodoſio, ibi ab Arcadio Theodoſius iunior, a Pulcheria Marcianus, eius demum ſucceſſor Leo Auguſti ſunt appellati. Ibi Baſiliscus fugato Zenone, Mauricius a Tiberio Conſtantino ſocero, Phocas deſtituto Mauricio, et Leo cedente Michaële ab exercitu Imperatores conſalutati. *Tribunal* iſtud Hebdomi ac ſimul *Campum* adiacentem libro II. in Rufinum Claudianus commemorat: Hiſtorici Graeci Romano nomine, ſed Graeca terminatione Τριβουνάλιον, aut Τριβουνάλιον τοῦ Ἑβδόμου; noſtri nonnumquam et *Tribunalium* appellant: differebatque a *Tribunali* intramurano porphyreticis gradibus exſtructo, quod ante Palatium, nec procul a Curia in 2 regione Urbis poſitum Ammianus Marcellinus in libro XXVII. c. 6. et Zoſimus in rebus Procopii Tyr. IV, 6. memorant; et quod Suidas *Tribunal Palatii*, quidam *Tribunal novemdecim accubitorum*, τὸ Τριβουνάλιον δεκαεννέα ἀκκουβίτων, cognominant: Liutprandus domum altam et pulchram iuxta Hippodromum eſſe ait. De Palatio Secundianis infra dicemus. *Hebdomum* autem ſaepe *Campus*, ſaepe et *Tribunal* promiſcue appellatur: ut ſolent loca celebria nobiliorum partium ſuarum nominibus non raro deſignari. Eadem ratione in Diſceptationis de Baſilicis capite I. et II. olim docui, Gregorium Turonicum Epiſcopum praeter ceteros Monaſteria nunc *Oratoria*, nunc *Baſilicas*, ſaepe et *Cellulas* a duobus maximis ac praecipuis cuiusque Coenobii membris vocaviſſe.

Hebdomum ſive Septimum ab urbe Conſtantinopoli millia paſſuum ſeptem ſemper abfuiſſe, unde et nomen acceperit, nec umquam pomoerio Urbis incluſum eſſe conſtat: mirum ut ſit Petrum Gillium hominem doctum et diligentem aliter ſenſiſſe, et quosdam recentiores in errorem induxiſſe. Certe Valentinianus, *cum veniſſet Conſtantinopolim, productum Valentem in Suburbanum* (hoc eſt in Hebdomon) *Auguſtum pronunciavit, et in eodem vehiculo ſecum reduxit*: ſicut ſcribit Ammianus Marcellinus in libro XXVI. Qua de re Idatius, ſeu quivis alius ita loquitur in Faſtis, *Levatus eſt Valens A. Conſtantinopoli in miliario* VII. *in Tribunali a fratre ſuo Valentiniano. Suburbanum* igitur, et *miliarium Septimum* una res erat: *Miliarium* inquam VII. ab urbe Regia Conſtantinopoli, ſuo Tribunali inſtructum, in Chronico Alexandrino Ἕβδομον nominatum. Eiusdem Idatii de Arcadio verba ſunt haec: Merobaude II. et Saturnino Coſſ. *Levatus eſt Arcadius A. Conſtantinopoli in Miliario* VII. *in Tribunali a Theodoſio A. patre ſuo*: quem Marcellinus Comes *a patre ſuo Theodoſio A. conſortem imperii* VII. *ab Urbe miliario coronatum* dicit, Chronicum Alexandrinum in Tribunali Hebdomi, ἐν τῷ Τριβουναλίῳ τοῦ Ἑβδόμου. Quod igitur uni eſt *miliarium Septimum*, alteri *Tribunal Hebdomi*, a Marcellino Comite apertiſſimis verbis dicitur VII. *ab Urbe miliarium*: ne quis forſitan dubitare poſſit, *Hebdomon*, aut *Septimum* cum *Tribunali* ſeptem ab urbe Auguſta millia paſſuum abfuiſſe. Hermias Sozomenus in libri VII. capite XXIV. Hiſtoriae Eccleſiaſticae de Theodoſio Magno ad bellum Eugenii proficiſcente ſic ſcribit: *Cum egreſſus Conſtantinopoli ad*

Septimum miliare pervenisset, Deum illic orasse dicitur in Ecclesia, quam Iohanni Baptistae exstruxerat λέγεται δὲ τότε τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκδημῶν, πρὸς τῷ Ἑβδόμῳ μιλίῳ γενόμενος, προσεύξασθαι τῷ Θεῷ ἐν τῇ ἐνθάδε ἐκκλησίᾳ, ἣν ἐπὶ τιμῇ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ ἐδείματο. Ἕβδομον μίλιον, ubi erat Ecclesia Iohannis Baptistae a Theodosio A. exstructa, si verbum verbo reddas, idem est quod *miliarium Septimum* semel atque iterum Idatio in Fastis, *Septimum ab Urbe miliarium* Marcellino Comiti, non ob aliud quam quia Hebdomon cum sua Iohannis Baptistae Basilica septimo ab urbe Regia lapide distabat Socrates quoque in libri VI. capite VI Hebdomi ab urbe Const. distantiam diserte declarat his verbis: Γαϊνᾶς βάρβαρος ὑποκρινόμενος δαιμονᾷν, ὡς εὐξόμενος τὸ μαρτύριον τοῦ Ἀποστόλου Ἰωάννου (ἑπτὰ δὲ σημείοις ἀπέχει τοῦτο τῆς πόλεως) καταλαμβάνει. *Gaina natione Barbarus arrepticium se simulans, tamquam orationis causa confert se ad Ecclesiam Iohannis Apostoli, quae septem millibus passuum ab Urbe abest.* Quid clarius? Quid apertius? Si non sufficit unum Socratis veteris gravisque Historici testimonium; addemus eiusdem et alterum ex libri VI. Hist. Eccles. capite XII. quod tale est de Epiphanio Episcopo: προσορμήσας τῷ ἐπὶ Ἰωάννην μαρτυρίῳ, ἀπέχει δὲ τοῦτο ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως, καὶ ἐξελθὼν τῆς νεὼς, αὖθις εἰς τὴν πόλιν εἰσέρχεται. *Cum ad Basilicam Iohannis appulisset* VII. *millibus ab Urbe distantem; nave egressus collectam ibi celebravit, et ordinato Diacono, postea civitatem* (Const.) *intravit.* Hoc *Martyrium Iohannis*, vel *Iohannis Apostoli*, Sozomenus de Gaina scribens, *Ecclesiam Iohannis Baptistae, a patre Imper. Arcadii in Hebdomo aedificatam* vocat; Theophylactus Simocatta in libri VIII. capite X. *Ecclesiam Prophetae S. Iohannis Baptistae in Hebdomo* appellat; Theophanes *aedem S. Iohannis Prodromi; templum sancti Iohannis Baptistae* Anastasius Bibliothecarius qui Theophanem transtulit, et Historiae Miscellae liber XVII. Omnino igitur Iohannes Baptista ab Socrate dictus est *Apostolus* pro Praecursore vel Prodromo. Nam Apostolus nuntium missumque significat: qualis utique fuit Iohannes Baptista, qui praemissus est Domino, *et ante eius faciem praeivit ad parandas vias eius;* et de quo Iohannes in Evangelio scripsit: *Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Iohannes.* Nec enim credo Socratem Iohannis Apostoli nomine Iohannem Apostolum unum de XII. et Evangelistam designare voluisse, quandoquidem Constantinopolim patriam suam, ubi natus est, ubi et vitam egit et historiam scripsit, ac suburbana Const. in primis Hebdomon vir tantus ignorare non potuit, et quo Basilica Hebdomi patrono tituloque censeretur. Cum itaque Basilica Iohannis Baptistae in Hebdomo statuta esset a Theodosio A. et ut semel atque iterum affirmat supra Socrates, septimo lapide ab Urbe distaret: quis non videt Hebdomon eadem ratione VII. millia passuum ab urbe Regia Constantinopoli absuisse?

Situm erat in Thracia Hebdomum ad mare Constantinopolim inter et Rhegium, locum in veteri Itinerario a Burdigala Hierusalem usque memoratum: sicuti docent Theophanes, quem Anastasius in Latinum sermonem transtulit, et Historia Miscella in libro XVII. ubi haec de Phocae promotione leguntur: *Prasini exeuntes in Rhegium, magnis laudibus tyrannum Phocam efferebant, et persuadent ei venire in Septimum. Dirigit igitur Phocas Theo-*

dorum a Secretis: qui ingressus magnam Ecclesiam, coram populo legit, ut tam Patriarcha quam Senatus et vulgus venirent in Septimum. Hoc igitur facto, et cunctis convenientibus apud Septimum, pronuntiatur malus, et dominus sceptrorum tyrannus provehitur. Denuntiatio vero tyranni in templo S. Iohannis Baptistae effecta est: ubi duobus moratus diebus, tertia die introivit Regalia, super imperialem sedens carrucam. E loco Thraciae Rhegio venit in Septimum sive in Hebdomon Phocas, ubi appellatus est Augustus; et ex Hebdomo Constantinopolim ac Palatium petiit. Ex quo apparet Hebdomum Rhegium inter et Constantinopolim medium fuisse. Et cum Phocas post acceptum diadema in Martyrio Iohannis Baptistae, heic biduum commoratus dicatur: videtur mihi ista Iohannis Baptistae Basilica Regiam aliquam adiunctam habuisse, in qua novus Imperator una cum Palatinis officiis, totoque comitatu aliquamdiu habitare potuerit. Nimirum erat tum in Hebdomo Palatium Secundianae apud Gregorium Magnum memoratum initio libri XI. Epistolarum hisce verbis: *Coronatus est Phocas et Leontia Augusta in Septimo, Palatio quod dicitur Secundianas.* Idem narrat Theophylactus Simocattus in libri VIII. capite X. nimirum Prasinos apud Rhegium Phocam faustis acclamationibus ac laudibus prosecutos esse, eique persuasisse ut se conferret in Hebdomum, VII. tantum millibus ab urbe Constantinopoli distans: ubi eum a Patriarcha Cyriaco diademate redimitum esse Zonaras tradit. Quin et Mauricius A. anno principatus IX. egressus Constantinopoli, primo ad Septimum sive Hebdomon, mox ad Rhegium pervenit, Thraciam et Hunnos Avares petens: ut in Historiae Miscellae libro XVII. invenimus. *Anno imperii sui* IX. *cum ver inciperet, et agmina pervenissent ad Thracem, exivit cum eis Mauricius videre quae a Barbaris essent eversa. Exeunte autem eo ad Septimum, Solis eclipsis facta est: cumque esset apud Rhegium, multitudines pecuniis animavit.* XII. millibus distabat a civitate Constantinopoli *mansio Regium*, ut docet Itinerarium Burdigalense supra laudatum. Inter utraque loca medium erat Hebdomum seu Septimum, a CP. VII. a Regio V. millibus dissitum.

Zonaras in Theodosio et in Phoca, Cedrenus in Arcadio et in Iustino, ac plurimi alii Hebdomi meminerunt. Ibi et multas leges ab Imperatoribus latas esse, asserit Guidus Pancirolus in Descriptione Constantinopolis Notitiae Imperii Rom. praefixa. Longum ac etiam paene supervacaneum esset, laudare singulos ac universos Scriptores, qui Hebdomon, aut de eius partibus unam aliquam commemorant, tamquam non extramuranam modo, sed etiam ab urbe Constantinopoli notabili intervallo dissitam. Sufficiet de pluribus Auctoribus et Historicis qui Hebdomi mentionem faciunt, paucos attingere. Historia Miscella, cuius auctor Paullus Aquileiensis Diaconus creditur, complura ex Theophane gravi Historico accepta complectitur. In eius Historiae libro XIV. haec reperio: XXX. *imperii Theodosii* (iunioris) *anno terrae motus magni facti sunt Constantinopoli per* IV *menses; ita ut timentes Byzantii, extra civitatem in loco qui dicitur Campus, essent perseverantes, una cum Episcopo* (Proclo) *ad Deum precibus et litaniis vociferantes.* Theodorus Lector in libro I. Historiae Eccles. eiusdem *Campi*, et supplicationum ibi fieri solitarum non semel meminit. Dicitur enim Marcianus Theodosii successor ad

ſupplicationes quae fiebant in *Campo*, (ἐν τῷ Κάμπῳ) pedes extra Urbem progreſſus, multas et magnas egentibus pecunias donaviſſe, Anatoliumque Epiſcopum hortatus eſſe, ut iuxta morem Epiſcoporum novae Romae *a Tauro* usque *ad Campum* lectica vectus ad ſupplicationem procederet: qui cum Marcianum pedibus incedentem videret, ipſe quoque pedes proceſſerit. Idem memoriae prodidit, Marcianum A. iterum ad ſupplicationem proceſſiſſe *in Campum* VII. Kalendas Februarias. Utrubique hic eſt *Campus Hebdomi*. *D. Ioviano et Varroniano Coſſ. levatum eſſe Valentem A. Conſtantinopoli in milliario* VII. *in Tribunali*, Faſti a Sirmundo editi docent: item *Merobaude II. et Saturnino Coſſ levatum eſſe Arcadium A. Conſtantinopoli* (id eſt prope Conſtantinopolim, apud Conſtantinop.) *in milliario* VII. *in Tribunali*. Ex quibus Valens *in Suburbano* factus Imperator dicitur in libro XXVI. Ammiani M. *in Hebdomo*, ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, in Chronico Alexandrino. Arcadium autem Marcellinus Comes in Chronico VII. *ab Urbe milliario coronatum* refert: Chronicon Alexandrinum Conſtantinopoli *in Tribunali* Hebdomi, ἐν τῷ Τριβουναλίῳ τοῦ Ἑβδόμου. Ibi Rufinus Praefectus Praetorio a militibus, quibus ex Italia domum redeuntibus Arcadius extra Urbem occurrerat, eſt interfectus: quam caedem ad pedes Imperatoris *in Tribunali*, ἐν τῷ λεγομένῳ Τριβουναλίῳ, factam eſſe Philoſtorgius in libro XI. et Nicephorus Calliſtus in libro XIII. ſcribunt. Hi Auctores apertiſſime indicant *Hebdomum* cum ſuo *Tribunali* ſeptimo ab urbe Regia milliario abfuiſſe: quod Socrates et Sozomenus ſupra iam laudati cum de *Baſilica Ioannis Baptiſtae* non ſemel dicunt, eadem opera et de *Hebdomo* dicunt. Theodorus Lector in libro I. auctor Chronici Alexandrini, Nicephorus Calliſtus in fine libri XIV. aliique tradunt, Marcianum *in Septimo*, ἐν τῷ Ἑβδόμῳ, Auguſtum appellatum eſſe: quem Idatius in Chronico late et improprie *apud Conſtantinopolim a militibus factum Imperatorem* dicit. Baſiliſcus *in Campo*, ἐν τῷ Κάμπῳ, poſt depulſum Zenonem Imperator eſt conſalutatus: uti refert in libro I. Theodorus Lector: *Tiberius Conſtantinus A. accito Patriarcha Iohanne et Senatu, in Tribunalium lectica eſt deportatus, et cum conſilio Sophiae A. Mauricium generum ſuum pronuntiavit Imperatorem:* ſicut in Hiſtoriae Miſcellae libro XVII. traditur. De provectione Phocae ſupra diximus: *Phocas Tyrannus peremit Mauricium una cum maſculis* V. *pueris eius, et horum capita iuſſit poni in Campo Tribunalii diebus multis: et exivit ab Urbe, et contemplabatur ea*, quorum nuda corpora *in Tribunal* abiecta eſſe ait Nicephorus in libro XVIII. *Anno imperii* VII. *Phocas Macrobium Scribonium iuſſit ſagittari apud Septimum, pendentem in lancea in qua tirones exercebantur, quaſi conſcium inſidiarum ſuarum:* quemadmodum docet Hiſtoria Miſcella in libro XVII. Nimirum in *Campo Hebdomi* ad lanceam ibi fixam ſolebant tirones exerceri. Militum autem exercitationes campeſtres extra urbes fiebant. Ex quibus omnibus apparet, usque ad Mauricii et Phocae principatum *Hebdomum* cum Martyrio Ioannis Bapt. cumque *Campo* et *Tribunali* non ſolum extra urbem Auguſtam fuiſſe, ſed etiam ab ea procul abfuiſſe. In libro Hiſtoriae Miſcellae XIX. haec reperio de Conſtantino Pogonato ſive Barbato Heraclii A. pronepote: *Anno* V. *imperii Conſtantini Deum impugnantium Saracenorum ſtolus adſcendens applicavit in Thracenſibus partibus, a ſummitate videlicet Septimi quae vergit ad Occidentem, et rurſus usque ad*

arcem quam Cyclobium dicunt, quae ſpectat ad Orientem. Et infra: *A brachialio Aureae portae usque Cyclobium.* Hoc eſt quod prodit Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus in rebus Heraclii A. et eius filiorum ac nepotum, initio principatus Conſtantini Pogonati maximam Saracenorum claſſem *ad Hebdomon* Conſtantinopolis ſuburbanum appuliſſe. Nimirum anno v. regni Conſtantini Barbati, Chriſti DCLXXIII. ad loca propinqua urbi Regiae quam obſidere decreverant, appulere Saraceni; Urbem utique ipſam non intravere. Idem Theophanes ab Anaſtaſio Bibliothecario translatus, Zonaras et Cedrenus ſcribunt. Ex quibus facile intelligitur, *Hebdomon* aliquot paſſuum millia tum ab urbe Conſtantinopoli abfuiſſe cum pars Hebdomi, quam *ſummitatem Septimi* Hiſtoria Miſcella, Gillius *promuntorium Hebdomon* appellat, longe ab Urbe abfuerit. In libro XXIV. Hiſtoriae Miſcellae de Leone Armenio haec leguntur: *Leo veniens ad Tribunal ante Urbem poſitum una cum Praetoribus et exercitibus, valde legitimus Romanorum Imperator oſtenditur, et die media Conſtantinopolim per Carſii portam ingreditur, et ad Regalia pervenit: poſtera vero die coronatus eſt a Nicephoro Patriarcha in ambone maioris Eccleſiae.* Ubi legendum videtur non *Carſii portam*, ſed *Chryſen portam*, id eſt Auream portam. Cedrenus enim eadem enarrans eisdem fere verbis ait, διὰ τῆς χρυσῆς πόρτης. Cum igitur *in Tribunali Hebdomi* Leo a militibus conſalutatus Imperator, mox Conſtantinopolim ac Palatium intramuranum Aurea porta ingreſſus, poſtridie demum in maiore Eccleſia coronam acceperit: apparet anno Domini DCCCXIII. imperii Leonis Armenii primo, *Hebdomon*, ac partem Hebdomi *Tribunal* procul ab Urbe diſſitum, et portae Aureae adverſum ac longo intervallo obiectum exſtitiſſe. Leo Grammaticus in Vita Conſtantini Porphyrogenneti tradit, Symeonem Bulgarum Regem cum magno exercitu ad urbem CP. veniſſe, et foſſam a Blachernis usque ad portam Auream duxiſſe: ſed perſpecta Urbis moenium firmitate, cognitisque opidanorum viribus et machinis de expugnatione deſperantem, in Hebdomon ſe recepiſſe, ibique de pace egiſſe. Idem in capite v. ſcribit, Romanum Caeſarem cum Conſtantino A. genero ſuo *ad Tribunal* ſe contuliſſe, et poſtquam ibi ſtipendium militibus erogaviſſet, in palatium mox reverſiſſe. Subiicit in capite VIII. Mariam Chriſtophori A. filiam, Imper. Romani neptem, Conſtantinopoli Petro Bulgarum Regi nupſiſſe: quam in Bulgariam cum viro ſuo proficiſcentem parentes usque *ad Hebdomon* honoris cauſa fuit proſecuti. Anno autem Chriſti DCCCCXII. Conſtantinus Porphyrogennetus Leonis Philoſophi filius imperare coepit: anno DCCCCXIX Romanus Lecapenus eius ſocer, primum Caeſar, mox Auguſtus eſt appellatus. Tum ergo adhuc *Hebdomon*, et *Tribunal*, vel potius Campus Hebdomi, quo milites ſtipendium aut certe donativum accepturi convenerant, non modo extra urbem CP. erat, ſed etiam ab ea ſat longe diſtabat. Quid apertius? Georgius Pachymeres res geſtas Imperatorum Michaelis et Andronici Palaeologorum ſcripſit. Is in libri 2. capite 21. tradidit, quosdam de exercitu Imperatoris, qui caſtrum Galati a Genuenſibus occupatum terra marique obſidebat, veniſſe *in Hebdomon*, et ibi Monaſterii reliquias, ac Eccleſiae quae in ſtabulum mutata erat, ruinas, corpusque integrum Imper. Baſilii Bulgaricidae reperiſſe: quem Romani A filium a caede plurimorum Bulgarum Graeci Βουλγαροκτόνον cognominavere. Haec ruinoſa Eccleſia in ſtabulum converſa,

haud dubie erat ipſa Iohannis Baptiſtae Eccleſia in Hebdomo, VII. ab urbe Regia CP. lapide diſtans: in qua Baſilius A. Baſilii Macedonis abnepos ſepeliri ſe iuſſerat. Nondum autem Francis Michael Palaeologus Conſtantinopolim eripuerat. Ut appareat circa annum Chriſti M. CCLX. Hebdomon ſive Septimum una cum ſuo Iohannis Baptiſtae Martyrio ab urbe CP. procul adhuc abfuiſſe.

Pluribus argumentis ad rem tam manifeſtam probandam nobis opus non eſt. Praeſtat rationes adverſariorum refellere: quos inter Gillius qui Conſtantinopolim ſuam nobis reliquit, facile primas tenet; vel potius unus eſt inſtar omnium. Qui igitur Gillium refellere potuerit, cenſendus erit in eo uno omnes eius opinionis ſectatores proſtraviſſe. Ac primum verba ſupra laudata Sozomeni in libri VII. capite XXIV. ſcribentis, *Theodoſium egreſſum Conſtantinopoli, cum ad* VII. *miliare perveniſſet, Deum ibi oraſſe in Iohannis Bapt. Eccleſia a ſe exſtructa:* ita exponit Petrus Gillius in libri IV. de Conſtantinopoli capite I. *Theodoſius egreſſus unum miliare extra Conſtantinopolim, in aede Iohannis Bapt. quam ipſe conſtruxerat in Hebdomo ſuburbio, Deum precatus eſt.* Haeccine eſt verborum ac ſenſus Sozomeni expoſitio, an potius impoſitio, vel aliorum pro aliis ſuppoſitio, πρὸς τῷ Ἑβδόμῳ μιλίῳ γενόμενος, *egreſſus unum miliare extra Conſtantinopolim?* An Gillius talem interpretationem aut probavit ipſe, aut aliis perſuaderi poſſe ſperavit? Si haec nobis in veteres Auctores licent, quid non licebit? Pergit Gillius: *Qui neſciunt Hebdomum eſſe ſuburbanum Conſtantinopolitanum, interpretarentur ad* VII. *miliare Theodoſium extra Urbem progreſſum. At Hebdomum ſuburbium eſt ex eodem Sozomeno, quum alibi dicit* (lib. VII. c. XXI.) *Theodoſium caput Iohannis Baptiſtae ex vico Coſilai qui Pantichio Calchedonenſis agri loco proximus erat, transtuliſſe, et poſuiſſe ante Conſtantinopolim* (πρὸ τοῦ ἄστεως Κωνσταντινουπόλεως) *in loco Hebdomo dicto: quem nos ſuburbium olim fuiſſe, nunc intra Urbem eſſe mox declarabimus.* Haec ille. Eſt quidem *Hebdomon* Conſtantinopolis *ſuburbanum,* cum ab Ammiano praeter ceteros ſic appelletur: ſed (ut vel nomine ſuo ſolo indicat) ab Urbe nihilominus VII. millibus paſſuum diſtat: non autem uno milliario ab ea diſcretum eſt, ſicut Gillio placet: nec umquam Conſtantinopolis moenibus incluſum fuit. In Defenſione Diſceptationis meae de Baſilicis pag. 339. 340. et ſequentibus docui, Latinis Scriptoribus *ſuburbana,* Graecis προάστεια dici loca, quae V. VI. VIII. X. XII. millibus paſſuum, itinere etiam diei ab urbibus abeſſent. Nimirum ſuburbanorum vel προαστείων (quod maxime notandum) duo ſunt genera. Altera enim ſunt ſuburbana proprie dicta, videlicet muris portisque urbium proxima ac paene continua, quae plerique ſuburbia. recentiores noſtri Scriptores *burgos ac forenſes burgos* appellant; qualia ſuburbana ſola Gillius agnovit haud dubie, et praeter quae nulla alia videtur nota habuiſſe; ita ut *Hebdomon,* quia *ſuburbanum* Conſtantinopolis nonnumquam vocatum eſt, urbis Regiae muris proximum, et ab ea uno tantum lapide diſſitum, deinde intramuranum factum fuiſſe crediderit. Altera ſuburbana ſunt late atque improprie ſumta, loca ſcilicet remotiora a moenibus, VI. VIII. X. et amplius milliariis ab urbibus ſeparata: quale eſt *Hebdomon* noſtrum, *ſuburbanum* Conſtantinopolis Ammiano dictum, in libro XXVI. ubi

Valens a fratre Imperator eſt factus. Tale ſuburbanum Naiſi vel Naeſſi, opidi Daciae mediterraneae, cuius meminit idem in eodem libro c. 5. hiſce verbis: *In ſuburbano, quod appellatum Mediana a civitate* (Naeſſo) III. *lapide diſparatur, etc. Daphnen amoenum et ambitioſum Antiochiae ſuburbanum* Ammianus in libro XIX. c. 12. Uſuardus in Babyla *ſuburbium Antiochiae* appellat; προάστειον Iohannes Chryſoſtomus; ἐπίσημον τῆς Ἀντιοχείας προάστειον Sozomenus in libro V. Et Daphne cum templo Apollinis et fonte Caſtalio, et cum luco Daphnenſi ac Baſilica Babylae M. XI. ſtadia ſeu V. millia paſſuum aberat ab urbe Antiochia, quae ab eo ſuburbano cognominata eſt Antiochia Epidaphnes. *Suburbanum fretum* in libri V. Epigrammate I. nuncupat Martialis mare ad Antium, *Albam* item *ſuburbanam* in Epigrammate ad Criſpum: cum Antium ab urbe Roma itinere diei, Alba XII. milliariis abſit. *Decimum* ſuburbanum Carthaginis ſimiliter dixere, quod tamen (ut ait Procopius) ab ea diſtabat ſtadiis LXXVIII. ſive milliaribus decem. Supervacuum eſſet pluribus exemplis rem adeo certam et manifeſtam confirmare.

Nihil igitur obſtat, quo minus *Hebdomon* ſeu *Septimum* quod VII. ab urbe Conſtantinopoli millibus diſtat, *Suburbanum* tamen a Latinis Auctoribus, προάστειον vocetur a Graecis, et πρὸ τοῦ ἄστεως Κωνσταντ. fuiſſe a Sozomeno dicatur, a quibusdam etiam *ad Conſtantinopolim, et Conſtantinopoli:* cum veteres et recentiores Scriptores linguae Latinae peritiſſimi paſſim ita locuti ſint. Diximus ſupra Gillium ad unum milliarium extra Conſtantinopolim *Hebdomum* ſuburbanum et Eccleſiam Iohannis Baptiſtae gratis et citra ullam auctoritatem poſuiſſe, ut nimirum facilius legentibus perſuaderet, *Hebdomon* iſtud cum Martyrio Iohannis Bapt. aucto pomoerio Urbis moenibus incluſum fuiſſe. Sed quoniam intelligebat ſuam hancce de tantula Hebdomi ab urbe Regia diſtantia opinionem ſolo nomine ſatis refelli: novam homo ingenioſus commentus eſt huius appellationis originem, affirmavitque *a ſeptenario numero ſuburbiorum, quae nomina retinuerint etiam incluſa in Urbem, Hebdomon dictum eſſe.* Sed quam confidenter haec aſſeruntur, tam facile negantur a nobis. Quando enim, aut ſub quo Principe adeo promota ſunt Conſtantinopolis pomoeria, ut ſeptem ſuburbana ſua illa ſuis muris incluſerit, et unum ex his ſeptem *Hebdomum* a numero ſuburbiorum dictam veterem ſuam appellationem ſervaverit? An quod anno Chriſti MCCLX. nondum factum erat, poſtea praevalentibus Turcis et velut iugulo Imperatorum Orientis cotidie imminentibus fieri potuit, ut Conſtantinopolis tantis incrementis augeretur, et ſeptem ſuburbana iſta muris includeret? Turcis quidem Conſtantinopoli dominantibus haec contigiſſe nemo ſanus crediderit. Futile ſit his nugis refellendis diutius immorari, cum nullo firmo fundamento nitantur. Poſtremo Gillius in capite IV. libri V. de Topographia CP. adiicit quae ſequuntur: *Suburbium Hebdomum in* VI. *colle fuiſſe, qui nunc eſt intra Urbem, oſtendit aedes Iohannis Baptiſtae, quam etiamnum Graeci vulgo vocant Prodromi, maxima ex parte diruta.* Si qua fuit vivo Gillio, ſeu Franciſco I. regnante, ſi qua eſt et nunc Conſtantinopoli qualiscumque Eccleſia ſancti Iohannis Prodromi, plane differt ab Eccleſia eiusdem Prodromi et Baptiſtae in Hebdomo ſita, cum VII. ab ea millibus paſſuum diſtet, et praeter Patroni appellationem nihil

haec habet cum illa commune. Praeterea Graeci (ut ſunt nunc omnium antiquitatum, omnium fere omnes litterarum ignari) in aſſignando titulo iſtius Eccleſiae Iohannis Bapt. et Prodromi facillime errare poſſunt, fallaci maiorum traditione decepti. Nemo enim veterum quos quidem legerim, Eccleſiae ſancti Iohannis Prodromi Chriſti intra muros Conſtantinopolis ullam mentionem fecit. Guidus quidem Panciroſus de opinione Gillii ſic loquitur: *Gillius nunc intra urbem Regiam eſſe vult Hebdomum in* VI. *colle, et a numero ſuburbiorum Septimum* (ſive Hebdomon) *vocari.* Sed nihil adiicit, ita ut omnino a Gillio disſentire videatur. Sextum porro iſtum *collem,* in quo Hebdomon ſitum ſuerit, et qui una cum Hebdomo poſtea urbe incluſus ſit, omnes ignorant. Iam vero ſi quando incluſum Conſtantinopoli eſſet Hebdomum, non ſolum cum Baſilica ſua Ioannis Baptiſtae et Prodromi, ſed etiam cum reliquis ſuis membris ſimul et ſemel utique eſſet incluſum. Oſtendant ergo nobis qui ita ſentiunt, *in* VI. *colle ſuo* intra Conſtantinopolim cum *Eccleſia Prodromi Tribunal;* oſtendant *Campum;* oſtendant *Palatium Secundianas,* vel ſaltem trium iſtarum Hebdomi partium reliquias ibi aliquas, ſed indubitatas, aliqua certa veſtigia. Hoc Petrus Gillius, et inter Gillii ſectatores Fresnius Cangius, qui noviſſimam Conſtantinopolis Deſcriptionem vulgavit, adeo non fecere, ut ne harumce quidem Hebdomi partium usquam meminerint: quas tamen ſimul cum Hebdomo et Baſilica Prodromi ex ſuburbanis una eademque opera eisdemque ingenioſi alicuius machinis Conſtantinopolim transferri oportebat. Ex his quae ſupra diximus apparet vel caeco, Hebdomon ſive Septimum cum IV. ſuis partibus, quas primi diligenter explicuimus, nimirum cum *Campo,* cum *Tribunali,* cum *Martyrio* vel *Eccleſia Iohannis Baptiſtae,* et cum *Palatio Secundianis,* non modo ſemper extra Conſtantinopolim poſitum fuiſſe, ſed etiam ab Urbe VII. millia paſſuum ſemper abſuiſſe, id eſt ſemper *ſuburbanum* exſtitiſſe, numquam intramuranum; ſemper vere *Hebdomon* ac nominis ſui, et unius eiusdemque, videlicet VII. milliariorum, ab Urbe diſtantiae.] HADRIAN. VALES.

Auguſtum] cf. XXVII, 6 extr. *In modum Apparitoris morigerum* XIV, 11. XVI, 7. XX, 8. W.

4. *Conſtricti rapidis febribus.*] Idem ſcribit Zoſimus in lib. 4. c. 1. niſi quod Valentinianum ſolum febre correptum fuiſſe prodit, idque cum a Nicaea Conſtantinop. peteret. VALES.

Crudo] iracundo et ſaevo c. 5. *Iuventio Siſciano,* in urbe Pannoniae Siſcia (Siſſek) nato. W.

Tamquam clandeſt. praeſtigiis laeſi.] Zoſimus, ὑποψία, inquit, αὐτὸν εἰσῄει ψευδὴς, ὡς ἐκ τινὸς γοητείας ἐκ τῶν Ἰουλιανοῦ φίλων αὐτῷ σκευωρηθείσης νοσοίη. *Suſpicio quaedam eum perculit falſa, ne ex praeſtigiis amicorum Iuliani, ac maleficis in morbum incidiſſet.* Subiicit deinde Zoſimus viros dignitate conſpicuos eius rei inſimulatos eſſe, ſed induſtria et dexteritate Salluſtii Praefecti Praet. diſcuſſas eſſe calumnias. VALES.

5. *Scotti et Attacotti Britannos aerumnis, etc.*] Ita lib. XXVII. c. 5. *Attacotti bellicoſa hominum natio, et Scotti,* ut hinc vicinam eſſe gentem coniicere liceat. In Notitia quoque Imperii nominantur *Attecotti iuniores, Attecotti ſeniores:* et inter auxilia Palatina *Honoriani Attecotti iuniores.* LINDENBR.

Picti, Saxones, Scotti et Atacotti] De his omnibus vide XXVII, 8. XXVIII, 5. et Mannert Britannien p. 91. W.

Austoriani, Mauricaeque aliae gentes.] Inf. lib. XXVIII. c. 6. *Austuriani his conterminant.* Utrobique legendum videtur, *Ausuriani*, vel *Ausoriani*. Iohannes Cf. in Eclogis legationum ex Prisco: Ἐς τὴν Λιβύαν διαβάντα ἐπὶ τῇ πρὸς Αὐσοριανοὺς μάχῃ. Synesius Ἀσουριανοὺς vocat, Epist. LVII. et in Catastasi de Pentapoleos calamitate. LINDENBR.

Gothorum] De hoc populo, cuius prima hic mentio fit, conferri merentur quae monuit Tzschuckius ad Eutrop. X, 7. p. 766. ff. W.

6. *Causando quod post Ioviani excessum, cum quo foedus.*] Non caret res exemplo. Sic enim Fidenates, postquam Romulus in terris esse desiisset, iterum in Romanos arma moverunt, ac si cum Romulo saltim, non cum Romanis pacis foedere coiissent. Dionysius Halicarn. lib. III. c. 22. τοῖς παραγενομένοις ἐκ Ῥώμης πρεσβευταῖς πυνθανομένοις τὴν αἰτίαν τῆς ἀποστάσεως ἀπεκρίναντο (Fidenates) μηδὲν αὐτοῖς ἔτι πρᾶγμα πρὸς τὴν Ῥωμαίων πόλιν εἶναι κοινὸν, ἐξ οὗ Ῥωμύλος ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἐτελεύτησε, πρὸς ὃν ἐποιήσαντο τῆς φιλίας ὅρκια. Nec secius arbitrati Apuli, et reliqui Latini omnes Anco Marcio mortuo; itaque et agros incendere, praedasque agere ut hostes inceperre. Turnus quoque Herdonius dicebat, foedus quod Latini cum Tarquinio Prisco icerant, morte illius interveniente ruptum, τὰς συνθήκας, ἃς ἐποιήσαντο πρὸς τὸν πάππον αὐτοῦ (Tarquinium Priscum intelligit) παραδιδόντες τὴν ἡγεμονίαν, λελύσθαι λέγων μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον, διὰ τὸ μὴ προσγεγράφθαι ταῖς ὁμολογίαις τὴν αὐτὴν εἶναι δωρεὰν καὶ τοῖς Ταρκυνίου ἐγγόνοις. Dionysius Halicarn. lib. IV. c. 46. Tale fuit responsum Persei Macedonum Regis, *Foedus cum patre ictum ad se nihil pertinere.* Livius lib. XLII. c. 25. Aliaque similia exempla in prisca Historia, saeculi praesertim medii, in facili est observare. LINDENBR.

Quae antea ad maiores suos pertinuisse.] Armenia primo quidem Persis paruit: eamque Satrapa missus a Rege Persarum administrabat: postea victis ab Alexandro Persis, in Macedonum ditionem venit, et Syriae Regibus obtemperavit usque ad tempora Antiochi Magni: quo a Romanis superato, Artaxias et Zariadres, cum antea Regis illius in Armenia Satrapae fuissent, regnum occupaverunt ut scribit Strabo in lib. XI. p. 531. Almel. Tandem a Parthis regnum illud occupatum est, et Parthorum Rex fratrem suum Arsacem nomine Armeniis Regem imposuit, ut colligo ex Procopii lib. 2. Pers. initio, et ex lib. eiusdem 2. de Fabricis Iust. VALES.

CAPUT V.

1. *Naessum*] Illyrici urbem XXI, 10. — *Comites* Duces. W.

3. *Aequitius*] quem Ioviani successorem quidam proposuerant c. 1. *Sacramento digressus* sponte. W.

Recinctus est.] Recingi dicitur, qui cingulum militare rursus accipit, quod ἀναζωννύεσθαι Graeci vocant. Sic Themistius in fine Orat.

Orat. 6. ἀλλ' ἀπαυδῶντα καὶ παρειμένον οἷόν τινα εὐδόκιμον παλαιστρατιώτην ἀνακαλεῖται καὶ ἀναζώννυσι. *Sed fatiſcentem et fractum, tamquam magni nominis veteranum revocat, et recingit.* VALES.

4. *Diviſo palatio*] urbibus, quibus pro ſedibus domiciliisque uterque uterentur. W.

5. *Praefecti* Praetorio; (magiſtratus civiles.) — *Illyrico.* Deeſſe videtur praefectus Illyrici orientalis, ſed utrumque Illyricum et orientale et occidentale ſimul adminiſtraviſſe cenſendus eſt. W.

7. *Ab Urſacio tunc Magiſtro Officiorum*] Magiſter Officiorum legationes tractabat, unde et ſub diſpoſitione ſua habebat ſcrinia ſacra, ut legationibus non civitatum ſolum, ſed etiam exterarum gentium reſponderet. Scrinium quoque Admiſſionum ſub eius erat adminiſtratione, ut teſtatur Imperii Notitia, quo legatos nationum in Conſiſtorium introduceret. Quocirca a Caſſiodoro in lib. 6. Epiſt. 6. *adſpectus Regii haud irritus promiſſor* dicitur, *collocutionis Regiae glorioſus donator, aulici Conſiſtorii quaſi quidam Lucifer.* Et paullo poſt: *Per eum exteris gentibus ad laudem Reip. noſtrae ordinatur humanitas, et volentes redeunt, quos maerentes exceperat: per eum quippe legatorum quamvis feſtinantium praenuntiatur adventus.* Quod ſi intelligo. Sub Magiſtro Officiorum erat ſchola Agentum in rebus, ex qua ſchola Curioſi per omnes provincias, et ad limites mittebantur: per eos Curioſos in limite conſtitutos nuntiabatur Magiſtro Offic. ſi qua legatio a barbaris gentibus ad Imp. mitteretur. Nam ut ait Priſcus Rhetor in Hiſtoria pag 26. πατῶν γὰρ τῶν βασιλέως βουλῶν ὁ μάγιστρος κοινωνὸς διὰ δὴ τῶν τε ἀγγελιαφόρων καὶ ἑρμηνέων καὶ στρατιωτῶν τῶν ἀμφὶ τὴν βασιλείαν φυλακὴν ὑπ' αὐτὸν τεταγμένων. *Omnium Imp. conſiliorum Magiſter Offic. particeps eſt, tum propter Veredarios, ſeu Agentes in rebus, et interpretes, tum ob milites circa palatium excubantes, qui omnes ſub illius adminiſtratione ſunt poſiti.* Hinc apud eumdem Priſcum Legatos Gobazis Regis Lazorum Euphemius Magiſter Off. in Conſiſtorium induxiſſe dicitur: et apud Corippum in lib. 3. v. 233.

Legatos Avarum iuſſos intrare Magiſter
Ante fores ſacras divinae nuntiat aulae,
Orantes ſeſe veſtigia ſacra videre
Clementis Domini: quos voce et mente benigna
Imperat admitti.

Lucianus de Dea Syria εἰσαγγελέα vocat quem Romani Magiſtrum Officiorum ſeu Admiſſionum. Sic enim ait: ἀπίξεαι δὲ παρ' ἡμέας ἄνευ εἰσαγγελέως. Atque idcirco Magiſter Offic. ante velum ſacri Conſiſtorii ſtabat: ut praeter Corippum in hoc quem adduxi loco, teſtatur S. Athanaſius in Apologia ad Conſtantium ſub initium, ubi purgat ſeſe, nec umquam niſi honorifice de Conſtantio apud Conſtantem verba feciſſe aſſerit: δύναται καὶ Εὐγένιος ὁ γενόμενος μάγιστρος μαρτυρῆσαι· αὐτὸς γὰρ εἱστήκει πρὸ τοῦ βήλου, καὶ ἤκουεν ἅπερ ἠξιοῦμεν αὐτὸν, καὶ ἅπερ αὐτὸς κατηξίου λέγειν ἡμᾶς. *Poteſt etiam Eugenius, qui tum Magiſter erat Off. teſtimonium dicere: hic enim ante velum ſtabat, et quae petebamus nos, et quae ille nos dicere volebat, audiit omnia.* Eidem Off. Magiſtro legati exterarum gentium referebant ea, de quibus cum Imp. acturi venerant. Hinc apud Menandrum Pro-

tect. in lib. 8. cum is, qui a Secretis erat Hormisdae Perſarum Regis, legatos Rom. interrogaſſet, ecquid acturi venerant: nequaquam ipſi, ſed illi a Latinis Magiſter Off. dicitur, id enuntiandum eſſe dixerunt. Sed quando in tractationem hanc incidimus, operae pretium facturus mihi videor, ſi et reliquas illius dignitatis partes ſummatim attigero, quo perfectior eius notitia lectoribus ingeneretur. Igitur ſub eius diſpoſitione fuerunt officia Palatina, et Scholae: quod et Rutilius in lib. 1. Itinerarii declarat v. 563.

Officiis regerem cum regia tecta Magiſter,
Armigerasque pii Principis excubias.

Poſterior enim verſus de Scholis Palatii intelligendus eſt: de quibus ad lib. xiv. c. 7. dixi. Idque teſtatur praeter Notitiam Imperii Caſſiodorus in formula Magiſteriae dignitatis lib. 6. et totus titulus in Codice Iuſt. de officio Mag. Off. Prior autem verſus ad officia regiae domus pertinet, quae Magiſter regebat, unde etiam nomen habuit. Graeci quoque ἡγούμενον τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων vocant, ut Zoſimus in lib. 2. et 3. Zonaras in Conſtantio. At Procopius, et Agathias ac Menander μάγιστρον ſeu προεστῶτα vocant τῶν ἐν τῇ αὐλῇ ταγμάτων: quae parum inter ſe differunt. τάξεις quidem proprie ſunt officia, ut in Iuliani et Syneſii Epiſtolis occurrit; et in Gloſſis veteribus, τάξις ἄρχοντος, *Officium. Apparitio.* ταξιώτης, *Officialis.* Inter officia autem quae Magiſtro Off. parebant, primi numerantur Menſores in Notitia Imperii. Hi erant qui hoſpitia ſingulis in palatio militantibus metabantur, ut docet lex 4. et 5. Cod. Theod. de metatis, quae ad Magiſtros Off. directae ſunt. Menſores etiam dici poſſunt, qui menſuras et pondera annonae publicae tractabant: unde et cum cellariis recenſentur in lege ult. Cod. de diverſis off. Peraequatores victualium rerum vocat Caſſiodorus in formula Magiſteriae dignit. Eius enim erat, menſuras et pondera ſpecierum annonar. in urbe Regia conſtituere, ut ibi docet Caſſiodorus. Quo ſenſu Menſores dicuntur in Cod. Theod. lege 1. de Canone frum. urb. Romae; et lege 9. de piſtoribus: et in antiquis Inſcriptionibus. Poſt Menſores ſequuntur in Notitia Lampadarii: quos ſub Magiſtro Off. fuiſſe docet Novella Theod. de Lampadariis, data ad Opilionem Mag. Off. His iungendi ſunt Curſores et Decani: haec enim tria officia coniunctim numerantur in lege ult. Cod. de div. off. Curſores ſunt, qui ante agmen Imp. comitatus praecurrebant, cum Lampadariis ignem ſeu lampadem praeferentibus. De quibus Corippus in lib. 2. v. 293.

— — praenuntius ante
Signa dedit Curſor, poſita de more lucerna.

Horum Primicerius Protocurſor dicitur in lib. 17. Hiſt. Miſcellae. De Lampadariis vide Gloſſarium Meurſii. Decani autem erant, qui faſces Principi praeferebant. Cedrenus enim ait Decanos a Romanis dici τοὺς ῥαβδούχους. De his Chryſoſtomus in Epiſt. ad Hebraeos, Homilia 13. καὶ τῶν λεγομένων δεκανῶν τόπον ἐπέχοντες ἐν τοῖς βασιλείοις: gravi errore Meurſii, qui in Gloſſario hos cum lecticariis illis Eccleſiae qui ſepulturas curabant, confudit; quem refutant verba Chryſoſtomi, et Imp. in lege 2. Cod. de Decanis, Ambroſius in Epiſt. 33. denique Corippus in lib. 3. v. 358. qui et hos ſub Magiſtro Off. fuiſſe ſatis indicat.

— — schola cuncta Palati
Iussa suis adstare locis: iamque ordine certo
Turba Decanorum, Cursorum, in rebus Agentum,
Cumque Palatinis stans Candida turba Tribunis,
Et Protectorum numerus: mandante Magistro
Omnis sacrorum vis adfuit Officiorum.

Ubi et Protectorum scholam sub Magistro Off. fuisse significat: quod notandum est. Sed et lex 2. Cod. de Decanis ad Helionem Mag. Off. dirigitur. Ad haec scrinia sacra sub eius dispositione fuere, ut Notitia declarat: unde in sacris Scriniis militantes apud Magistrum Off. conveniri oportebat lege 12. Cod. de proximis sac. scrin. et totius fere tituli leges ad Magistros Off. scriptae cernuntur. Denique officium Admissionum eis parebat, de quibus supra dixi. Praeter hos Castrensiani ac Ministeriani eius iurisdictioni subiacebant, ut observavi ex lege 3. et 4. de Castrens. quae datae sunt ad Mag. Officiorum. VALES.

Iracundo quodam et saevo] Sic XIV, 5, 6. glabro *quidam* sub vultu latens. W.

9. *Incruenti*] Sic Liv. 8, 29. incruento milite. W.

11. *Equitio aucto Magisterii dignitate.*] Aequitius ex Comite rei militaris Magister militum a Valentiniano factus, postea etiam Consulatum gessit cum Gratiano, anno Domini 374. de quo Hieronymus in Chronico ad annum 373. haec dicit: *Equitius Comes Illyrici iniquissimis tributorum exactionibus ante provincias quas regebat, quam a barbaris vastarentur, evertit.* Aequitius autem in codice Regio fere semper scribitur cum diphthongo, semel in Editione Augustana. In Chronico Alexandr. et Fastis Idatii MSS. Aequitius similiter exaratur, et in Victoris Epitome, ut testatus est Schottus. Zosimus tamen et Socrates Equitium vocant. Αἰκύτιος quidam recensetur eiusdem nominis in Canonibus Ecclesiae Africanae. VALES.

12. *Egentes adminiculis eius.*] Sic primus edidit Gelenius. Anteriores enim Editiones sic praeferebant, *adminiculis in eiusque legationes, etc.* Ego vero cum in codice Regio et Flor. *Tolos.* [et Colbert.] legi viderem, *adminiculis maenisque:* non dubitavi quin locus hunc in modum restituendus esset, *egentes adminiculis magnis. Iisque leg. etc.* VALES. At vere hoc est specimen supplementorum Castellianorum. Utique non inferciendo tot literas, ultro ex MSS. procedit *egentes adminiculis magnis. Quo legationes* etc. GRONOV.

13. *Tandem denique*] Sic *denique tandem* 17, 12. W.

14. *Vulterium postea Consulem.*] Huius viri nomen primus corrupit P. Castellus, quem ceteri postea sunt secuti. At in Editione Rom. excusum erat *ne Vulterium.* Ego vero cum in codice Reg. *Tolos.* [et Colbert.] *Neulterium* distincte perscriptum offendissem, levi negotio veram scripturam elicui. *Neuterius* in Fastis Idatii dicitur: in Codice Theod. *Neotherius*, quod magis placet. Est enim Graeca vox νεοθήριος. Hic Praefectus Praet. fuit in Occidente sub Valentiniano Iuniore, Consulatu Arcadii I. et Bautonis, ut colligitur ex Cod. Theod. titulo de indulg. crim. et tit. de extraordin. sive sord. mun. et aliis ex locis. Fuerat iam antea Praefectus Praet. Gratiano V. et Theodosio Aug. Coss. ut est in Cod. Theod. de Decurionibus. Consul denique fuit anno

Dom. 390 cum Valentiniano Aug. IV. eique ob hanc dignitatem gratulatur Symmachus in lib. 5. Epist. eodemque anno Praefectus Praet. lege 7. Cod. Theod. de Curiosis. *In veteri Inscriptione Rufii Volusiani scribitur absque adspiratione sic: D. N. VALENTINIANO AUG. ET NEOTERIO CONSS. Praestat igitur hanc scripturam sequi: ut sit Graece νεωτέριος, ut Proterius, Deuterius, et similia.* VALES.

Neotherium postea Cos.] „i. e. Consularem. Sic 28, 2. de Syagrio post Conf. an. 381." REINESIUS. Alio tempore adscripsit: „postea Conf. 390. tamdiu.. supervixit Ammianus." Rursum alio tempore: „Lege *Olybrium*. Melius *Buleforum*, qui Consularis Campaniae A. 365. Ad eum l. 24. Cod. Theodos. de cursu publ. Coss. Valentiniano et Valente AA." W.

Sub patre Cretione] Comite Africae XXI, 7. W.

15. *Partem in Oriente gestorum* huius libri usque ad finem *deinde bella barbarica* cum Alamannis XXVII, 1. Motus Africanos vide XXVII, 9. W.

CAPVT VI.

1. *Procopius*] de quo vide Zosimum IV, 4—8. qui quum non semper consentiat cum Nostro, Reitemeierus tamen maiori fide dignum pronuntiat p. 581. cf. et Gibbonum T. VI. p. 126. ss. W.

Propinquitate principem Iulianum *contingebat*, consobrinus fortasse, ut mater esset soror Basilinae matris Iuliani. v. Ducange Famil. Byzant. p. 49. *A primo gradu* militiae *eluxit*, laudem prae ceteris meruit. — *Perspicaciter* insigniter. W.

2. *In Mesopotamia reliquerat*] XXIII, 3. *Ut pro cognitorum ageret textu*, pro conditione rerum. *Si subsidia rei Romanae languisse sensisset* prout res in Persia male fortasse cedere audisset. W.

3. *Ad regenda communia.*] Et hic graecissat Marcellinus. Graeci enim τὰ κοινὰ dicunt Rempublicam, ut Themistius aliique. VALES. Vid. ad XIV, 1, 1. W.

Vero] Haec vox quid sibi velit nescio, et plures libri ignorant. W.

Clavos summae rei gerendae committi] Bene ita in MS. ut lib. XXI. *Clavos pro fluctuum motibus erigens*. Lib. XXV. *Clavos regendae navis cuilibet periculi socio commiserunt*. Nota est Ciceronis loquendi forma in Orat. pro P. Sextio c. 9. *Quis enim clavum tanti Imperii tenere, et gubernacula Reip. tractare in maximo cursu ac fluctibus posse arbitretur.* LINDENBR.

E medio se conspectu discrevit.] Vulg. *differuit*. haud placet. Lib. XXIX. c. 5. *Insonis gradibus relicto cubili manibus repens et pedibus longius sese discrevit*. Lib. XXXI. *Quindecim millibus passuum a civitate discreti.* LINDENBR.

Cruciabiliter interfectum] XXV. 8. W.

4. *Ad abdita longiusque remota disc.*] Zosimus in lib. 4. c. 4. 5. scribit, Procopium Iuliano mortuo ad Iovianum venisse, eique chlamydem purpuream quam a Iuliano acceperat, (cf. XXIII,

3. W.) tradidisse, ac rogasse ut militiae sacramento solutus domum reverti sineretur. Quo impetrato, Caesaream Cappadociae cum uxore et liberis se contulit, ubi multa praedia possidebat. Post cum Valentinianus et Valens qui hominem suspectum habebant, eum comprehendi iussissent, ille milites missos frustratus, in Euxinum Pontum aufugit, et ibi conscensa nave ad Tauricam Chersonesum delatus est. Sed cum incolas suspectos haberet, inde Byzantium noctu profectus, divertit apud quemdam notum sibi vetusta consuetudine: tandemque re cum Eugenio Eunucho communicata, imperium arripuit. VALES.

* *Formae vitae iam fuisset pertaesum.*] Huius loci emendatio debetur Pricaeo, qui iampridem emendavit *ferinae vitae*. Atque ita loquitur Gellius, cuius verba imitari solet Marcellinus. Hanc emendationem confirmant MSS. codices, Regius et Tolosanus, in quibus scriptum est, *et ferme vitae iam fuissent pertaesum.* * [In Colbertino, *et fermae vita iam fuisset pertaesum.*] VALES.

5. *Ex Palatino milite Senatorem.*] Palatini proprie dicebantur, qui rei privatae et largitionales titulos exigebant, de quibus vide titulum in utroque Cod. de Palat. sacr. larg. Qui vero in hoc officio militaverant, transactis stipendiis inter Senatores seu Clarissimos allegebantur: et quidem inter Consulares, ut ex lege Theodosii 19. apparet in Cod. Theod. de Palatinis, et lege ult. eodem tit. Solebant enim, qui post laboriosae militiae decursa stipendia loco praemii allegebantur in Senatum, inter Praetorios aut Consulares allegi, ut onere Praeturae ac Quaesturae, quae maximis ludorum impensis gerebantur, immunes forent: quod docet Symmachus in lib. 7. Epist. 95. his verbis: *Sed adiicienda est ei praerogativa militiae, ut beneficio allectionis utatur. His quippe tantum munia relaxari Divalia statuta voluerunt, quos castrensis honor illuminat. Si igitur et hoc insigne detuleris, prono cursu inter Consulares allegetur.* Sic Domestici Protectores, cum transactis stipendiis exibant, inter Clarissimos ex Consularibus allegebantur, nec ad ullas Senatorii ordinis expensas vocabantur lege 7. et seqq. Cod. Theod. de Domesticis. Huiusmodi allectionum frequentia a Constantini M. temporibus coepit, qui innumeros ex omni hominum genere in Senatum allegit, ut scribit Nazarius in Panegyr. ad Constantinum. Commodus quoque, cum plerosque inter Praetorios allegisset, Senatum miscuit: ut in Pertinacis vita scribit Capitolinus. VALES.

6. *Ob squalorem vultus*] Fortasse *cultus*, sed nil opus. Alii legunt: ignotus vultu ob squalorem et maciem; Gronov. et Ernesti operarum vitio squalorVm. W.

Incusantium multorum] Adscripsit Reinesius: „Graecismus κατηγορούντων πολλῶν, nisi velis ad *rumusculos* referre.“ Illud non placet, hoc unice verum. W.

7. *Incentivum*] XIV, 1. *socer Petronius* coniugi Valentis nomen fuit Albiae Dominicae. W.

Ex Praeposito Martensium.] Praepositi a Tribunis distinguuntur in lege un. Cod. Theod. de Comitibus et Trib. Schol. et in lege 1. de erogat. militaris annonae, lege 1. de commeatu: et apud Vegetium in lib. 2. cap. 12. denique apud Rufinum in lib. 1. cap. 18. et lib. 2. cap. 5. Hegesippus tamen in lib. 1. cap. 28. Praepositos vertit, quos χιλιάρχους dixerat Iosephus, et

Apuleius in x. lib. Idem Hegesippus in lib. 2. cap. 14. Galbam Praepositum duodecimi ordinis vocat, quem Iosephus ἡγεμόνα, id est legatum vocat. Eorumdem meminit Athanasius in Epist. ad Solitarios: ὁ μὲν στρατηλάτης σεβαστιανὸς ἔγραψε τοῖς κατὰ τόπον πραιποσίτοις καὶ στρατιωτικαῖς ἐξουσίαις. Hi minori videntur fuisse dignitate praediti quam Tribuni, licet Rufinus hoc ordine eos recenseat, *Tribuni, Praepositi, Comites*. Praeerant autem cohorti perinde ac Tribuni, ut docet Vegetius in citato loco. VALES.

Patricius.] Petronius Patricius dicitur in lege 7. Cod. Theod. de filiis militarium pater Albiae Dominicae, quae Valentis Aug. coniux fuit. Procopium tamen Valentis κηδεστήν, id est socerum vocat Zosimus in lib. 5. c. 9. (ubi vid. Reitemeier. p. 415. W.) hominem saevum et humanitatis expertem: sed in nomine fortassis error est. Ceterum de Patriciatus dignitate a Constantino M. instituta, quae ceteras omnes anteibat, vide eumdem Zosimum in lib. 2. c. 10. De iis Priscus in Hist. p. 56. ἐν τοῖς πατρικίοις σὺν ἐκείνῳ καταλεγόμενον, οἳ δὴ τὰς ἀρχὰς ἀναβεβήκασι πάσας. *Nomum, qui una cum Anatolio inter Patricios censebatur, quae dignitas ceteras omnes antecedit.* VALES.

Quadruplicibus nexibus vinciebat.] Vetus codex *quadruplici*, ut L. 8. de iure fisci. L. 1. de his qui ex publ. rat. C. quae his Coss. datae sunt. OISELIUS. Petrus Pithoeus tamen ita legi ait in Ms. eodem *quadrupli nexibus vinc.* In Colbert. codice scriptum etiam reperio *quadrupli nexibus*, non *quadruplici*: ita ut forsitan dicere figurate voluerit Ammianus Petronium Patricium socerum Valentis A. eos quos nudare volebat, quadrupli condemnasse. HAD. VALESIUS. Vid. eius praef. p. LVI. W.

8. *Cum ditaretur luctibus alienis.*] Ins. *Ditandus casibus alienis.* Ut Claudian. 4. Cons. Honor. v. 499.

— — *privatis crescunt aeraria damnis.* LINDENBR.

In rabido corde durissimus] ad rabiem usque saevus ac truculentus — *nec reddendae, nec accipiendae rationis* sani consilii vel capiendi vel audiendi *capax.* W.

Invisior Cleandro.] Spartianus in Commodo. LINDENBR.

Cleandro] Praefecto Praetor. *imperatore Commodo* v. Dion. Cass. LXXII, 12. 13. Lamprid. in vita Commodi 6. 7. Tillemont III. p. 108. W.

Sublata vecordia] stulta superbia — *diversas vexasse fortunas* multos exspoliasse, ad paupertatem redegisse. W.

Onerosior Plautiano.] Spartianus et Herodianus in Severo. LINDENBR.

Onerosior Plautiano Praefecto *sub* Sept. *Severo* Dio Cass. LXXV, 14—16. Tillemont III, 97—106. W.

10. *Ubi felicius acciderit fatum*] In Ms. est *adsiderit.* Inde dubitat Ernestius, an legendum sit *adfuerit*, ut 16, 12. si arbitrium adfuerat vestrum. — *Viso quod capi poterat* possit. W.

12. *Haec, quae maturabat* properabat XVII, 8. *ardenti* anhelanti, cupido perficiendi. — *Impendio tempestivam* admodum opportunam. *Ad Syriam* contra Persas. *Gentem Gothorum ea tempestate intactam*, quibuscum diu bella non gesta, quique inde a Constantino M. et ipsi et filiis adhaeserunt, (iam vero de duo-

bus peregrinis Imperatoribus ad solium evectis non sine indignatione audiverant) *parari* parare se. W.

12. *Clementiorem*] tolerabiliorem. *Aleam periculorum omnium iecit abrupte* ultima experiri temere constituit. W.

Divitenses Tungritanosque iuniores.] Levis variatio lib. XXVII. c. I. *Divitensibus praesidebat et Tungricanis.* Ut etiam in Notitia Imperii p. 1483. *Sub dispositione viri illustris Magistri peditum Praesentalis, Divitenses seniores, Tungricani seniores.* LINDENBR.

Sollemniter ex more *moraturos* quieturos. W.

13. *Sub consecratione*] religione iurisiurandi, (exsecratione sic XV, 5.). W.

Stipendiis excellentes et meritis.] Usu et lege Castrensi id receptum erat, ut non aequalia cunctis militibus stipendia numerarentur: sed novitiis quidem ac tironibus minora, promotioribus autem mediaque iam in matricula inscriptis maiora: veteranis autem, qui mox dimittendi essent, multo maiora: quo et ipsi sacramento soluti reliquum vitae felicius degere, et posteris suis solatii loco aliquid possent transmittere. In horum autem abeuntium locum milites ordine inferiores succedere solebant, et ampliora stipendia pro loco et gradu suo consequi, ut scribit Procopius in Anecdotis p. 104. Qua autem ratione hae promotiones in militia fierent, docet Vegetius in lib. 2. cap. 21. Igitur qui militiae nomen dabat, postremum legionis locum obtinebat, donec decedentibus subinde aliis atque aliis, ad altiorem gradum paullatim adscenderet. Itaque ut novum et insolitum in Marciano notat Evagrius in principio lib. 2. quod ob eximiam fortitudinem a militari quodam numero adscitus est non postremo loco, ut moris est, sed in locum cuiusdam militis nuper mortui. Idem etiam in militia Palatina, et in Officio Praefecturae Praet. et aliorum iudicum ad exemplum armatae militiae observabatur: quod divinum institutum non immerito Vegetius appellat. VALES.

14. *Utque condictum*] uti convenerat. cf. XX, I. et omnino de hac voce Gronov. in Obss. p. 15. *ubi excanduit radiis dies* quaesite pro *primo mane.* W.

Anastasianas balneas] Quae in regione U. C. P. IX. erant, ut in eius Descriptione veteri habetur. LINDENBR.

Anastasianas balneas a sorore Constantini cogn.] Anastasia Constantii Chlori filia, Constantini Magni soror, Bassiano Caesari nupsit, ut legitur in Excerptis de Constantino, quae cum hac nostra Marcellini Editione vulgavimus. Ab eius nomine dictae sunt balneae Anastasianae Constantinop. in regione IX. urbis. At Sozomenus in lib. 6. cap. 9. Anastasianas et Carosianas balneas ab Anastasia et Carosia Valentis filiabus ita appellatas esse prodit: quem secutus est Nicephorus et Auctor Chronici Alexandr. Ceterum hunc Procopii processum ex Anast. balneis egregie describit Themistins in Orat. IX. VALES.

Ubi locata noverat signa] duas illas legiones castra habere. W.

Societate coita nocturna.] „Hinc cum Idacius in Fast. Consular. vocat latronem nocturnum, hostem publicum, addens Coss.

Valentiniano et Valente intra urbem Conſtantinopolin die 4. Kal. Oct. apparuiſſe." Reineſius. W.

Ut Praetoriani quondam poſt Pertinacis necem licitantem Imperii praemia Iulian.] Spartianus in Didio Iuliano c. 2. *Poſteaquam in caſtra ventum eſt, quum Sulpiciano Praefecto Urbi, ſocero Pertinacis, concionante ſibique Imperium vindicante, Iulianum e muro nullus admitteret, primum Iulianus monuit Praetorianos, ne eum facerent Imperatorem, qui Pertinacem vindicaret, — ſane quum vicena quina millia militibus promiſiſſet, tricena dedit.* LINDENBR.

Attenti ad omne compendium] quantum pecuniae promiſſurus eſſet. W.

15 *Subtabidus*] exſanguis. *Paludamento — tunica.* Cf. Salmaſ. ad Scrr. Hiſt. Aug. T. I. p. 1043. *A calce in pubem* a pedibus ad femora. W.

In paedagogiani pueri ſpeciem.] Lib. XXIX. c. 3. *Adultus quidam ex his, quos paedagogianos appellant.* De his ſatis iam ab aliis dictum eſt ad Taciti Annal. lib. XV. LINDENBR.

Purpureis opertus tegminibus pedum.] Faſtus hic erat Impp. Romanorum, ut purpurae ac muricis uſum Auguſto tantum ac principali cultui convenire putarent. Quemadmodum igitur indumenta reliqua hoc colore ſuperbirent, ſic ipſa quoque pedum tegumenta; de quo ritu optime Corippus lib. II. v. 104. ſſ.

Purpureo ſurae reſonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinclis,
Parthica Campano dederant quae tergora fuco,
Qui ſolet edomitos victor calcare tyrannos
Romanus Princeps, et barbara colla domare,
Sanguineis praelata roſis, laudata rubore,
Lectaque pro ſacris tactu molliſſima plantis.
Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti,
Sub quorum eſt pedibus Regum cruor: omne profecto
Myſterium certa rerum ratione probatur.

Eum habitum creſcente luxu mox etiam Papa Rom. et Patriarcha CP. ſibi vindicarunt, ἐκ προστάγματος τοῦ ἁγίου μεγάλου Κωνσταντίνου, ut ait Theod. Balſamon in Explicatione Concilior. Ioh. Curopalates, magnus Drungarius Viglae, in Hiſtoria Iſaaci Comneni, pag. 129. *Aggreſſus eſt etiam* (Patriarcha) *cocco tincta induere calciamenta, antiqui ſacerdotii morem hunc aſſerens, et oportere his uti novum quoque Archiepiſcopum. nam inter ſacerdotium et regnum nihil intereſſe, vel admodum parum.* Scitum autem ac prudens hic Baſilii Imp. monitum eſt, in Exhortationibus ad Leonem fil. cap. LXIII. Πορφύρα δέ σε κοσμήσει, ἐὰν ἡ σωφροσύνη ταύτῃ συνεπανθήσει. καὶ τῶν ποδῶν σε τὸ ἐρυθρὸν τιμήσει ὑπόδημα, ἐὰν αὐτοῖς τὴν φλόγα τοῦ τύφου καταπατήσεις. ἐκεῖνα μὲν γὰρ πρόσκαιρόν σοι τὴν βασιλείαν χαρακτηρίζει. ταῦτα δὲ καὶ τῆς αἰωνίου κολάσεως ῥύσεται, καὶ τὴν ἀθάνατόν σοι προξενεῖ βασιλείαν. LINDENBR.

Ut in theatrali ſcena ſimulacrum.] Zoſimus lib. IV. c. 5. (ubi v. Reitemeier. p. 581. W.) ἐθεῶντο Προκόπιον ὥσπερ ἀπὸ σκηνῆς βασιλέα σχεδιασθέντα. LINDENBR.

Simulacrum inſigne per aulaeum velum theatro obtentum vel *mimicam cavillationem*, machinationem, praeſtigias, quibus

oculi fallerentur. cf. xxx, 4. et Solinum c. 5. „In Sicilia primum „inventa comoedia eſt: hic et cavillatio mimica in ſcena ſtetit. „quem ad locum vide ſis Salmaſium p. 76." W.

16. *Dehoneſtamentum honorum*] ὀξύμωρον. *Ancillari adulatione* xvi, 2. Adumbatum fortaſſe ex Salluſtio in fragment. p. 220. Bipont. cf. et Trebell. Pollionis Claudium cf. 5. et ibi interpretes. — *Proceſſit in publicum* urbem ingreſſus eſt. *Erectius* confidentius. W.

* *Quae metuentes ne a tectis ſaxis conflictarentur, galearum criſtis aptabant.*] Sic Herodianus in libro ii. c. 6. de Iuliani A. per urbem Romam proceſſu loquitur, et milites Didii Iuliani a caſtris Praetoriis Urbem ingreſſos, capita ſua ſcutis texiſſe prodit.* VALES.

17. [*Huic timidius incedenti.*] In Mſſ. codicibus cum Colbertino, tum his quos P. Pithoeus perlegit, legitur diſerte *intimidius* eodem plane ſenſu. Nam ut Propertio *intactus cupidinibus* pro *tacitus* dicitur; Plauto *clunes infracti* pro *fracti;* Vellejo in libro ii. c. 37. ſimiliter *Tigranes Luculli armis infractus,* pro *fractus:* ita *intimidus* pro *timidus,* et *intimide* ab Ammiano Marcellino uſurpatur pro *timide.*] VALES.

Sepulta iam dudum negotia.] Id eſt, taciturnitate ſopita. Iuſtinian. L. 3. Cod. de annal. except. *Vel ſententiis definitivis, aut tranſactionibus deciſa. Novell. Theod. Tit. 2. pag. 524. Ubi idem Imp. *reſuſcitare lites* dixit, ut Ammian. *excitare.** LINDENBR.

[*Sepulta iamd. negotia, et redivivas tabulas debitorum.*] Notat P. Pithoeus ad oram Ammiani ſui, in veteribus Ammiani libris quos legit, ſcriptum ſe reperiſſe, *rediv. nebulas debitorum.* Idem quoque diſerte ſcriptum inveni in codice Colbertino: quae ſcriptura vulgatae praeferenda eſt haud dubie. *Nebulas debitorum,* vel nebuloſa debita metaphorice appellavit Marcellinus debita obſcura, et diuturnitate temporis tamquam tenebris aut nebulis operta, longa tecta caligine, ob idque ignota.] HAD. VALES. An ergo quum Macrobius libro i. commentarii in ſomnium Scipionis ſcribit *in prima ſomni nebula,* quum Petronius notat in muliere *nebulam lineam,* reſpectu obſcuritatis, et tenebrarum accipi debent, et non tenuitatis, quae nihil haberent ſolidum et ſubſiſtens. Nimis plene haec in commentariis doctioribus enarrata ſunt. Immo apud noſtrum initio libri 14. quum dicuntur *per ſuſpicionum nebulas aeſtimati quidam noxii,* utrum opertae nebulis, an vanae et nulla ſoliditate nixae erant? GRON. cuius etiam vide Praef. p. xxiii. W.

Redivivae tabulae.] Παλίνζωον χρέος. Contra vero, *Tabulae novae,* χρέων ἀποκοπαί. Gloſſar. LINDENBR.

18. *Tribunal idem adſcend.*] Zoſimus in huius hiſtoriae narratione iv, 6. τὸ πρὸ τῆς αὐλῆς βῆμα appellat. Eſt ergo illud Tribunal purpureis gradibus ſtructum, quod iuxta Curiam locatum erat in regione 2. ut legitur in Deſcriptione urbis Conſtantinop. Nam Curia ipſa ſita erat e regione Palatii, teſte Zoſimo in lib. 5. c. 24. Hinc Suidas in v. στήλη Tribunal Palatii vocat. VALES.

Timeretur ſilentium] tamquam malum omen. — *Implicatior* impeditior, timidior. — *Clariſſimorum* Senatus principum. *Peſſimo* ſcelerato *pede.* W.

20. *Adramyttenus Andriſcus degenere.*] Sup. in lib. xiv. c. 11. extr. De reliquis quorum hic mentio, abunde Hiſtoriae Augg. Scriptores agunt. LINDENBR.

De genere] Ita cod. Colbert. et ed. Roberti Stephani. Ceterae edd. male *degener.* Vid. Hadr. Valeſ. Praef. p. LVI. W.

Emeſa] Syriae urbe. v. Salmaſ. ad Vopiſci Aurelian. c. 25. *Heliogabalus* exivit. v. Lampridium in eius vita. Tillemont III, 434. — *Alexander* Severus *cum Mamaea matre confoſſus eſt.* Iul. Capitolin. in Maximino 7. 8. Lamprid. in Alexandro 61. — *Superior Gordianus* pater *in imperium raptus* Iul. Capitol. c. 8. *Vitam laqueo ſpiritu intercluſo profudit* ornatius ſcilicet Capitolino c. 16. *laqueo vitam finivit.* W.

CAPVT VII.

1. *Intra regiam apparebant, aut parere deſierant.*] Virgil. Aeneid. 12. v. 849. *ſaevique in limine Regis Apparent.* ubi Servius: *Apparent, id eſt, praeſto ſunt; unde etiam Apparitores conſtat eſſe nominatos.* Tertullianus Apologet. cap. 13. *Quo differt ab epulo Iovis ſilicernium? a ſimpuvio obba? ab Haruſpice pollinctor? nam et Haruſpex mortuis apparet.* LINDENBR.

Qui intra regiam apparebant] miniſtri. *Parere* apparitores eſſe. *Quique coetu militarium nexi ad pacatiora iam vitae diſceſſerant* exauctorati milites. *Omnia tutiora praeſentibus,* ubique tutiores ſe eſſe, quam Conſtantinopoli. W.

2. *Sophronius.*] Caeſarea Cappadociae oriundus, ut indicat Baſilius Magnus in Epiſt. 332. ad eumdem. Fuit Praefectus urbi Conſtantinop. Exſtatque ad eum Gregorii Nazianz. Epiſtola hoc titulo, σωφρονίῳ ὑπάρχῳ. Poſtea Magiſter Officiorum creatus eſt, ut indicant Baſilii plures Epiſtolae, σωφρονίῳ μαγίστρῳ. VALES.

Vaporatis aeſtibus Ciliciae.] Intolerabilem in Cilicia aeſtum fuiſſe teſtatur Hieronymus in Epiſt. ad Rufinum: *Cum me Thracia, Pontus atque Bithynia, totumque Galatiae et Cappadociae iter, et fervido Cilicum terra fregiſſet aeſtu: Syria mihi velut portus occurrit.* Q. etiam Curtius in lib. 3. c. 5. *Et tunc,* inquit, *aeſtus erat, cuius calor non aliam magis quam Ciliciae oram vapore Solis accendit.* VALES.

Ad Antiochiae perc. ſedes.] At Socrates in lib. 4. cap. 2. et 5. et poſt eum Sozomenus in lib. 6. cap. 7. Valentem Antiochiam veniſſe ſcribunt hoc anno, metu ne tricennales indutiae violarentur a Perſis: et in ea civitate aliquamdiu commoratum eſſe. Sed Marcellini in hac parte potior eſt auctoritas; cui ſubſcribit Libanius de vita ſua. VALES.

Antiochiae ſedes] nam haec ſecunda ab Conſtantinopoli regia imperatorum Orientis erat. W.

Avertit Galatiam] perſuaſit ut in Galatiam properaret. *res adhuc trepidas* nondum firmas atque ſtabiles *arrepturum,* ſubito compoſiturum. W.

3. *Subditivos quosdam oſtentans.*] De quibus Themiſtius in Orat. IX. ad Valentem pag. 205. τὰς ἀτόπους φήμας, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοὺς ἐκ τῶν προαστείων κεκονιαμένους, τοὺς μὲν ἐξ Ἰλλυ-

ριῶν, τοὺς δὲ ἐξ ἰταλίας, etc. Subiicit deinde, legationes ementitas diverſarum gentium et provinciarum in Conſiſtorium introductas eſſe. VALES.

Subditivos ſubornatos quosdam *oſtentans* in medium producens. W.

4. *Nebridius in locum Salluſtii Praef. Praet.*] Zoſimus idem ſcribit: Νεβρίδιον, ᾧ τῆς αὐλῆς μετὰ σαλούστιον παρέδωκαν ἀρχήν, etc. Hic Nebridius paullo poſt in carcere mortuus eſt, ut videtur indicare Themiſtius in Orat. IX. his verbis: τοῖν δ' ἀρχόντοιν τοῖν κορυφαίοιν ὁ μὲν τεθνηκὼς ἠπιστεῖτο· ὁ δὲ ζῶν ἐπιστεύθη τεθνάναι. *E ſummis vero magiſtratibus alter qui erat vere mortuus, non credebatur: qui vivebat, mortuus putabatur.* Hi enim ſummi magiſtratus alii eſſe non poſſunt, quam Nebridius Praef. Praet. et Caeſarius Urbi Praefectus. Quorum Nebridius quidem cum brevi poſt abiiſſet e vita, adhuc vivere fingebatur, ut litteris eius nomine inſcriptis abuteretur Procopius. Quod ex Marcellino quoque noſtro confirmari videtur. Subdit enim: *Et Nebridii litteris adhuc clauſi violenter expreſſis.* VALES. Vid. de Nebridio Ind. I. W.

In locum Salluſtii.] *Salutii* legitur in codice Regio [et Colbert.] et in Auguſtana Editione. Et ita quoque in principio huius libri, et in lib. 23. 24. et 25. codex Regius ſemper, et interdum Editio Romana praeferunt. Quid, quod et Eunapius in Maximo p. 106. Commelin. Σαλούτιον appellat? Hic ſub Iuliano quidem Praefectus Praet. Galliarum fuerat, itemque ſub Ioviano. Poſtea vero diviſione Imperii inter Valentinianum ac Valentem facta, Praefectus Praet. fuit per Orientem, donec Nebridius in eius locum ſuffectus eſt, Valentiniano et Valente Coſſ. Orta deinde Procopii tyrannide, cum Nebridius ab eo comprehenſus fuiſſet, Saluſtius iterum Praefectus Praet. Orientis a Valente factus eſt, ut teſtatur Eunapius in Maximo. Tandem Lupicino et Iovino Coſſ. Valens cum adverſus Gothos exercitum moturus eſſet, Marcianopoli degens Auxonium Praefectum Praet. conſtituit, Saluſtio ob ſenectutem remoto, qui iam ſecundum eam poteſtatem geſſerat, ut ſcribit Zoſimus in lib. 4. c. 10. et Eunapius in Maximo p. 109. Commelin. his verbis: τῷ γοῦν Σαλουστίῳ τὴν ἀρχὴν παραλύσας, Αἰξόνιον ἐπενόησε τοῖς τῆς αὐλῆς ἔργοις. ſcribe Αὐξόνιον ἐπέστησε, etc. Ceterum hic Saluſtius cum unico l in codice Regio et Editione Rom. ſemper ſcribitur, ut obſervavi. Iulianus quoque et Zoſimus, Socrates, Suidas, aliique Σαλούστιον appellant. VALES.

Factione Petronii] Reineſius adſcripſit: „Haec verba traiicienda ſic: confeſtim factione Nebridii Nebridius etc. vel, praefectus factione Petronii in vincula compinguntur. v. Zoſim. 4.“ W.

Phronemius] cf. c. 10. — De *Gomoario* et *Agilone* vid. Ind. I. — *Ut docuit exitus* c. 9. W.

5. *Iulius Comes*] poſtea Magiſter equitum XXXI, 16. — *Nebridii adhuc clauſi* mortui adeo in cuſtodia. W.

6. *Exambita*] pro ſimplici *ambita*, ut exabuſus pro abuſus 25, 7. Infra c. 10. §. 7. idem Araxius *ambitu* praefecturam adeptus dicitur. W.

7. *Ut uſu venire contingit*] Mira profecto tautologia, cuius tamen ſimiles attulit Thomas Wopkens. in Miſcellan. Obſervatt. T. VII. p. 381. ſq. W.

9. *In unum sitae*] uno eodemque campo castra metatae. W.

10. *Recordatio*] immo vero *memoria*. W.

Puellae] Constantiae. *Insignia principalis habitus* purpureas vestes aliaque ornamenta Augustae dignitatis. cf. infra c. 9. W.

11. *Capessendum*] sollicitandum. *Petulantiam*. Reinesius: „An Petulantium?" *Aureos nummos ad vultum novi Principis effigiatos* quales et nunc in numothecis visuntur. De voc. *effigiatus* vid. ad Gellium 17, 10. *Aequitius* Magister equitum c. 5. W.

12. *Per ripensem Daciam.*] Duae sunt Daciae in regionibus Moesiae et Dardaniae; quarum altera supra Danubium, ideoque *Ripensis*: altera trans Danubium, et *Mediterranea*. Ut *Noricus Ripensis supra Danubium*, et *Noricus Mediterranea*, in veteri Notitia regionum. Rufus Fest. *Traianus Dacos sub Rege Decebalo vicit, et Daciam trans Danubium in solo barbarico provinciam fecit, quae in circuitu habet decies centena milia passuum. Sed sub Gallieno Imp. amissa est, et per Aurelianum translatis exinde Romanis, duae Daciae in regionibus Moesiae ac Dardaniae factae sunt.* LINDENBR.

Per Succos] XXI, 10. 13. W.

Appellant Acontisma.] Infr. lib. XXVII. c. 4. et Antoninus in Itiner. p. 321. Wesseling. [quem vide sis etiam p. 603. W.] *Iter quod ducit a Dyrrachio per Macedoniam et Thraciam Byzantium usque — Neapoli, Acontisma, Topinco.* LINDENBR.

13. *Gallo-Graeciam*] supra Galatiam, quod idem est. Cf. Zosim. 4, 7. *Iovii et Victores* XXV, 7. W.

14. *Mygdum acceleravit.*] Videtur intelligi opidum, quod Mideum dicitur in Tabula Peutingerorum sic: *A Nicaea Agrillo m.* 24. *Dorylaeo* 35 *transis Sangarium fl. Mideum* 25. Ptolemaeus δορύλλειον et μιδάειον vocat Phrygiae opida. Ad hanc porro expeditionem Procopii pertinent haec Eunapii verba: ὁ δὲ προκόπιος τοὺς χαριεστέρους ἀναλαβὼν ἐπὶ τὸν βασιλέα οὐάλεντα διὰ φρυγίας συνήπτετο. Citat Suidas in χαριέστερος. VALES. Cf. XXII, 8. Wesseling. Itiner. p. 678. et Mannert Kleinasien III, 94. W.

15. *Si norat*] an nosset? W.

Eumque porrecta dextera suaviatus.] Hic suaviandi mos celeberrimus fuit apud veteres, ut manum ad os latam deinde porrigerent. Dio in lib. 64. de Othone: φιλήματά τε ὡς ἑκάστοις διὰ τῶν δακτύλων ἔπεμπε. Quod Tacitus in 1. Hist. c. 36. sic dixerat: *Nec deerat Otho protendens manus, adorare vulgum, iacere oscula.* De eodem more Libanius in Orat. περὶ προστασιῶν, cum dicit, καὶ τιμῶν τοῖς διὰ χειρῶν φιλήμασι. Denique Hieronymus in Epist. ad Pammachium contra Iohannem: *Salutataque*, ait, *et voce et manu Ecclesia, etc.* Quod osculorum genus nescio cur divinum vocet Lipsius in lib. 2. Electorum. Nam in privatis quotidianisque salutationibus et olim usurpatum est, ut dixi, et nunc sollemni usu receptum est. VALES. Respexit Lipsius ad verbum *adorare*, quod uti proprie de veneratione Deorum usurpatur, ita tamen nec de hominibus insolitum est. v. locum nostro geminum Tacit. Hist. 1. 36. *Otho protendens manus adorare vulgum.* W.

16. *Cana Romanorum fides.*] Virgil. Aeneid. 1, 292. *Cana fides et Vesta.* ubi Serv. *Canam fidem dixit, vel quod in canis hominibus invenitur, vel quod albo panno involuta manu ei*

ſacrificabatur, per quod oſtenditur, fidem debere eſſe ſecretam. *Prudentius Hamartigenia 852. *Tunc poſtliminio redeuntem ſuscipit alto Cana fides gremio.* Inde Symmach lib. 4 Epiſt. 42. *Alba velamina, non ſegmentati amictus fidem veſtiant.** LINDENBR.

Cana fides] Servius ad Virgilii Aen. 1, 292. ex Horatii Od. 1, 35. 22. exponit *albo panno involutam*, ſimplicius vero *priſcam, antiquam*, quod et huc optime quadrat. W.

Pro ignotis tot ſuorum conſurrexiſſe mucrones] imperatores barbaros a popularibus tamen fortiter fuiſſe defenſos. — *Pannonius* Valens *degener* infimae ſortis. W.

Labefactans cuncta.] In codice Regio, [et Colbert.] et in Editione Aug. legitur *aliefactas cunctas.* Unde ſuſpicor legendum eſſe, *labefactans cunctos et proterens.* VALES.

Culminis ſummi proſapiam] me genus ducentem a Conſtantinis. W.

Ut rapiat aliena, ſed in int. mai. avitae.] Haec verba tam in exemplari Regio [et Colbert.] quam in Auguſtana Editione deſunt, et a Sig. Gelenio ex coniectura, ut opinor, adiecta ſunt. Poterat tamen minori negotio locus ſic reſtitui: *Sequimini culminis ſummi proſapiam, ut reſtituatur, arma iuſtiſſima commoventem.* VALES.

17. *Signorum apicibus aquilisque ſubmiſſis.*] Quod apertiſſimum ſignum eſt defectionis et deditionis: unde apud Lucanum in VI. miles quidam Caeſarianus ait v. 242.

Pacem gladio ſi quaerit ab iſto
Magnus, adorato ſubmittat Caeſare ſigna.

Cuius moris illuſtre exſtat exemplum apud Zonaram in Gallieno, ubi ait ſigniferum Macriani caſu quodam prolapſum inclinaſſe vexillum: quod ceteri ſigniferi conſpicati, cum cauſam ignorarent, ſuſpicati ſunt illum deditione facta Imperatori ſignum ſubmiſiſſe: ſtatimque ipſi ſignis omnibus ſubmiſſis Gallieni Aug. nomen acclamaverunt. Similis prope caſus refertur ab Oroſio in lib. ult. de Maſcizele: *Signiferum,* ait, *quemdam gladio percuſſit in brachio, eumque manu debilem ipſo vulnere coegit inclinare vexillum. Quo viſo, reliquae cohortes deditionem iam fieri priorum exiſtimantes, certatim ſe Maſcezili ſignis tradidere converſis.* Denique Pacatus in Panegyrico ad Theodoſium c. 36. *Quanto melius,* inquit, *manus illa conſuluit, quae ſubmiſſis precabunda vexillis petiit veniam neceſſitatis, et terram oſculis premens,* etc. Omitto Velleium in lib. 2. c. 85. ubi de pugna Actiaca. VALES.

Barritum] XVI, 12. W.

CAPVT VIII.

1. [*Rumitalca Tribunus, etc.*] In codice Colbertino nunc *Rumith.* nunc *Rumitalica* corrupte ſcriptum reperio. Hic autem ex Tribuno Curae Palatii Procopii, qui et Nicaeam occupavit, et Valentem Aug. a Chalcedonis obſidione diſcedentem paene circumvenit: haud dubie natione Thrax fuit, ut nomen eius indicat.

Nam *Roemetalces Thraciae Rex,* socius et amicus Augusti, a Velleio Paterculo in libro II. c. 112. et a ceteris Historicis Graecis Latinisque memoratur. *Rhoemetalces* iste Ῥυμητάλκης a Dione vocatur in libro LIV. c. 20. 34. et sub Augusto patruus et tutor filiorum Cotyos fuisse dicitur: et in libro LV. c. 30. Ῥυμητάλκης Θρᾷξ nuncupatur. *Rumetalces* autem vel *Rhymetalces*, et *Roemetalces*, ac *Rumitalca* unum idemque nomen est. Quippe *υ* Graecum saepe Latini in *oe* vertunt, ut ex Μυσία fecerunt *Moesiam:* quin et pro *u* posuerunt *oe,* et pro muris dixerunt *moeros*, unde *pomoerium* quasi postmurium.] HAD. VALES. Magnus tamen etiam hodiernis antiquariis labor pergit esse huius regis nomen; de quo tamen quum verissime annotaverit Valesius, rideri merentur, qui quoniam in nummis perpetue occurrit ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΗΣ, inde in scriptoribus appellationem Rhymetalces vel Ῥυμητάλκης pro auctoritate iubent exsulare contra tantam tamque certam veritatem librorum vetustorum. GRON.

Cura Palatii] v. Ind. II. v. Cura. — *Permisto* communicato *cum militibus ad Drepanum, nunc Helenopolin,* a matre Constantini M. Mannert Kleinasien III, 583. W.

2. *Vadomario, ex Duce*] Phoenices XXI, 3. XXXIX, I. et rege olim Alamannorum. v. Ind. I. W.

Est autem Sabaia ex ordeo et frumento in liquorem conversus paupertinus in Illyrico potus.] Confirmat haec Ammiani verba Hieronym. lib. VI. cap. 19. in Esaiam: Ζῦθον, *quod genus est potionis ex frugibus aquaque confectum, et vulgo in Dalmatiae Pannoniaeque provinciis, gentili barbaroque sermone appellatur Sabaium.* Cerevisia nimirum et alia potionum genera pro mutatione provinciarum nomina quoque mutant. Quae hodie *Biera* in omni Teutonum natione dicitur, ea erat olim *Cerevisia* in Gallia, nomine ibi nato, re cum aliis nationibus communi. Et quae Danis et Suecis *Oel,* Scottis *Hel,* ea *Celia* erat Hispanis. Florus lib. II. cap. 18. *Celiae, sic vocant indigenam ex frumento potionem.* De Numantinis loquitur, de quibus etiam Oros. lib. V. cap. 7. *Subito portis eruperunt, larga prius potione usi, non vini, cuius ferax is locus non est, sed succo tritici per artem confecto, quem succum a calefaciendo Celiam vocant.* *Iohan. Saresberiens. Epist. 85. *Caelia, quae a nostratib. usu vulgari cerevisia nuncupatur.** De huiusmodi potionibus etiam *Ditmarus Episcop. lib. 7. pag. 90. (p. 214. ed. meae. W.) *Quia defecit aqua, medone exstinguunt.** Plinius lib. XXII. cap. 25. Herodotus lib. II. c. 77. Diodorus Sicul. lib. V. c. 34. Cassianus Bassus de Agricult. lib. VII. cap. 34. Columella lib. X. L. 9. ff. de tritic. vin. oleo. Iulianus in Epigram. Antholog. lib. I. cap. 95. Aliaque incognita potionum nomina Gregorius PP. enumerat lib. V. Epist. 37. ad Eulogium Episc. Alexandrinum. *Quia colatum ac iuritheum non libenter bibo; praesumens cognidium requiro, quod in hac urbe post multa tempora vestra innotescere transacto anno sanctitas fecit. Nam nos hic a negotiatoribus nomen cognidii et non substantiam comparamus.* Quale etiam illud, quod in veteri Glossar. *Curmen,* Ζῦθος ἀπὸ σίτου.* *Caraenum* Augustin. lib. 2. de Morib. Manich. pag. 176. Appius locis permultis, Apicius lib. 5. *Sic *Medo* iam olim fuit Germanis, et praesertim Septemtrionalibus populis usitatissimus: cuius mentio in Concilio Triburiensi Poenitentiali Rom. Ditmaro Episcop. Mers-

Burg.* Athenaeo ex Polyb. Deipnof. lib. I. pag. 16. *Prifco Soph. in Eclogis Hiftoriae Gothicae pag. 42. Ἐχορηγοῦντο δὲ ἡμῖν κατὰ κώμας (τῶν Σκυθῶν) τροφαὶ, ἀντὶ μὲν σίτου κέγχρος, ἀντὶ δὲ οἴνου ὁ μέδος ἐπιχωρίως καλούμενος, ἐκομίζοντο δὲ καὶ οἱ ἑπόμενοι ἡμῖν ὑπηρέται κέγχρον, καὶ τὸ ἐκ κριθῶν χορηγούμενον πόμα, κάμον οἱ βάρβαροι καλοῦσιν αὐτό. *Ubi et illud de Camo notandum: quamquam vocem eam apud Apicium lib. 3. legimus, et Ulpian. lib. 9. ff. de tritico, vino, oleo leg. Ut vel hinc pravis emendationibus renuntient, qui locum Iurisconfulti de vitio fufpectum habent. Errant enim infigniter, et dum eorum laudator exiftit, erroris in partem venit V. Cl. Iacob. Menochius Praefumpt. lib. 4.* At vero Graecis *medo* eft hydromel, vel χουμέλι, ἀπὸ τῆς χύσεως τοῦ μέλιτος, apud Zonaram in Schol. ad Canon. Apoftolor. 3. Et *pomatium, piratium*, Hebraeorumque *ficera*, ex Hieronymo aliisque Scriptoribus nota fatis. LINDENBR.

Ex ordeo vel frum. in liq. converfus.] *Converfis* fcribendum videtur. Hic autem potus *ex ordeo vel tritico, quem Sabaiam vocabant, ufitatus erat in Pannonia maxime. Unde Valens utpote Pannonius, ortus Cibali opido,* Sabaiarius vel* Sabiarius (fic in Reg. codice [et Colbert.] ac in Editione Rom.) per ludibrium vocabatur. Eumdem Pannoniorum potum fuiffe teftatur et Dio in lib. 49. c. 36. Ait enim Pannonios victu durillimo uti, nec vinum oleumque nifi admodum rarum habere: ordeum enim ac milium efui fimul ac potui illis effe. VALES. Plura de cerevifiis qui noffe cupit, adeat Iunii Animadverfa p. 132. Meibomii fingularem libellum de cerevifia 1688. Helmft. editum, et Fabricii Biblioth. antiquar. p. 881. ed. Schafshauf. W.

3. *Munitorum*] obfidentium. W.

Per Sunonenfem lacum.] Sic Accurfius et Gelenius edidere, [et ita habet Colb. Mf.]. Sed in Editione quidem Rom. *Simonenfem*; in codice autem Regio *Sumonenfem* legitur. Videtur porro hic Sunonenfis lacus idem effe qui Afcanius a Geographis dicitur, iuxta Nicomediam. Evagrius in lib. 2. cap. 14. Hift. βοάνην λίμνην nuncupat haud procul Nicomedia. VALES. Cf. Gronov. in Praef. p. xxx. Mannert Kleinafien III, 572. W.

Flum. Galli finuofos amfractus.] Gallus fl. in Phrygia eft, tefte Strabone, et Stephano, et Ovidio in Faftis. Sed de huius finuofis amfractibus nihil legi. Fuit quidem Draco fl. iuxta Helenopolim in Bithynia ita flexuofus, ut vicies a viatoribus traiiceretur in Bithynia, tefte Procopio in lib. 5. de Fabricis. VALES. Cf. Mannert Kleinafien III, 572. et 575. W.

4. *Lupicinum ab Oriente.*] Hic a Ioviano promotus fuerat Magifter militum per Orientem, ut fupra retulit Marcellinus. Idem videtur effe, qui a Conftantio Magifter armorum per Gallias datus eft Iuliano Caefari, de quo Marcellinus in lib. xx. Iulianus poftea cum Imperator creatus effet, eum ut fufpectum in cuftodia habuit. Sed mortuo paullo poft Conftantio, non modo liberavit, fed etiam eius opera ufus eft. Idem cum ftrenuam operam Valenti navaffet Procopiano bello, Confulatum meruit in fequentem annum: quo anno Libanius ei Antiochena in urbe panegyricum dixit, ut fcribit ipfe in vita fua p. 54. (Reisk. I. p. 108.) ubi inter cetera eum vocat τὸν στρατηγὸν πολλοῦ μὲν ἄξιον Ἰουλιανῷ γενόμενον, πολλοῦ δὲ ὄντα τότε τῷ βασιλεῖ, φοβερὸν μὲν πολεμίοις.

Et paullo poſt: παρὰ μὲν γὰρ τοῦ κρατοῦντος ἦν αὐτῷ τὸ ἐν ὑπάτοις εἶναι, παρ' ἐμοῦ δὲ *** Sic enim in Mſ. codice locus aſteriſco notatus eſt. VALES.

Arinthaeum] Magiſtrum equitum per Orientem c. 5. W.

5. *In qua ſtatione periſſe diximus Iovianum*] xxv, 10. W.

**Hyperechium.*] Hyperechius Maximi filius, optimae indolis adoleſcens, memoratur a Libanio in libro IV. Epiſtolarum: ubi Libanius eum commendat Celſo atque Datiano: et inter cetera rogat Datianum, ut iuveni Praeſidatum provinciae alicuius impetret a Principe. Eumdem igitur eſſe arbitror, cuius heic meminit Marcellinus.* VALES.

Recte Gaſtrenſis Apparitorem, id eſt ventris.] In codice Reg. et Flor. [ac Colbert.] et in Editione Rom. *Caſtrenſis* legebatur. Sed Caſtellus cum ventris miniſtrum interpretari vidiſſet, *Gaſtrenſis* emendavit. Ego vero iampridem odoratus ſum, hunc locum putido gloſſemate eſſe inquinatum. Scripſerat enim procul dubio Marcellinus, ut et nos edidimus: *Hyperechium repente ſibi oppoſitum vidit cum copiis, antehac Caſtrenſis Apparitorem.* Sed cum in quodam exemplari *Gaſtrenſis* exaratum eſſet, Grammaticus neſcio quis ad oram adnotavit: *Recte Gaſtrenſis Apparit. id eſt ventris miniſtrum et gutturis.* Atque hoc ſcholium ex margine poſtea in textum, *atque adeo in ipſos Mſſ. codices* a librariis admiſſum eſt. Porro Caſtrenſis Apparitor is eſt, qui Caſtrenſianus uno verbo dicitur, qui ſcilicet in officio ſeu apparitione viri Spectabilis Caſtrenſis ſacri Palatii militabat. VALES.

Caſtrenſis] Comitis Caſtrenſis. plura vide in Ind. II. v. Caſtrenſis. W.

Deſpicabilem] paullo poſt *umbratilis.* W.

Celſi fiducia corporis.] Mira quaedam de hoc viro tradit Baſilius M. in Epiſt. 186. qua Arinthaei viduam conſolatur. Ait enim pulcritudine et ſtatura conſpicuum illum fuiſſe, et corporis robori virtutem animi parem habuiſſe; prorſusque a Deo creatum eſſe, ut humani generis ſpecimen eſſet: adeo ut omnes in eum oculos conicerent, eius facinora omnium ore praedicarentur: pictores ac ſtatuarii in fingendis illius imaginibus ac ſtatuis longe ab exemplari ſuperarentur: hiſtorici vero qui eius geſta narrabant, fabulas referre viderentur. Quo factum eſt, ut plurimi triſtem illum nuntium minime credendum putarent, neque in animum inducere poſſent, mortuum eſſe Arinthaeum. Atque hic tantus vir, paene alter Hercules, uxoris hortatu ac monitis paullo ante obitum ſacrum baptiſma ſuſcepit, ut docet ibidem Baſilius. Vide eiusdem Epiſt. 202. Exſtat etiam eiusdem Baſilii Epiſtola 380. ad Arinthaeum. Eiusdem meminit Claudianus in Eutropium. VALES.

Ipſis hoſtibus iuſſit] more ſerioris aevi pro *ipſos hoſtes.* W.

6. *Largitionum Apparitor*] v. Ind. II. *Hac triſtitia,* hoc triſti rerum ſtatu, *alienum* non ſatis tutum *tempus pervidens* ratus. *cum iis quae ſuſceperat* pecuniis. *Cyzicum.* De hac urbe vid. omnino *Rambach* de Mileto p. 41. *Mannert* Kleinaſien III, 526. W.

7. *Miſſus ad theſauros tuendos.*] Theſauri erant in urbe Cyzico, ut ex hoc loco apparet, iisque Comes Theſaurorum praeerat:

erat: qui erat ſub diſpoſitione Comitis ſacrarum Largitionum, ut ex Notitia diſcimus. Duo autem numeroſa corpora erant Cyzici, Monetariorum, et Linyphorum, qui quotannis certum numerum, hi quidem aureorum nummorum, illi vero veſtium militarium fiſco pendebant, ut docet Sozomenus in lib. 5. cap. 15. VALES.

Tumultuario] raptim collecto. W.

Ut poſſeſſa Bithynia.] Cui Procopius Conſularem mox praefecit Andronicum ex Conſulari Phoenices, quem ſub initium tyrannidis Conſtantinopolim evocaverat. Idem paullo poſt in Thracias miſſus cum Vicarii poteſtate, auctori ſuo fidem integram praeſtitit. Cumque Valentis partes ſuperiores eſſent, fuga ſibi aut latebris conſulere noluit, ſed victoribus ſemetipſum tradidit. Mox abſciſſa cervice periit, bonaque eius publicata ſunt, ut ſcribit Libanius in Apologia adverſus doctrinae ſuae obtrectatores. Idem in Orat. de vita ſua pag. 56. (Reisk. I. p. 113.) Andronici necem Hierii potius fraudi ac mendaciis, quam Valenti adſcribendam eſſe dicit. Erat autem Andronicus Tyro oriundus, diſcipulus olim Libanii: ad quem exſtant complures Libanii Epiſtolae, et aliquot D. Baſilii. VALES.

8. *Glandibus*] quae e fundis vel ſcorpionibus mittebantur. W.

9. *Abſcidit*] perfregit. *Exſertus* fortis, acer. W.

Cohaerentes] Ferri poteſt, ſi exponas *confertim ſtantes,* malim tamen *cohaerenter,* ut ad ſcuta referatur, hoc enim adverbio et alibi utitur Noſter XVI, 10. XX, 7. XXIV, 2. — *ſuffraginibus* imis pedibus *inſidentes* conquiniſcentes. De hoc teſtudinum genere vide *Naſt griech. Kriegsalterthümer* S. 125. W.

10. *Stipite*] trunco arboris. — *Extincto* interfecto *protervias totius auctore* Procopio. W.

11. *Hoc Marte*] commento. W.

12. *Hormisdae mat. iuveni.*] De quo Zoſimus in lib. 4. c. 8. VALES.

Hormisdae Regalis *illius,* de quo vide Ind. I. *filio,* qui ad eius partes acceſſerat. W.

Civilia more veterum et bella recturo.] Proconſules enim Reip. Rom. temporibus bellicas res, et civilia negotia in provinciis adminiſtrabant: quod primus mutavit Auguſtus, qui cum provincias quae ſine militari imperio regi non poterant, ſibi retinuiſſet, ceteras pacatiores populo Rom. et Proconſulibus reliquit. Atque exinde Procoſſ. nec chlamydem, nec gladium geſtare licuit, niſi quibus ſpeciali privilegio Princeps ius gladii dediſſet. Eſt autem ius gladii poteſtas animadvertendi in milites, ut docet Dio in lib. 53. VALES.

Deſtinatio] obſtinatio. *Discriminibus maritum exemit,* de qua nihil tamen in ſequentibus ab Ammiano, vel alio quoquam narratum invenio. Hormisdae ipſius ſub Theodoſio meminit Zoſimus IV, 30. W.

13. *Quivis beatus verſa rota Fortunae ante veſperum poteſt eſſe miſerrimus.*] Pertinet huc proverbium vetus apud *Varronem in Satyra Menippea,* et Titum Livium: *Neſcis quid ſerus veſper vehat.* Nihil enim aeque metuentes prudentiores eſſe debent, quam τῆς περὶ τὴν τύχην ἀπίστου ῥοπῆς, ut bene Valentinianum

Imp. monet Themiſtius Euphrad. Orat. 9. Et Iſidori Peluſiotae dictum hoc elegans eſt, lib. II. Epiſt. 105. Πολλοῖς αἱ ἐξ ἀρχῆς ἐπιτυχίαι κακῶν ἀμυθήτων γεγόνασι πρόξενοι. Ἓν γάρ που ἢ δεύτερον παρὰ τὴν ἀξίαν στήσαντες τρόπαιον, ἅτε χωρησάσης αὐτῆς εἰς ἐλπίδα τῆς τόλμης, ἐπαρθέντες τῇ ἀδοκήτῳ εὐπραγίᾳ, καὶ εἰς μείζους ἑαυτοὺς ῥίψαντες, ἐκινδύνευσαν ἐσχάτως. LINDENBR.

Verſa rota fortunae] Imitatus eſt Ciceronem, qui Orat. in Piſonem c. 10. Fortunae inconſtantiam ad ſenſus revocavit, vituperatus ideo ab auctore Dialogi de corrupta eloquentia, defenſus a Lipſio Elect. II, 17. vide Schulzii edit. illius Dialogi p. 93. W.

Exinaniri] exſpoliari. W.

Ob illos caſus inaeſtimabiles plenam.] Locus corruptus, neque a Mſ. auxilii quidquam: itaque alii viderint. LINDENBR.

Ob illos caſus inaeſt.] Nollem Sig. Gelenium huius loci corrumpendi auctorem fuiſſe. In Editione Rom. legebatur, *mobiles caſus inaeſtimabilis plenam.* Neque aliter Mſſ. codices Reg. Flor. Valent. et Fauch. [ac Colbert.] praeferunt. Quare certiſſima coniectura hunc locum mihi videor ſic reſtituiſſe: *Arbetionis domum iuſſit exinaniri mobilis cenſus inaeſtimabilis plenam.* Quae emendatio confirmatur altero loco, qui eſt in lib. 28. initio: *Proiectoque in ignem mobili cenſu, etc.* VALES. Mſ. codex pro *ob illos* habet *mobiles.* An *mobilibus cenſibus inaeſtimabilibus plenam?* ut intelligat domum Arbetionis ob ſimiles Procopii caſus mobilibus pretioſis et inaeſtimabilibus plenam refertamque fuiſſe? Nam et libro XVI. lectum eſt Arbetionem circumlatratum invidia, velut ſumma adepturum, decora cultus Imperatorii praeſtruxiſſe, et e gregario ad magnum militiae culmen evectum eſſe. Qua in re ſimilis fuit Procopio. Sic libro XXVIII. cap. 6. *cum rem mobilem ſcrutaretur.* Et in eodem libro cap. I. *proiecto in ignem mobili cenſu.* OISELIUS.

14. *Licet praeſumtor momentum pertimeſceret grave*] ſuſpicari poſſet certamina ſibi de ſumma rerum imminere. *Novitatem quandam* novum Principem. — *Segnior erga* negligentior in alliciendis civitatibus. Vid. ad XVI, 10, 17. — *legendos eruendi auri peritos* qui ſumtus belli neceſſarios expedirent. W.

15. *Peſcennius Niger.*] Herodian. lib. III. c. 4. Xiphilinus in Severo LXXIV, 6. Spartianus in Peſcennio. LINDENBR.

Ubi Darium Alexander fudit.] Idem ſcribit Herodianus in lib. 3. c. 4. Nigrum ſcilicet eodem in loco, in quo Darium Alexander vicerat, a Severo eſſe ſuperatum. Neque hic ſolum, ſed et multis aliis in locis obſervavi, Marcellinum noſtrum Herodiani veſtigiis inſtitiſſe, ut verbi gratia cap. 6. cum Procopii proceſſum ex balneis deſcribit. Annon enim verba, *circumclauſus horrendo fragore ſcutorum, etc.* converſa ſunt ex illis Herodiani in lib. 2. c. 6. de Didio Iuliano; quod manifeſte fatebitur, quisquis locum utrumque inter ſe contulerit. Mitto quae de Peſinuntis urbis origine dixit Marcellinus in lib. 22. quae ex Herodiani lib. I. c. II. transſcripta eſſe ſatis apparet. VALES.

Darium.] In Editione Aug. et codice Regio, *Toloſ.* [et Colbert.] *Dareum* hic et in lib. 23. ſemper exaratum inveni. Neque aliter in caſtigatis Ciceronis Editionibus legitur. Certe in lib. 23. c. 6. Editio Romana *Dareum* ubique ſcriptum exhibet. VALES.

CAPVT IX.

1. *In Gratianum adhuc privatum*] Nondum ſeptimum annum expleverat. *Ampliſſimo magiſtratu* Conſulatu. v. Ind. II. *Iuncto ſibi Lupicino* c. 8. W.

Peſſinunta ſigna propere tulit Phrygiae quondam, nunc Galatiae oppidum.] Strabo adhuc Phrygiae adnumerat, lib. XI. Τεκτόσαγες δὲ τὸ πρὸς τῇ μεγάλῃ Φρυγίᾳ, τῇ κατὰ τὴν Πεσσινοῦντα. Stephanus Galatiae: Πεσσινοῦς, πόλις Γαλατίας, ἀπό τινος Γάλλου Πεσσινοῦντος. LINDENBR. Cf. XXII, 9. W.

3. *Ut ante relatum eſt*] c. 7. W.

Cum propinquae acies ſtarent.] Sic primus edidit Gelenius. In Editione Rom. excuſum erat, *cum prope in acies ſtarent.* Unde Caſtellus proclivi coniectura correxerat, *cum prope acies ſtarent:* quo modo in exemplari Regio ſcriptum reperi. Sed Accurſius ita edi iuſſit, *cum propinqua acies ſtaret.* In Mſ. Colbert. legitur, *cum prope in acie ſtarent,* optime: id eſt, cum iam fere milites ſtarent in acie. Ita et P. Pithoeus ſcriptum ſe in vett. libris Ammiani reperiſſe teſtatur.] VALES. Cf. Gronov. in Praef. p. XXIII. W.

Sicut aliquando dimicaturi Macedones.] Diodorus Sicul. lib. XIV. Iuſtinus lib. VII. c. 2. Panegyr. Nazarii c. 20. *Puer Eropus in cunis deductus ab Illyricis in proelium, animoſiores ſuos reddidit.* LINDENBR.

Adverſos] adverſarios. W.

4. *Nutanti negotio*] rebus ſic dubiis. *Arbetionem ex Conſule* (355.). *Conſtantiniani.* Sic cod. Colbertinus. Edd. *Conſtantiani.* Vid. Hadr. Valeſ. in Praef. p. LVI. W.

5. *Ac ſi*] quaſi. W.

6. *Ad caſtra opportunitate intervalli proximi*] haud procul diſtantia. *Captivi colore* captivum ſe ſimulans. Cf. Gothofredi Gloſſar. Nomic. Cod. Theodoſ. in voce *color.* W.

7. *Succenſus*] Sic repoſui ex Cod. Colbertino iubente Valeſio in Praefatione p. LVI. nam in ipſo contexto ſervaverat cum vulgaribus *ſucceſſus,* quod ineptum. W.

Valens caſtra promovit ad Phrygiam.] Superato, vel potius dedente ſe ad Thyatira Lydiae opidum Gomoario, Valens Sardes venit: ibique aliquantisper moratus, Phrygiam petiit, et in Nacolienſibus campis in Phrygia Salutari acie collata, cum Agilo ſigna ad eum transtuliſſet, Procopii factionem oppreſſit. Procopius enim a ſuis comprehenſus, et Valenti oblatus, mox ſupplicio affectus eſt, ut ſcribit Zoſimus in lib. 4. c. 8. Idatius in Faſtis VI. Cal. Iunias, Gratiano et Dagalaifo Coſſ. VALES.

Prope Nacoliam collatis manibus] Gibbonus VI, 137. nodum videtur quaerere in ſcirpo. Ultimum, quo debellatus Procopius, certamen uterque et Ammianus et Zoſimus IV, 8. ad Nicoliam accidiſſe narrant. Quod praeceſſerat ad Thyatira, non memorat Ammianus, ſed pertinet ad c. 8. ubi Hormisdae mentio fit, qui in eo proelio videbatur eſſe quodammodo ſuperior, quae verba ſunt Zoſimi. W.

Partium dux in ancipiti Agilo rem excurſu prodidit.] Haplonem vocat Zoſimus c. 8. corrupte, ut puto. Ταῖς Σάρδεσιν

ἐπιδημήσας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Φρυγίαν ἐλάσας, εὑρὼν δὲ τὸν Προκόπιον ἐν Νακολείᾳ τῇ πόλει, κἀνταῦθα πάλιν Ἀπλωνος τοῦ Προκοπίου στρατηγοῦ τὸ πρᾶγμα πρὸς τὸ τῷ βασιλεῖ λυσιτελοῦν διαθέντος, ἐνίκα κατακράτος ὁ Οὐάλης. Vide Socratem lib. IV. cap. 5. LINDENBR.

Excurſu repentino ordinibus relictis transfuga *rem prodidit.* W.

Cum vexillis ſcuta perverſa geſtantes.] De hac defectione ſic Themiſtius loquitur in Orat. 9. ἅμα τῷ γενέσθαι ἐντὸς τῶν σῶν ὀφθαλμῶν, ὑπὸ μάλης ἔκρυπτον τὰς ἀσπίδας, ὥσπερ φῶρια κακοῦργοι καταληφθέντες ἐπ' αὐτοφώρῳ. *Simul atque ſub conſpectum tuum venere, clypeos ſub axillis occultaverunt, perinde ac fures deprehenſi rem furtivam occultare ſolent.* Eleganti ſimilitudine defectionem Procopianorum militum his verbis exprimit Themiſtius. Sub axillis enim geſtare ſcuta, nil aliud eſt quam perverſa ſcuta gerere. Nam perverſa tunc ſunt ſcuta, cum ope anſarum ſeu lororum ſub alis appenſa retinentur. Quod quidem furto recte comparat Themiſtius. Graeci enim ὑπὸ μάλης de re furtiva et occulta ſolent dicere: ut Ariſtophanes in Lyſiſtrata, Demoſthenes in 3. contra Aphobum, et Calenus apud Dionem in lib. 46. c. 23. Porro in defectione ſcuta perverſa non ſub alis tantum geſtari, ſed etiam capiti ſuperponi ſolita docet Appianus in lib. 2. de bellis civilibus, ubi de Afranianis c. 42. οἱ δὲ ἐπέθεσαν ταῖς κεφαλαῖς τὰς ἀσπίδας, ὅπερ ἐστὶ σύμβολον ἑαυτοὺς παραδιδόντων. De vexillis autem inverſis locus eſt Oroſii in lib. ult. quem ſupra [ad c. 7. §. 17.] adduxi: *Certatim ſe Maſcezili ſignis tradidere converſis.* Et Spartiani in Severo c. 7. *Praelatis ſignis, quae Praetorianis ademerat, ſupinis, non erectis.* VALES.

8. *Salutis intercluſo ſuffragio*] auxilio. cf. XXXI, 13. Pro *ſuffragio,* quod cod. Colbertinus et Valentinus atque ed. Rob. Stephani exhibent, vulgo legebatur *ſuffugio.* Cf. Hadr. Valeſ. Praef. p. LVII. — *Florentio ſequente et Barchalba Tribuno,* quorum alibi nulla fit mentio. W.

9. *A veſpertino ortu Luna praelucens in diem*] brevius: Luna pernox. W.

* *Statimque abſciſſa cervice.*] At Zonaras ſcribit, Procopium proditum a ſuis, cruribus innexum duabus arboribus vi inclinatis, eisdem reſurgentibus et arrectis miſere eſſe divulſum. * LINDENBR.

Discordiarum civilium turbines ſepelivit et bella] discordiae civiles cum eo ſepultae ceſſavere. — *Perpennae* rectius Pernae, de quo vide Plutarchum in Sertorio c. 26. Livium Epit. 96. Velleium Paterc. II, 30. W.

10. *Florentius et Barchalba, qui eum duxerunt.*] Non hos, ſed Agilonem et Gomoarium ponunt Socrat. Hiſtor. Eccleſ. lib. IV. cap. 5. Sozomenus lib. VI. cap. 8. Nicephorus Calliſt. lib. XI. cap. 4. Qui etiam de ſupplicii genere longe diverſa narrant. LINDENBR.

Non penſata ratione] inconſiderate, iniuſte. W.

Amplas eis memorabilis facti oportuerat deferri mercedes.] Impp. Arcad. et Honor. L. 5. C. ad L. Iul. Maieſt. *Si quis ex his in exordio initae factionis, ſtudio verae laudis accenſus initam prodiderit factionem; et praemio et honore a nobis do-*

nabitur. Sallustius in Catilin. c. 30. *Si quis indicasset de coniuratione, quae contra Remp. facta erat, praemium decrevere servo libertatem et sestertia centum, libero impunitatem eius rei, et sestertia ducenta.* Sic saepe apud Dionysium Halic. et Tit. Livium coniurationem indicantibus servis libertatem, ingenuis milia aliquot aeris, et praeter ea interdum quoque alia munera donata legimus. LINDENBR.

11. *Per morum tristium latebras*] quia vultum prae se ferebat ad severitatem omnem compositum, tectusque erat et occultus, c. 6. W.

Similis Crassi, quem in vita semel risisse Lucill. affirmat et Tullius.] Ciceronis locus exstat de Finib. lib. v. c. 30. *M. Crasso, quem semel ait in vita risisse Lucillius, non contigit, ut ea re minus ἀγέλαστος, ut ait idem, vocaretur.* Hieronymus Epist. ad Chromat. *Semel in vita Crassum risisse ait Lucillius.* LINDENBR.

Incruentus] haud dirus atque crudelis. Incruentus et mitis iuncta XXI, 6, 9. W.

CAPUT X.

1. *Protector Marcellus.*] At Zosimus in lib. 4. c. 6. Marcellum ait iussu Procopii Cyzicum venisse, et Serenianum Domesticorum Comitem comprehensum occidisse: quod falsum est. Mortuo enim Procopio Serenianus occisus est, ut testatur hic Marcellinus; qui et Procopii imperium ἀναίμακτον, id est incruentum fuisse testatur. VALES.

Serenianum intra palatium clausum] vide c. 8. W.

2. *Genitalis patriae*] Fuit enim popularis Valentis, Pannonius, c. 5. W.

3. *Concrepantibus* sociis *paucis.* — *Gothorum regibus iam lenitis.* cf. c. 4. et 6. — *Tria millia* Zosimus IV, 7. decem millia habet. W.

4. *Aequitius*] Magister armorum c. 5. et 7. *Digressus per Succos* c. 7. *Philippopolim* olim *Eumolpiadam* XXII, 2. XXVII, 2. *Reserare* recuperare. *Aemimontum* regionem circa Haemum montem sitam. Cf. XXVII, 4. W.

5. *Levi* vana, ventosa *praesumtione* fiducia, usurpatione. — *Favorabilis* laudandus. W.

Illi et illi fidum ad doctrin. dir.] Hunc locum sic primus excudit Gelenius. Nam in Editione Rom. ac Bononiensi ita legebatur: *Ille et ille fidem ad doctrinarum diritatem causis inanibus praetexebat.* Neque aliter codex Regius, et Flor. et Valentinus; nisi quod in iis scriptum est *fidum*, [ut et in Colbert.] Per doctrinarum autem diritatem intelligit Ammianus praesagiorum et divinandi malas artes, quibus deditum fuisse Serenianum docuit in lib. XIV. cap. 7. (et 11. W.) VALES. Mihi, fateor, vox *doctrinarum* omnino non placet, nec quo referendi sint Dativi *illi* et *illi*, satis perspicuum est. Ovidius Arte am. I, 227. habet *ille vel ille duces* pro hic, ille. Nisi nimis breve lacunae spatium esset, dici fortasse posset excidisse nomina Galli Caesaris

et Valentis, quorum utriusque gratia valebat Serenianus, quosque ad saevitiam instigabat. Quid, si suppleas *ministrum* illi et illi fidum ad diritatem (ut *doctrinarum* expungas) *quam causis inanibus praetexebaNt* isti principes Video, me audacem satis medelam adhibere loco, sed cum facilior diu eum versanti nulla procederet, coniecturam temerariam dare malui, quam nullam! W.

6. *Occasu ducis*] Procopii. W.

7. *Ad gratiam precantium*] precibus nonnullorum intercedentibus. — *In ipso rerum exustarum ardore* in communi totius imperii incendio, ubi cummaxime perturbata essent omnia. — *Ambitu* exambita regia c. 7. *Supplicio insulari* deportatione. W.

8 *Euphrasius et Phronemius*] hic Praefectus Vrbi, ille Magister Officiorum c. 7. arbitrio *Valentiniani* sunt *obiecti* permissi, erant enim *Galli* ibid. — *In eodem negotio* haud magis noxius Euphrasio. W.

Cuius mem. virtutibus ambo fratres.] Valentinianum cum fratre Valente Iuliani memoriae obtrectasse et invidiam concivisse docuit Marcellinus supra, cap. 4. Docent id quoque plures eorumdem Constitutiones in Codice relatae, quibus leges a Iuliano latas abrogarunt. Hinc est, quod Themistius in Orat. IX. ad Valentem in fine, Iuliani Principis memoriam Valenti assentando perstringit. Quid enim haec verba: ὁ τὸν πώγωνα καθειμένος καὶ τοῦ φιλοσοφωτάτου τῶν βασιλέων μεταποιούμενος. Annon satis aperte Iulianum designant, qui et barbam submittebat, et Marci Antonini studia ac mores se imitari profitebatur, ut ad lib. XVI. notavi? VALES.

9. *Pacis obtentu*] inter arma enim siluisse leges. *Iudicium detestandum agitabatur.* Sic pro *vitium d. a.*, vel *obtentui tum d. a.*, ut in cod. Colbert. scriptum, emendavit Hadr. Vales. in Praef. p. LXIV. W.

10. *Conditionis aequatio*] ubi eadem omnibus timenda. *Martiae virtutis potestas* fortitudo *aut id, quod ausum occupat,* voti, victoriae potitur. *Inopinata* mors *finem vivendi simul et dolendi perducit.* Adumbratum ex Horatii Serm. I, I, 8. „Quid „enim? concurritur: horae Momento aut cita mors venit aut vi„ctoria laeta.“ W.

Catonianae vel Cassianae sententiae.] M. Cato Porciae familiae auctor, et C. Cassius Longinus, Iuris peritissimi fuere. Et Catonis regula etiam nunc in Pandecte saepissime laudatur: a Cassio vero secta Cassianorum originem invenit. L. 2. §. fin. ff. de orig. Iur. Plinius lib. VII. Epist. 24. *Vide supra ad librum XXII. c. 9.* LINDENBR.

Vel Cassianae sententiae.] Cassiana severitas dicta est a L. Cassio, de quo ad lib. XXII. c. 9. adnotavi ad eum locum: *Sed ille iudicibus Cassiis tristior, et Lycurgis, etc.* Sic etiam in fine lib. 30. de Valentiniano: *Lycurgos invenisse se praedicabat, et Cassios, columina iustitiae prisca.* Et alioquin universae Cassiorum genti erat innata severitas: unde Cassiana severitas ac disciplina proverbio celebrata est. Divus Marcus in Epistola ad Praefectum Praet. *Puto,* inquit, *me non errasse: siquidem et tu notum habes Cassium, hominem Cassianae severitatis et disciplinae.* Et Cicero in Verrem actione III, 62. **Non quaero iudices Cassianos: veterum iudiciorum severitatem non requiro.** VALES.

Fuco Catonianae vel Caſſianae ſententiae perliti] ſeveritatem iſtorum virorum nonniſi vultu ſimulato prae ſe ferentes. W.

Vitae incidentium.] Scribendum videtur *incedentium*, ut locutus eſt Marcellinus noſter in lib. 19. c. 12. de Paullo Notario: *Cuius ex nutu, prope dixerim, pendebat incedentium omnium ſalus.* VALES. Veriſſima emendatio, cui locum in textu conceſſi. Neque enim movit me Erneſtius, omnino vulgatae lectionis tenacior iuſto, qui *incidentium* ſervari ſuadet, comparans XXXI, 10. ubi *penſare* fortunarum verſabiles *caſus*. Sed iſte locus noſtro nullo modo geminus habendus. Quid enim? ſi verba ordines, uti ordinanda ſunt: *momenta vitae necisque incidentium*, et *incidentium* cum Erneſtio idem eſſe putes quod *caſuum*, equidem, qui meus fortaſſe eſt ſtupor, non video, quomodo *caſibus* vita et mors tribui apte poſſit. W.

11. *Arceſſens*] incuſans. *Ditandus caſibus alienis*, paupertate aliorum. W.

13. *Implacabilitas*] ſaevitia XIV, 1. W.

Cauſae quidem piiſſimae, ſed victoriae foedioris.] Imitatur locum Ciceronis, qui in lib. 2. c. 8. de Officiis habetur de Iulio Caeſare: *Secutus eſt, qui in cauſa impia, victoria etiam foediore, non ſolum ſingulorum civium bona publicaret, ſed univerſas provincias regionesque uno calamitatis genere comprehenderet.* Recte ergo et ordine fecimus, cum eam ſcripturam, praeſertim omnium exemplarium conſenſu firmatam, hic reſtituimus, exploſa P. Caſtelli coniectura, qui *victoriam foedantis* ediderat. VALES.

Vel ſub eculeo caput incurvos.] Eodem modo loquitur in lib. 28. c. 1. §. 19. de Hymetio Africae Proconſule: *Inductusque in iudicium quamquam incurvus ſub eculeo ſtaret, pertinaci negabat inſtantia.* Eculeus, quantum ex veterum libris colligimus, ſtipes fuit ligneus, ſurſum ac deorſum perforatus, cuius in medio transverſarium erat lignum, cui noxius tamquam equo inſidebat, unde et machinae nomen ductum. In infima parte ſtipitis ſex aut ſeptem erant foramina, aliud alio inferius, ad quae fidicularum intenſionibus pedes noxii hominis adducebantur. In qua intenſione cum hinc quidem pedes deorſum attraherentur: inde manus poſt tergum vincula cohiberent, neceſſe erat ut miſeri homines prae dolore totius corporis caput incurvarent. Hinc apud Sulpicium in lib. 2. de Vita B. Martini, *ſponte adſcenderet equuleum, etc.* Plura de eculeo vide apud Sigonium in lib. 3. de iudiciis. VALES. *Incurvos caput* i. e. capite. W.

Ictu] i. e. ictui. Sic dedi ex edit. Lugdunenſi 1552. Valeſ. Erneſt. et Bipont. *icti* operarum fortaſſe errore. — *Si pateretur natura* ſi fieri poſſet. W.

Fortunis gementibus univerſis] in tanta omnis conditionis hominum calamitate. W.

14. *Satietas opum cepit et caedis.*] Valentis tamen in puniendis factionis conſciis clementiam praedicat Themiſtius in Orat. IX. Sed cum haec Oratio ad Valentem ipſum praeſentem habita ſit a Themiſtio, illud Oratoris illius teſtimonium non magnopere fidem meretur. Plus apud me ponderis habet teſtimonium Libanii, qui et amicus erat Procopii, et cum Hyperechio et Andronico Procopianae factionis praecipuis auctoribus magna fuit neceſſitudi-

ne coniunctus. Is igitur in vita ſua p. 55. (Reisk. I. p. 115.) Valentem laudat, quod una cum tyranno Procopio tyranni amicos necandos ſibi eſſe non putarit. ἀλλ' ἐπάνειμι πρὸς τὸν βάλεντα, ὃν ἔδειξε μὲν χρηστὸν, τὸ μὴ τῷ τυράννῳ τοὺς τοῦ τυράννου φίλους ἐπαποκτεῖναι. *Sed redeo ad Valentem, cuius benignitas in eo apparuit, quod cum tyranno amicos tyranni minime occidendos putavit.* VALES.

15. *Novatore*] Procopio. W.

Diem XII. *Cal. Auguſtas.*] Conſentit Idatius in Faſtis: Valentiniano et Valente Coſſ. *mare ultra terminos ſuos egreſſum eſt die* XII. *Cal. Aug.* quae iisdem verbis (quod et in aliis plurimis locis notavi) in Chronico Alexandrino referuntur: τούτῳ τῷ ἔτει ἡ θάλασσα ἐκ τῶν ἰδίων ὅρων ἐξῆλθε μηνὶ πανέμῳ, πρὸ ιβ' καλανδῶν Αὐγούστων. Eiusdem terraemotus meminit Hieronymus in Chronico, et in vita Hilarionis: ubi his verbis utitur, quae cum Marcellini narratione valde conſentiunt. *Ea tempeſtate terraemotu totius orbis qui poſt Iuliani mortem accidit, maria egreſſa ſunt terminos ſuos, et quaſi rurſus diluvium Deus minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia, naves ad praerupta montium pependerunt.* VALES.

Terrores] Sic emendavit Hadr. Valeſ. in praef. p. LXIV. quo ducebat cod. Colbert. *errorls* exhibens. Olim vulgabatur *tremores.* W.

Veridicae antiquitates] opp. fabulis, verae fide dignae priſcae hiſtoriae. W.

16. *Denſitate fulgurum acrius vibratorum*] crebris iisque violentis. *Omnis terreni ſtabilitas ponderis tremefacta* orbis terrarum ad fundamenta usque tremefactus. — *Species* genera *natantium* maris incolarum. — *Valliumque vaſtitates et montium,* ſub Oceano latentium, *ſuſpicerent radios Solis* admodum poëtice, uti totus locus, tum primum Soli paterent, *quos* non radios Solis, uti opinatur Erneſti, ſed *montes* cum vallibus *primigenia rerum natura* — *amandavit* locum iis dederat. W.

17. *Piſces et ſimilia*] conchas cet. *Gravati repulſam* aegre ferentes. W.

Verſa vice ut iura ſua tuerentur, *conſurgunt, perque vada ferventia* vias ſibi impetu aperientes civitates et aedificia *complanarunt.* W.

18. *Milia multa necavit hominum*] Quinquaginta hominum milia a refluo mari abſorpta fuere, ut ait Cedrenus: Πέντε μυριάδες ἀνθρώπων κατεποντίσθησαν. Vide Michaelem Glyc. Annal. tomo IV. pag. 355. LINDENBR.

Humentis ſubſtantiae aquarum *conſenuit* reſedit *tumor.* W.

Exanimataque naufragiis corpora ſupina iacebant aut prona.] Mixtim nempe muliebre et virile ſecus hac inundatione periiſſe notat: prona enim mulierum corpora, ſupina virorum aquis exſtincta natant. Plinius lib. VII. cap. 17. Solinus cap. V. LINDENBR.

19. *Extruſae* proiectae *rabidis flatibus.* Rubenius Elect. p. 43. malit *fluctibus.* W.

Culminibus insedere tectorum.] Sub Iuliano aut circa ea tempora hoc accidiſſe aiunt Sozomenus lib. VI. cap. 2. Nicephorus Calliſt. lib. x. cap. 35. *Similis ἄμπωτις primo Valentiniani et Valentis Impp. Conſulatu contigit. Socrates Hiſtor. Eccleſ. 14. cap. 3. et alia ſub Gratiano, ſi Georgio Cedreno fides, pag. 258.* LINDENBR.

Prope Methonem opidum.] Methone Laconicae opidum memoratur a *Scylace atque* a Thucydide in lib. 2. c. 25. eamque adhuc ſua aetate nomen id retinuiſſe ſcribit Euſtathius in Homeri Catalogum. Sed ceteri Meſſeniae aſſignant, inter quos Mela ac Strabo, Plinius, ac Ptolemaeus. Eamque *Scylax et* Pauſanias in Meſſenicis Mothonem nominant, perinde ac Porphyrius in lib. 2. de abſtinentia. μόγος, inquit, ἦν βασιλεὺς μαυρουσίων, ὁ ἐν Μοθώνῃ σφαγεὶς ὑπ᾽ Ἀγρίππᾳ. ſcribe βόγος ex Strabonis lib. 8. In Tabula quoque Peutingerorum *Mothone* dicitur. [Hodieque vulgo *Modon.*] Neque aliter hoc in loco tam Editio Rom. quam Regius codex [et Colbertinus] ſcriptum habent. Quid, quod et in Prologo 7. Trogi Pompeii *Mothone* dicitur, quae a reliquis Methone, opidum Magneſiae longe ab hoc noſtro diverſum. VALES.

Diuturna carie fatiſcentem] Idem fere Virgilius Aen. 1, 122. itidem de navibus:

Vicit hiems: laxis laterum compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiſcunt.

Cf. de terrae motu alio XVII, 7. et *Bartels Calabrien.* W.

AMMIANI MARCELLINI

LIB. XXVII. C. I.

1. *Ob causam supra expositam*] legatos suos contemtim habitos, XXVI, 5. *Gallicanos limites persultabant.* cf. ad Cap. 1. et 2. Zosimus IV, 9. ab Ammiano quaedam narrans diversa. W.

2. *Portioni* manui *primae*, tribus enim, uti patet ex sequentibus, incedebant. W.

Apud Calidona.] In Exemplari Regio et Editione Aug. legitur *Calydona*, de quo loco nihil usquam legere memini. HENR. VALES. [In codice Colbertino scriptum reperio et *Calidona*. Sed non dubito scribendum esse *Cabilona*. Sic Marcellinus in libro XV. c. 11. *Cabillona* Graecanice pro *Cabillonem* in IV casu eam urbem bis appellat, et *militem omnem apud Cabillona collectum esse* scribit, Constantio A. per Arelate et Valentiam Rauracos ac Rheni ripam petente, ut Alamannis bellum inferret. Error ortus est ex transpositione trium litterarum, et ex similitudine litterarum b et d, quarum altera in alteram facile commutatur ab incautis. Ex *Cabilona* vel *Cabillona* ab his qui urbem non noverant, factum est *Calibona* transpositis 3 litterulis: ex *Calibona* factum est *Calidona* et *Calydona*. Divitenses autem et Tungricani tum in praesidio erant Cabillone ad Ararim, quibus praeerat Severianus Comes: ex quibus Tungricani in codice Colbertino *Tuncgraecani* dicuntur: et in libro XXVI. c. 7. Marcellinus *Divitenses Tungricanosque iuniores* coniungit, a quibus Procopius Augustus est consalutatus. Ubi codex Colbert. scriptum habet *et Tuncgraecanos iuniores*, pro *Tungrecanos* vel *Tungricanos.*] HADR. VALESIUS. Sane commodius et opportunius hoc remedium est illo, quod attulit Iac. Gothofredus ad librum V. codicis Theodos. tit. V. de postliminio, *apud Salisona.* GRON.

Cabilona] (Chalons sur Saone) XV, 11. ubi Cabilonus. W.

Divitensibus praesidebat et Tungricanis.] Vid. quae ad lib. XXVI. c. 7. notata. LINDENBR.

3. *Brevioris aquae*] fluminis non admodum lati. W.

4. *Telo per os fixum.*] Sic Accursius et Gelenius ediderunt, quorum consensui equidem multum tribuo. In Regio codice scriptum inveni, *missilique telo perfossum.* At Valentinus codex teste Ant. Loisello scriptum habebat, *miss. telo peroffensum,* [ut et Colbertinus,] *Vatic. ac Tolos.* VALES.

6. *Erulorum.*] In Regio codice, [et in Colbert.] ſcribitur *Aerulorum:* et ita Zonaras in Geſtis Gallieni eos appellat, αἰρούλοις σκυθικῷ γένει καὶ γοτθικῷ ἐπεξελθὼν ἐκράτησε. Hos Dexippus in lib. 12. Chron. ἐλούρους uſitata Graecis traiectione vocaverat, ut docet Stephanus et Auctor Etymologici. Ablabius etiam Hiſtoricus ita appellarat, teſte Iordane in Gothicis: *Nam praedicta gens, Ablabio Hiſtorico referente, iuxta Maeoticas paludes habitans, in locis ſtagnantibus quae Graeci ἕλη vocant, Eluri nominati ſunt omnes.* Cui conſentit auctor Etymologici, cum ait: ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἑλῶν Ἔλουροι κέκληνται. Ex his auxilia mercede conducere non Romani ſolum, ſed etiam aliae nationes pleraeque conſueverant, ut ibidem Iordanes refert: erant quippe ſtatura proceri et ad curſum velociſſimi. De iisdem multa Procopius in lib. 2. Gotth. ſcribit. VALES. *Eruli* et *Batavi* iunguntur etiam xx, 1. 4. W.

Vexillum direptum poſt certamina receptum eſt magna.] Fuſius haec Ammiano narrat Zoſimus IV, 9. cf. Gibbon VI, 180. W.

CAPVT II.

1. *Qua clade cum ult. maerore comp.*] Zoſimus in lib. 4. c. 9. Valentinianum accepto hoc nuntio adeo exarſiſſe ſcribit, ut Batavorum numerum integrum exauctorare voluerit, quod ſegnius ſe in pugna geſſiſſent: ſed exoratum a proximis, tandem iis pepercisse. VALES.

Correcturus huiusmodi geſta.] In Regio et Vatic. codice legitur, *correpturus ſed eius geſta.* [In Colbert. *correcturus ſed eius geſta.*] Unde non ſine cauſa exiſtimavi ſcribendum eſſe, *correcturus ſecius geſta:* quemadmodum loquitur Marcellinus infra cap. 8. *Quibus magno cum horrore compertis, Severum miſit correcturum ſecius geſta.* VALES.

Suſciperet inſignia Conſulatus] XXVI, 9. W.

Prope locum Scarponna.] Itinerarium Antonini Imp. p. 365. Weſſeling. *A Durocortoro Dividurum-Tullum, Scarpona, Divodurum.* Tabula vetus Itiner. — *Tullo Scarponna.* LINDENBR.

Prope locum Scarponna.] Quod caſtrum duodecimo a Mettenſium urbe milliario ſitum eſt, ut ſcribit Paulus Diaconus de Epiſcopis Mettenſibus. VALES. *Scarponna* (Charpeigne) ad Moſellam. Cf. *Mannert* Gallia x. 187. W.

2. *Lavantes alios, quosdam comas rutilantes ex more, potantesque nonnullos.*] Simile illud, quod alibi refert Zoſimus: νῦν δὲ μεθύοντας, ἄλλους δὲ τῷ ποταμῷ λουομένους, ἀπέσφαξεν. De Germanorum vero rutila coma Diodorus Sicul. lib. v. c. 28. Procopius Waudalicor. lib. 1. aliique Scriptores non pauci, ut iam ad Taciti Germaniam c. 4. a viris doctis notatum eſt. LINDENBR.

Rutilantes] active, colorem rutilum inducentes. vide Sueton. Caligula 47. Val. Max. II, 1. 5. Diod. Sic. v, 28. et ibi interpretes, Gesner. Theſ. h. v. W.

3. *Inſtanter victore.*] *Inſtante* legitur in Regio exemplari, in quo etiam ex coniectura ſuperſcriptum eſt *urgenter.* [In Colbert. *urguente inſtante victore.*] Certe non dubito, quin aut ſcribendum ſit, *urgenter inſtante victore,* aut ſane *inſtanter urgente victore.* VALES.

Forati] traiecti. Sic latere forato iumenti 16, 12. W.

4. *Speculatione*] ſpeculatoribus. — *Catelaunos* (Chalons ſur Marne). W.

6. *Hebetatis*] remittentibus et repreſſis. XVII, 5. XIX, 7. — *Armaturarum tribunus.* v. Ind. II. — *Magniloquentia ſocordi coalitus* verbis oſtentator, in re gerenda ſtolidus et ignavus. W.

7. *Non amplius ducentis.*] Codex Regius vocem interſerit neceſſariam, ut puto, *non amplius mille ducentis amitteret.* Vaticanus [et Colbert.] *ille ducentis* *pro *mille.** VALES.

8. *Camporum mollia*] virides laetosque campos. — *Conſtrictos.* Sic pro *conſtratos* ex cod. Colbert. dedit Hadr. Valeſius, quem vide in Praef. p. LVII. W.

9. *Captum ab Haſtariis.*] In Regio codice prius ſcriptum fuit *Aſcariis,* *ut legitur in Vatic.* [et in Colbert.] quod magis placet. Aſcarii enim inter Auxilia Palatina cum Erulis et Batavis recenſentur in Notitia Occidentalis Imperii. (P. VII. p. 1487. Theſ. Graev.) Haſtariorum autem numeri ita dicti, nullibi quod ſciam fit mentio. Ceterum de hac victoria Alamannica loquitur Idatius in Faſtis. VALES. Cf. Ind. II. W.

Militari impetu] ignaro duce. W.

10. *Conſulem deſignavit*] in proximum annum 367. W.

CAPVT III.

Qui gravi tubicinum ſonitu diu fatigaverat aures Ammianus, iam lepido ſatis epiſodio alium in ſcenam producit muſicum — *aſinum.* Quid? aſinum ad lyram? Immo vero, quod longe mirabilius, *aſinum Iudicem e tribunali* declamantem. Quam *novam portenti ſpeciem,* cui ſimile, ſi quod umquam accidit, hiſtoria tamen neque antiqua nec recentior ad poſteritatis memoriam propagavit, operae profecto pretium eſt, ſubtilius exponere, tempusque et locum et perſonas, quibus acta res ſit, diligentius definire.

Dubius, fateor, ipſe Marcellinus eſt in tempore conſtituendo: *hoc tempore,* inquit, *vel paullo ante.* Res A. C. 366. geſtas deſcripſerat hactenus, quo anno tamen auritum illum iudicem non potuiſſe apparere, aliunde poteſt probari. *Orfitus* enim, quum auctore Corſini p. 220. Praefecturam Urbis ab a. 353—359. adminiſtraverit, et *ex Praefecto* demum, ipſo Ammiano teſte, in iudicium potuerit vocari (recte: nam magiſtratuum nomina iure Romano deferre non licebat); denique *Terentius,* ſi fides habenda Tillemontio T. v. p. 334. et Corſino p. 261. *Corrector Tuſciae* A. C. 364. et 365. fuerit, — quadrupedem illum oratorem typum quaſi atque praecurſorem Terentii intra annos 360—363. in publicum proceſſiſſe, manifeſtum eſt.

Sed, quae restant de loco et personis dicenda, ipsius Ammiani textu praeeunte persequamur. W.

Per Annonariam apparuit Tusciam.] Duae erant Tusciae, Annonaria et Urbicaria, ut Picenum annonarium et urbicarium. Cassiod. lib. 4. Epist. 14. *Per Picenum sive Tuscias utrasque.* Auctores Rei agrar. pag. 163. *Terminus testaceus in ped.* CCCCL. *per Tusciam Urbicariam et Annonariam.* *Iornandes de Regnorum Successione, in fine: *Ad cancellos Annonariae Tusciae feliciter dimicans, fugat exercitum.** L. 12. C. Theod. de indulg. debit. *Picenum et Tusciam Suburbicarias regiones.* Et *Consularis Tusciae Suburbicariae,* in inscriptione Novel. Constitutionis Leonis et Maioriani, Tit. IX. LINDENBR. *Tuscia* (Etruria, Toscana) *urbicaria* s. *suburbicaria* propter vicinitatem iurisdictioni Romae urbis adscripta erat, *annonaria* Italiae accensebatur. Salmas. ad Trebell. Pollion. XXX. Tyrannos c. 24. T. II. p. 319. W.

In oppido Pistoriensi] hod. Pistoia. *Prope horam tertiam,* nonam nostram matutinam. W.

Tribunali adscenso.] Vaticanus liber clare *escenso.* Haec et talia non sine crimine negligi placuit eis, qui optimum exemplar inspexerunt. GRON.

Destinatius] obstinatius, ut silentium imponi non posset. W.

2. *Terentius enim humili genere in Urbe natus, provinciam Correctoris administraverat potestate.*] Ad quem etiam plurimae Constitutiones in Cod. Theodos. exstant. L. 4. de iurisdict. *Impp. Valentinianus et Valens AA. ad Terentium Correctorem Tusciae.* L. 61. et 65. C. Th. de Decurionib. et si quae aliae. LINDENBR. *In Urbe* Roma. W.

Pistor.] Horum conditio qualis fuerit, satis ex Cod. Theodos. Tit. de pistor. et Catabolens. patet. LINDENBR. Pistorum, qui singulare collegium constituebant, v. Cod. Theod. Lib. XIV. Tit. 3. inter alia hoc erat, ut nomina annonas defraudantium ad Praefectum Urbis deferrent, iisque rei ad pistrinum Urbis damnati custodiendi tradebantur. v. Corsini de Praef. Urbi Praef. p. XL. W.

Ad vicem praemii] loco praemii. Sic ad vicem memorabilis muneris 15, 10. — *Peculatus* aerarii defraudati. W.

Officium ex Praefecto.] Sic *Officium iudicantis,* L. 13. C. Theod. de erog. mil. ann. et *officiorum annonae,* L. 19. Tit. eod. *Princeps officii,* L. 1. Cod. Theod. de offic. rect. provinc. LINDENBR.

Officium ex Praefecto.] *Orsitum* hic restituendum esse dubium non est, qui peculatus arcessitus a Terentio, missus est in exsilium. Idem tamen precibus et studio Vulcatii Rufini Praef. Praet. paullo post bonis et patriae restitutus est, ut scribit Marcellinus cap. 7. huius lib. VALES.

Correctoris potestate] v. Ind. II. h. v. Sed quid Correctori cum asino? Equidem lubenter fateor, me portenta interpretandi artem non callere, fortasse tamen similitudinem quandam illius aetatis augures invenisse sibi visi sunt asini e pistrino, et *pistoris,* eiusque *humilis genere,* ideoque legum imperiti, qui tamen iuris e tribunali dicundi provinciam suscepisset. W.

Inquietius agitans multa] conf. Hadr. Valefius in praef. p. LVII. W.

In naviculariorum negotio.] De naviculariis vid. Cod. Theodof. lib. XIII. Tit. 6. Cod. Iuftin. lib. XI. Tit. I. LINDENBR.

Naviculariorum] mercatorum, qui peregrinis ex provinciis frumenta advehebant. W.

Regente Claudio Romam.] Quem fuiffe appellatum Claudium Iulium Aedefium Dynamium colligit Th. Reinefius ex infcriptione, quam huic applicandam iudicat, in epiftola XIX. GRON.

Claudio] Reinefius adfcripfit: „Quo? an Fl. Claud. Evangelo, qui A. C. 353. cum Praef. Urb. effet Memmius Orfitus, erat Comes tefte Infcript. 6. p. 38. an, quod iam verius videtur, Cl. Iulius Aedefius Dynamius, quem virum intelligit et Praef. Urb. vocat Infcr. p. 1114." W.

Regente Claudio Romam] quod tamen accidit A. 374. quo Praef. Urbi Claudius ifte fuit. v. infra XXIX, 6. ad fin. et Corfini p. 260. W.

3. Data occafione et aliorum Urbis Praefectorum mentionem iniicit Nofter. *Multo antequam hoc contingeret, Symmachus Aproniano fuccefſit* (inter quos tamen inferendus *Volufianus* Corfini, p. 233.) Aproniani Praefectura cadit in A. 362. 363. et 364. Volufiani, fed brevis et interrupta, 365. Symmachi 364. et 365. v. Corfini p. 227—235. W.

Symmachus Aproniano fuccefſit.] Hic eft ille Q. Aur. Symmachus P. U. ad quem varia Edicta et Refcripta Valentiniani et Valentis Impp. in Codd. Theod. et Iuftinianeo exftant: cuius quoque Epiftolarum volumina ad noftram memoriam pervenere: in quibus ingenium viri et ftili facundiam merito admiramur. LINDENBR.

Symmachus.] De quo exftat haec vetus Infcriptio: *L. Aurelio. Avianio. Symmacho. V. C. Praefecto. Urbi. Proconfuli Pro. Praefectis. Praetorio, etc.* Pater fuit Q. Aurelii Symmachi illius, cuius hodie Epiftolae leguntur. Praefecturam autem Urbanam iniit fub exitum anni quo Iovianus Aug. et Varronianus Coff. fuere, et ad exitum usque infequentis anni geffit, ut ex Codice Theodofiano colligitur. *De eius domo a plebeiis incenfa vide Symmachi Epiftolam 38. libri I. Ob quam iniuriam cum Symmachus in agrum feceffiffet, Senatus non fuffragiis modo, fed etiam oratoribus miffis, ut rediret, rogavit: quod teftatur Symmachus filius in Epiftola citata.* VALES.

Symmachus] Reinefius adfcripfit: „Haec de Symmacho Oratore f. L. Aurelio, in quem fcripfit Prudentius. Ge. Fabric. expof. hymni Prudent. — — Aliter etiam rem narrat, fc. dixiffe eum, fe vinum lubentius ad calcem reftinguendam adhibiturum, quam vendere civibus pretio viliore quam conftituiffet." W.

Inter praecipua nominandus exempla doctrinarum] Poetam fuiffe dicunt. — *Quo inftante* cuius vigilantia. W.

Et amb. ponte exfultat atque firm. quem.] Haec verba tam in Editione Aug. quam in codice Regio et Vatic. [ac Colbert.] omiffa funt: quae primus fupplevit Gelenius: ex coniectura, an ex Hirsfeldenfi codice nequeo dicere. Quod fi vera eft haec fcriptura, pontem Gratiani hic intelligi oportet, quo in Infulam Tiberi-

nam traiici mos erat. De quo haec eſt vetus Inſcriptio: *Domini. noſtri. Impp. Caeſſ. Fl. Valentinianus. Trib. pot.* VII. *Imp.* V. *Cos.* II. *P. P. et. Fl. Valens. et. Fl. Gratianus. Pontem. felicis. memoriae. Gratiani. in uſum. Senatus. ac pop. R. conſtitui. dedicariq. iuſſerunt.* VALES.

Condidit] de quo vide Tillem. T. v. P. I. p. 330. W.

4. *Infixerat*] auribus animisque civium. Cf. Hadr. Valeſii praef. p. LVII. W.

Libentius ſe vino pr. calcarias exſtincturum.] Calcem vino reſtingui docet Plinius in lib. 36. cap. 24. ubi de malta, *quod caementi genus eſt. [Cf. etiam Palladius I, 17. 41. ibique Schneiderus Rei ruſtic. Scriptt. T. III. P. 2. p. 46. W.] Utebantur autem in eam rem vino viliſſimo, ut credibile eſt. Proinde ſenſus eſt, Symmachum dixiſſe, ſe potius vino proprio ad maltam faciendam abuſurum, quam id vili pretio venditurum.* Sed hic locus ſimpliciter intelligendus eſt, ut Symmachus dixerit, ſe libentius vinum perditurum, et loco aquae effuſurum, quam tali aut tali pretio venditurum. Porro in codice Regio et Vat. [et Colbert.] legitur *libenter;* non male. Sic enim loqui amat Ammianus. [vid. ad 26, 4. W.] VALES.

Calcarias exſtincturum.] Tertullianus de Carne Chriſti, cap. 6. *De calcaria ad carbonariam.* LINDENBR.

5. *Lampadius ex Praefecto Praetorio*] Zoſim. lib. II. c. 55. Λαμπάδιος ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος, ἀνὴρ δύνασθαι παρὰ τῷ βασιλεῖ πάντων ἀεὶ πλέον ἐπιθυμῶν. LINDENBR.

Lampadius ex Praefecto Praetorio Italiae, v. XV, 5. *Urbis moderator* A. 366. urbanitatis tam ridiculus affectator, ut aegerrime ferret, ſi quis artem eius eleganter *exſpuendi,* qua aliis omnibus praecelleret, non admiraretur, ſed nonnumquam *ſeverus et frugi* ſerius et gravis. W.

6. *Magnificos Praetor ederet ludos.*] A Praetoribus novis ludos edi ſolitos, conſtat ex L. 13. et 14. C. Theod. de Praetor. et Quaeſtor. Symmach. lib. 8. Epiſt. 14. *Vide quae ex Photio notavi, ubi de Praetura agit. Tertull. de Spectacul. lib. cap. XII. *Licet tranſierit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viventium, Quaeſturas dico, et Magiſtratus.* Idem cap. ult. in fine: *Ut talia ſpectes, ut talibus exſultes, quis tibi Praetor, aut Conſul, aut Quaeſtor, aut Sacerdos de ſua liberalitate praeſtabit?** LINDENBR.

Praetor ederet ludos.] Praetores ludos ſcenicos, et Circenſes, et amphitheatrale munus populo Rom. dabant, ex inſtituto Auguſti, ut videtur. Conſtantinus vero omnes qui Senatores eſſent, ad Praeturam et Editiones ludorum primus coegit, ut illi obiicit Zoſimus in lib. 2. c. 38. Quo factum eſt, ut plerique ſpontaneo exſilio ab huiusmodi impenſarum onere ſe redimerent. VALES.

Indignis multa donari ſaepe urgentis.] Mimis enim, et hiſtrionibus, et aurigis [quibus ea aetate inprimis delectabantur Romani. v. XIV, 6. XXVIII, 4. W.] immenſa ab editoribus munera dabantur, ut de Iunio Meſſalla dicit Vopiſcus in Carino c. 20. *Chryſoſtomus Homilia 67. in Matthaeum, et Hom. 19. in Epiſtolam 2. ad Corinthios; Auguſtinus in Epiſtola 5. ad Marcellinum, et* in Sermone 5. eorum quos haud ita dudum edidit Iac. Sirmundus. Denique Ambroſius in Sermone 81. *Quod ſi Magi-*

ſtratus, ait, *in theatris mimis, athletis et gladiatoribus aliisque huiusmodi totum fere patrimonium ſuum largitur ac prodigit, ut unius horae favorem populi acquirat, etc.* ac paullo poſt: *Divitias noſtras conſulte et utiliter diſponamus. Praeparemus nova et praeclariſſima munera. Edamus primam candidam in veſtitu nudorum: ſecundam vero non minus nobilem, etc.* Quo in loco Candida dicitur Editio, quae fiebat a Magiſtratibus ſumptu ipſorum, non ex arca publica. Unde in Calendario Heruvartii in Decembri menſe *Munus arca* et *munus Kandida* opponuntur. *Hinc Hieronymus in Epiſtola ad Pammachium de obitu Paullinae, munerarium et Candidatum coniungit: *Munerarius pauperum, et egentium candidatus.* In actis paſſionis Bonifacii Martyris nuper Romae editis mentio fit huius *Candidae.* Sic enim de Aglae matrona Romana, ſcribitur. *Haec ergo ter Candidam egerat apud urbem Romam ex Praefectura, habens ſub ſe 73. procuratores, qui curas agebant in poſſeſſionibus eius, et unum maiorem, qui erat ſuper omnes.* Ubi ſcribendum puto: *Ex Praetura.* Praetores enim et Quaeſtores Candidati id munus edebant, unde et Candida nominata eſt. *[Graeca tamen ſic habent: *αὕτη δὲ τρίτον κάνδιδα ἔπραξεν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ ἐπαρχότητα.* Graecum contextum mihi communicavit V. CL. et eruditiſſ. amicus meus, Aimericus Bigotius: ut et verba ex Martyrio S. Eleutherii, ubi pater Eleutherii Nobiliſſimo ex genere Aniciorum *ter candidam Romae dediſſe* dicitur: *οὗτος ἔδωκε τρία κάνδιδα ἐν τῇ Ῥώμῃ.*] Porro cum eiusmodi largitionibus multi rem familiarem exhaurirent; primum Tiberius eas donationes temperavit, teſte Suetonio c. 34. deinde Marcus, ut eſt apud Capitolinum. Poſtea Macrinus, ut ſcribit Dio in lib. 78. pag. 878. ac deinceps alii, ut legere eſt in Codice Theod. in tit. de Praetoribus, et in tit. de expenſis ludorum.* Porro quod ait heic Marcellinus, plebem in Theatro ſaepe poſtulaſſe, ut indignis multa donarentur ab Editoribus ludorum; idem quoque ſcribit Auguſtinus in Pſalmum 136. hiſce verbis: *Si non timeret famem in domo ſua, qui clamat, ut pantomimi veſtiantur.* et in pſalmum 149. *Quanta donant,* inquit, *quanta impendunt? Effundunt vires non patrimonii tantum, ſed etiam animi ſui. Iſti faſtidiunt pauperem, quia populus non clamat, ut pauper accipiat: clamat autem populus, ut venator accipiat.** VALES.

Accitos a Vaticano q. egentes.] Intelligo pauperes, qui in veſtibulo aedis Apoſtolorum, quae erat in Vaticano, ſtantes ſtipem petebant, teſte Procopio in Anecdotis pag. 117. et Paullino in Epiſt. ad Alethium: quod et in aliis Eccleſiis ſeu Baſilicis Chriſtianorum obſervabatur, ut docet Chryſoſtomus in tract. 2. de negatione S. Petri. *et in Homilia IX. de Poenitentia: ubi ait conchas quidem aqua plenas pro foribus Eccleſiae poſitas fuiſſe, ut fideles ingreſſuri manus abluerent: pauperes vero in veſtibulo ſediſſe, ut Chriſtiani per eleemoſynam animae ſordes abſtergerent. Denique in Homil. 30. in Epiſtolam priorem B. Pauli A. ad Corinthios, mendicos valvis Baſilicarum affixos, ornamentum eſſe Eccleſiae teſtatur, adeo ut absque illis imperfectus eſſet Eccleſiae coetus.* Ceterum piam Chriſtianorum conſuetudinem, quae tunc temporis obtinebat, tacitus praeterire non poſſum. Simul atque enim Praeturam aut Conſulatum Senatores erant adepti, ad aedem Apoſtolorum Deo gratias acturi currebant, et pauperi-

pauperibus pecuniam ac vestes largiebantur. Sic enim Prudentius in lib. I. contra Symmachum 557.

Martyris ante fores Bruti submittere fasces
Ambit, et Ausoniam Christo inclinare securem.

et Ennodius in Apologia pro Synodo Palmari. in fine: *Mentior, nisi egena agmina Consulatus vestri, subsidio miseriarum, praestolantur adventum.* Et paullo post: *Ecce nunc ad gestatoriam sellam Apostolicae Confessionis uda mittunt lumina Candidatos, etc.* VALES.

7. *Iudicibus*] more Ammiani pro summis magistratibus. *Per omnia membra* regiones *civitatis* operibus publicis a Principibus olim erectis nomen *proprium* suum inscribebat. W.

Herbam parietinam iocando cognominarunt.] Aur. Victor in Constantino Epit. 60. *Hic Traianum herbam parietariam, ob titulos multis aedibus inscriptos, appellare solitus est.* LINDENBR. Cf. Spanhem. ad Iuliani Caess. p. 170. W.

8. *Prope Constantinianum lavacrum.*] Constantinus Imp. cum Byzantium vetus suo nomine appellasset, inter alia Urbis illustria monumenta, λουτρὰ etiam splendida exaedificavit. Codinus in Originib. CP. Harum balnearum mentio quoque in veteri novae Romae Descriptione, ex qua in x. regione eas fuisse scimus. Unde P. Gillii viri doctissimi error detegitur Topograph. CP. lib. III cap. ult. *Constantianas* legentis. Quas et ipsas quidem fuisse nemo negat, sed post Chalcedonos murorum a Valente destructionem primum exstructas. Socrates Histor. Eccles. lib. IV. cap. 8. LINDENBR.

Prope Constantinianum lavacrum.] Thermae Constantinianae in regione VI. urbis Romae fuerunt, ut scribit P. Victor de Caesaribus 40. a Constantino M. post victoriam de Maxentio aedificatae, teste Aurelio Victore: *Circus Maximus excultus mirifice, atque ad lavandum institutum opus, ceteris haud multo dispar.* VALES.

Facibus incenderat et malleolis.] Huiusmodi periculis Praefecti urbis Romae obnoxii erant, ut praeter Symmachi exemplum proxime allatum docet Ambrosius in Ep 29. ad Theodosium: *Neque recordaris, Imperator, quantorum Romae domus Praefectorum incensae sunt: et nemo vindicavit. Immo si quis Imperatorum voluit factum severius reprehendere, eius magis, qui tanto est perculsus dispendio, causam gravet.* VALES.

Ni vicinorum et familiarium.] Vid. de huius loci scriptura Hadrian. Valesius in praefat. p. LXIV. et Gronovius ib. p. XXXI. W.

9. *Mulvium pontem.*] De quo Livius lib. XXVII. c. 51. Iuvenalis Satyr. 6. Pub. Victor in Descriptione urbis Romae. LINDENBR.

Mulvium pontem (mel. Milvium) quatuordecim stadia ab Urbe distantem, conflictu Constantini et Maxentii famosum. W.

10. *Exoriens*] Ernestius: „Sic etiam Stephaniana. Fortasse tamen legendum *exordiens.*" W.

Ex titulis solitis.] Puta ex conditis formarum aut operum publicorum, et ex reliquis vectigalibus populi Rom. quae ad restaurationem operum publicorum erant deputata, ut supra notare memini. Vide Symmachum in lib. X. Ex. 53. et 50. VALES.

Species] res venales. cf. Iul. Capitol. in Antonino Pio c. 7. W.

11. *Ex Quaesitore Palatii Viventius.*] Mſ. *Iuventius.* Sed vulgata lectio recta. Exſtantque ad hunc Viventium varia Impp. Valentin. Valent. et Gratian. Reſcripta. L. 4. C. Theod. de offic. rect. provinc. L. 30. C. eod. de curſu publ. aliaque alibi non pauca. LINDENBR.

Ex Quaesitore Palatii Iuventius.] De quo Marcellinus in lib. 26. cap 4. haec dixit: *Morborum cauſas inveſtigandas acerrime Urſacio Off. Magiſtro Delmatae* (ſic enim Mſ. Reg. et Editio Rom.) *crudo, et Iuventio Siſciano Quaeſtori tunc commiſerunt.* Eiusdem Iuventii Praef. Urbi meminit Symmachus in lib. x. Epiſt 43 His igitur teſtimoniis adductus *Iuventium* hic edere malui, quam cum Gelenio aut Lindenbrogio *Viventium*, praeſertim cum et Mſſ. Regius ac Flor. [et Colbert.] cum Editione Aug. a noſtris partibus ſtent. Atque ita in Codice Th. emendandum cenſeo. [*Quaeſitor* autem heic (ut et ait P. Pithoeus) ponitur pro *Quaeſtor.*] VALES. V. Corſini p. 237. et 249. W.

12. *Damaſus et Urſicinus.*] Ita Anaſtaſius et Liutprandus in Vitis PP. *Urſinum* vocat Rufinus Hiſt. Eccleſ. lib. II. cap. x. *Urſacium* Socrates lib. IV. cap. 24. Sozomenus lib. VI. cap. 23. *Urſicium* Nicephorus Calliſtus lib. XI. cap. 30. LINDENBR.

Damaſus et Urſicinus.] *Urſinus* in codice Regio et Valent. [et Colbert.] nominatur. Neque aliter hunc Damaſi competitorem appellat Hieronymus in Chronico, et in Epiſt. ad Damaſum, Socrates in lib. 4. cap. 29. et ex eo Caſſiodorus in lib. 8. Hiſt. Tripertitae. Accedunt Epiſtolae Concilii Aquileienſis, et Concilii Romani a Iac. Sirmundo nuper editae, in quibus Urſinus dicitur, ut et apud Rufinum. De quo conſulendi ſunt Annales Illuſtriſſ. Cardinalis Baronii. VALES.

Sciſſis ſtudiis] aemulando. *Adiumentis* adiutoribus, aſſeclis. W.

13. **In Baſilica Sicinini.*] Marcellinus Presbyter in Praefatione libelli precum, quem obtulit Valentiniano iuniori, hanc *Baſilicam Liberii* vocat, eo quod Liberius Papa illic Eccleſiam aedificaſſet. Mentio fit huius Baſilicae a Liberio Papa conſtructae apud Anaſtaſium Bibliothecarium in geſtis Liberii. Verum Anaſtaſius eam Baſilicam a Liberio ſtructam eſſe dicit in Macello Liviae, non in Baſilica Sicinini. Macellum autem illud, et Sicinii Baſilica fuerunt in regione V. *Baſilicam Liberii* vocat vetus Scriptor, qui hiſtoriam huius ſchiſmatis litteris mandavit: Socrates in libri IV. capite 49. *Baſilicam Sicinam*, τόπον τῆς βασιλικῆς Σικίνης.* VALES.

In Baſilica Sicinini] in regione V. hodie *Santa Maria Maggiore.* Donat. Roma IV. 3. *uno die* 137. *reperta cadavera peremptorum.* De hac concertatione vide praeter ſcriptores hiſt. eccleſ. *Gibbonum* T. VI. p. 174. ſſ. *Tillemont* T. V. P. I. p. 55. 58. W.

14. *Oſtentationem*] magnificentiam, lautiorem vitam. *Laterum* pulmonum. W.

Ut ditentur oblationibus matronarum, etc.] Nimis pol hoc verum: et inſatiabile habendi ſtudium in ſacri ordinis viris, non antiqua ſolum, ſed *noſtra quoque tempora ſciunt.* Inſanum bene ad Ammiani mentem Hieronymus ad Euſtochium Epiſt. 22. *Quidam in hoc omne ſtudium vitamque poſuerunt, ut matronarum nomina, domos, moresque cognoſcant, ex quibus unum, qui huius artis eſt princeps, breviter ſtrictimque deſcribam, quo facilius magiſtro cognito, diſcipulos recognoſcas. Cum Sole feſtinus exſurgit, ſalutandi ei ordo diſponitur, viarum compendia requiruntur, et paene usque ad cubicula dormientium ſenex importunus ingreditur: ſi pulvillum viderit, ſi mantile elegans, ſi aliquid domeſticae ſupellectilis, laudat, miratur, attrectat, et ſe his indigere conquerens, non tam impetrat, quam extorquet: quia ſingulae metuunt veredarium Urbis offendere.* Vide locum. Idem Epiſtola ad Heliodorum 2. ad Nepotianum Epiſt. 2. *Cui tamen vitio in partem obviare conati ſunt Impp. Valentinianus, Valens et Gratianus AAA. ut ex eorum Conſtitutione ad ipſum hunc Damaſum Epiſc. urbis Rom. conſtat; cuius haec ſunt verba L. 20. C. Theod. De Epiſc. Eccleſ. et Clericis: *Eccleſiaſtici aut ex Eccleſiaſticis, vel qui Continentium ſe volunt nomine nuncupari, viduarum ac pupillarum domos non adeant, ſed publicis exterminentur iudiciis, ſi poſthac eos adfines earum vel propinqui putaverint deferendos. Cenſemus etiam, ut memorati nihil de eius mulieris, cui ſe privatim ſub praetextu religionis adiunxerint, liberalitate quacumque, vel extremo iudicio poſſint adipiſci. Et omne in tantum inefficax ſit, quod alicui horum ab his fuerit derelictum, ut nec per ſubiectam perſonam valeant aliquid vel donatione vel teſtamento percipere. Quinetiam ſi forte poſt admonitionem Legis noſtrae aliquid hisdem eae feminae vel donatione, vel extremo iudicio putaverint relinquendum, id Fiſcus uſurpet. Ceterum ſi earum quid voluntate percipiunt, vel ad earum ſucceſſionem vel bona Iure Civili, vel Edicti beneficiis adiuvantur, capiant ut propinqui.* Lecta in Eccleſiis Rom. III. Kal. Auguſt. Valentin. et Valente III. AA. Cons. LINDENBR.

* *Ut ditentur oblationibus matronarum.*] Epiſcopos urbis Romae perſtringit Marcellinus, qui oblationes fidelium in proprios uſus convertebant: ἐπὶ προσφορῶν ὀνόματι τὴν δωροληψίαν ἐπιτεχνώμενοι, ut ait Apollonius de Montano haeretico apud Euſebium. Veteres Chriſtiani olim annonam et pecunias offerebant Sacerdotibus, quibus non ſolum Clerici, ſed etiam pauperes matricularii alerentur. Poſtea Sacerdotes quidam has pecunias intervertere et in ſinum ſuum congerere coeperunt; et paucorum culpa, ut reliqui omnes hac ſuſpicione contingerentur, effectum eſt. Quocirca Iohannes Chryſoſtomus in Homilia 21. in Epiſtolam Pauli A. ad Corinthios ſuadet fidelibus, ut ipſi eleemoſynas ſuas erogent pauperibus, nec Sacerdoti ulterius offerant. Lege Gregorium Nazianzenum in Oratione 32. pag. 526. et de Epiſcoporum provincialium tenui victu, vili cultu, demiſſisque oculis, eumdem in Carminibus pag. 11.* VALES.

Ut ditentur oblationibus matronarum] unde Damaſum Urſini ſectatores nominarunt Auriſcalpium Matronarum. W.

* *Procedantque vehiculis inſidentes, circumſpecte veſtiti, ep. cur. profuſas.*] De hoc non Antiſtitum modo Romanorum, ſed

etiam ceterorum Patriarcharum et Archiepiſcoporum luxu loquitur Gregorius Nazianzenus, in Oratione funebri de laudibus Baſilii, pagina 360. et in Oratione 32. pag. 526.* VALES.

Circumſpecte] ſplendide, ut omnium oculos in ſe convertant. Gellius I, 5. circumſpecte compoſiteque indutus. Circumſpectus reſpondet graeco περίβλεπτος. W.

15. *Quam vitiis opponunt*] praetendunt, qua excuſare ea volunt. W.

[*Si ad imitationem quorumdam Antiſtitum Provincialium viverent, quos tenuitas edendi potandique parciſſime, vilitas etiam indumentorum et ſupercilia humum ſpectantia commendant.*] Martinus Turonorum Epiſcopus, aequalis eorum temporum, *in Epiſcopatu idem conſtantiſſime perſeverabat, qui prius fuerat. Eadem in corde eius humilitas; eadem in veſtitu eius vilitas erat:* ut ſcribit Sulpicius Severus in vita S. Martini. Germanus quoque Autiſſiodorenſis Epiſcopus, Martino ſuppar, vili veſte utebatur, licet numquam Monachus fuiſſet, ſicuti fuerat Martinus, *Germano* (inquit Conſtantius Presbyter in libro de eius vita) *indumentum cuculla et tunica indiſcretis fuere temporibus.* Cuculla autem et tunica indumenta tum erant plebis Romanae. Cucullae nomine deſignat heic Conſtantius veſtem cucullatam, et a cucullo capitis tegumento ita dictam: quae tunica alio nomine capa dicebatur, quod caput operiret: erat autem non cucullata modo, ſed etiam manicata vel manuleata, et talaris. *Supercilia humum ſpectantia* apud Ammianum, et *cordis humilitas* apud Sulpicium, una res eſt Legimus Theodoſium Iuniorem Aug. Cherſonenſis Epiſcopi, Conſtantinopoli mortui, ſagum ſordidum magna cura quaeſiviſſe, et ob ſanctitatem hominis reverenter induiſſe. Severus Sulpicius in libri de vita S. Martini capite XXVI. *Sed nec cibo,* inquit, *aut ſomno quidem indulſit, niſi in quantum naturae neceſſitas cogebat.* Idem in 2. Dialogi de virtutibus B. Martini capite I. *tunicam* et *amphibalum* Martino Epiſcopo tribuit: et in capite IV. eum, cum dioeceſes viſitaret, *veſte hiſpida, nigro et pendulo pallio circumtectum* fuiſſe prodit, nec vehiculo, ac ne equo quidem, ſed *aſello ſuo* inſediſſe, et tantummodo *piſcem Paſchae diebus edere conſueviſſe:* ut in Dialogi III. capite XIII. invenio.] VALES.

Perpetuo aeterno *numini.* W.

CAPVT IV.

Ammianus in bellum adverſus Gothos iturus excurſionem facit in *Thraciam* eiusque originem ac ſitum breviter perſequitur. W.

1. *Cuius regebatur arbitrio*] cf. Spanhem. ad Iuliani Caeſares p. 112. W.

3. *Placiditate*] planitie. *Aggerum* montium. W.

Homeri perennis auctoritas.] Iliad. IX. 5.

Βορέης καὶ ζέφυρος, τώτε Θρήκηθεν ἄητον
Ἐλθόντ' ἐξαπίνης. LINDENBR.

Aquilonem et Zephyrum ventos exinde flare.] Homeri versum qui est in Il. 9, 5. sic explicat Strabo in lib. 1. p. 28. Almel. ut Homerus non generaliter dixerit e Thracia Zephyrum flare; sed tantum incolis Thasi, Lemni, ac Samothraciae. Alii etiam aliter explicabant, ut ibidem refertur a Strabone. Sed fortasse et hoc dici potest, Homerum poëtica licentia id dixisse. Nam Poëtae omnes ventos e Thracia flare fabulantur, ibique ventorum specum esse: ut scribit ex Dionysophane Scholiastes Apollonii pag. 59. et auctor Etymologici in Ἀργοτρεύς. VALES.

4. *Scordisci, longe nunc ab iisdem provinciis separati*] Ammiani aetate ad Pannoniam relati. Cf. Tzschuck. ad Eutrop. p. 249. et 255. W.

Humanumque sanguinem in ossibus capitum humanis bibentes] Rufus Fest. c. 9. *In Thraciae regionibus etiam Scordisci habitaverunt, pariter crudele et callidum genus. Multa de saevitia praedictorum fabulosa memorantur, quod hostiis captivorum Diis suis aliquando libaverint, atque sanguinem humanum in ossibus capitum potare sint soliti.* Florus lib. III. c. 4. Vid. alia his similia apud Herodot. lib. IV. c. 65. et Auctorem libri περὶ τῶν καλῶν, Pomp. Melam lib. II. cap. 1. Solin. cap. 20. Isidorum lib. IX. cap. 2. Paul. Warnefr. Histor. Longobard. lib. I. cap. 27. *Athenaeum lib. 2.* LINDENBR.

Omnem amisit exercitum cum rectore.] C. Porcius Cato Consul cum Scordiscis bellum intulisset, male rem gessit, ut scribit Eutropius in lib. 4. c. 24. et Prologus libri 63. Titi Livii: exercitus enim (simile prodigio) paene totus est interceptus, ut loquitur Florus in lib. 3. cap. 4. Dio in Fragmentis quae nuper edidimus (fragm. 93.) τὴν Κάτωνος συμφορὰν vocat. Sed nemo ex illis Scriptoribus Catonem Porcium in eo bello occubuisse scribit. VALES.

5. *Ut nunc cernimus*] nostra aetate. *Cornuti sideris* lunae. W.

6. *Qua Romanum caespitem lambit*] poët. Romanas provincias praeterfluit. W.

7. *Unde eorum iubar exsurgit*] Mſ. *Unde eo iubar.* Scripsit Ammian. *unde eoum iubar:* quae dicendi forma apud eum frequens. Sic lib. 18. c. 4. *Ad tuendas partes Eoas.* Lib. XX. c. 3. *Per Eoos tractus.* Lib. XXVII. c. 1. *Per Eoum orbem*, *etc.* LINDENBR.

Discidium panditur terrarum angustum] Bosporus Thracicus. W.

8. *Acontisma.*] Hunc aditum provinciae Macedoniae commemoravit in lib. 26. c. 7. Fuit et Mansio in eo aditu ita dicta inter Topirum Rhodopae, et Neapolim Macedoniae opida: cuius meminit Antoninus in Itinerario. In Burdigalensi Itinerario sic notatur p. 603. Wesseling.

Civitas Topirum m. X.
Mut. Pardos m. 8. *finis Rhodopae, et Macedoniae.*
Mansio Acontisma m. 9.

Sic enim scribendum est. Constantinus in lib. 2. περὶ θεμάτων Acontisma inter urbes provinciae Thraciae numerat: cui non assentior. VALES.

Arethusa convallis et statio, in qua visitur Euripidis sepulcrum] Plutarchus in Lycurgo c. 31. Pausanias in Atticis c. 2. Plinius lib. XXXI. cap. 2. Dionysius Antholog. lib. III. *Vitruvius lib. 8. c. 3.* LINDENBR.

Arethusa convallis et statio.] Sic Gelenius edidit. At in codicibus *Mss. Vatic. Tolos.* Regio [et Colbertino,] perinde ac in Augustana Editione scriptum reperi, *Arethusa cures vales est statio.* Unde ita fere scriptum fuisse conici potest, *Arethusa circa valles est statio.* Arethusa urbs Graeca in Macedonia recensetur a Scylace Caryandeno. Ptolemaeus Amphaxitidis opida numerat Ἀρέθουσα, Στάγειρα. In ea fuit mutatio cursus publici, ut scribitur in Burdigal. Itinerario p. 604. Wesseling. sic: *Mans. Acontisma* 9. *Mut. Neapolim m.* 9. *Civ. Philippis m.* x. *Mut. Ad duodecimum m.* 12. *Mut. Doberos m.* 7. *Civ. Amphipolim m.* 13. *Mut. Peripidis m.* x. *Ibi positus est Euripides poeta:* legendum est *Mutatio Arethusa.* VALESIUS. Sane quis neget sic conici posse? Sed quis etiam dicat tali coniecturae sententiam sanam adesse? Erant haec loca plena vallibus et collibus; ac tota quidem Thracia. An igitur haec una per tam multiplices valles statio? Quis id dixerit? aut quis recensuit talem stationem, vel alteram circa montes? Haud dubie latet alterius historiae allusio. Mihi in mentem venit *Arethusa arx Sitalcae et statio.* GRONOV.

Arethusa, ubi visitur Euripidis sepulcrum.] cf. Addaei Epigr. VIII. in Anthologia Graeca Vol. II. p. 226. Iacobs. et Animadvers. Vol. II. P. 2. p. 237. W.

Stagira, ubi Aristotelem] Pomp. Mela lib. II. cap. 2. et alii plures. LINDENBR.

Ut Tullius ait] Academ. II, 38. ubi vid. Davis. p. 253. ed. Rath. W.

9. *Suis* popularium *corporibus.* W.

10. *Marcus Didius, etc.*] Florus lib. III. c. 4. Rufus Fest. c. 9. *Marcus Didius vagantes Thracas repressit, Marcus Drusus intra fines proprios continuit, Minucius in Hebri fluminis glacie vastavit. Per Appium Claudium Proconsulem hi qui Rhodopen incolebant victi sunt. Europae maritimas urbes antea Romana classis obtinuit.* LINDENBR.

11. *Advenit post hos Imp. Lucullus*] Eutropius lib. VI. 2. et 10. et alii. LINDENBR.

Aemimontanos acriter resistit.] Haec fere omnia ex Rufi Festi Breviario paucis immutatis translata sunt: sic enim ait Festus c. 9. M. *Lucullus per Thracias cum Bessis primum conflixit. Ipsam caput gentis Thraciam vicit: Aemimontanos subegit: Eumolpiadam quae nunc Philippopolis dicitur, Uscadamam quae modo Hadrianopolis nominatur, in ditionem nostram redegit, Cabylem cepit, etc.* Sic enim in vetustissimo exemplari Bibliothecae Regiae hic locus Festi perscriptus est. VALES.

Sex provinciae sunt quaesitae.] Rufus Festus c. 9. sic habet, ut quidem in Ms. Regio legitur: *Ita ditioni Reip. sex Thraciarum provinciae sunt conquaesitae: Thracia, Aemimontus, Moesia inferior, Scythia, Rhodopa, Europa.* Et paullo supra: *Per Appium Claudium Proconsulem, hi qui Rhodopam incolebant, victi sunt.* In Itinerario Burdigalensi *Rhodopea provincia* dicitur.

In Notitia autem Imperii *Rhodopa:* ſic enim habet Mſ. VALES. Cf. Tzſchucke ad Eutrop. VII, 19. p. 509. W.

12. *Quae ex fronte Illyriis eſt confinis.*] Magis placet Codicis Regii [et Colbertini] *Toloſ. ac Vatic.* aliorumque ſcriptura, *prima ex fronte, quae Ill. etc.* Ait enim ex eo latere quod Illyrico contiguum eſt, primam e Thraciarum provinciis occurrere Thraciam proprie dictam, quod verum eſt: Thracia enim proprie dicta, Daciae Illyrici provinciae confinis eſt, ut ex Itinerario Burdigalenſi apparet. At in vulgata ſcriptura haec verba *ex fronte* ſuperflua eſſent. Quod ſi a fronte quae Macedoniae conterminat, coepiſſet Ammianus, primam tunc Rhodopam poſuiſſet. VALES.

Philippopolis] olim *Eumolpias* (hodie Philiba). cf. XXII, 2. XXVI, 10. *Beroea,* cf. Weſſeling. Itiner. p. 231. *Aemimontus,* quae et *Thracia ſecunda,* in qua *Hadrianopolis*, aliis Oreſtias, olim (fortaſſe lingua Thracum vernacula) *Uscudama* (nunc Andrinopel) XIV, 11. *Anchialon* (Akkiali). Cf. XXII, 8. 43. W.

Uscudoma.] Rectius in exemplari Regio, *Toloſ.* [et Colb.] *Uscudama:* ſic enim Feſtus, Iordanes et Marcellinus noſter alibi (XIV, 11.) eam vocant. VALES.

Myſia] Haec Moeſia inferior ſeu ſecunda appellatur, de qua Marcellinus in lib. XVII. cap. 12. *Pannonias Moeſiarumque alteram cuneis incurſare diſperſis.* At ſuperior ſeu Moeſia prima inter provincias erat Illyrici, ut docet Notitia Imperii, et Rufus Feſtus. VALES.

Marcianopolis a ſorore Traiani] Meminerunt civitatis Procopius de aedificiis, et Tabula vetus itineraria. De ſorore Traiani ita in antiqua inſcriptione: DIVI TRAIANI AUGUSTI ET MARCIANAE SORORIS AUG. *Cur autem ſororis nomine hanc urbem Traianus appellarit, Iordanes narrat de rebus Geticis, pag. 50. De ſorore Traiani Plinius in Panegyr.* LINDENBR. Cf. Periplum Ponti p. m. 160. Gronov. et XXXI, 5. 8. W.

Doroſtorus (Dryſt) — *Nicopolis,* quo nomine et nunc appellatur. W.

Odyſſus.] Sic Ptolemaeus appellat, et Procopius in lib. 4. de Fabricis. Sed Diodorus Siculus, et Strabo Odeſſum vocant Mileſiorum coloniam, inter Apolloniam et Callatim ex adverſo Heracleae in Ponto nobiliſſimae ſitam, ut ſcribit Diodorus in fine lib. XX. Quam ſcripturam firmant nummi veteres, quorum unum oſtendit mihi vir Clar. Iohannes Triſtanus cum hac inſcriptione: ΘΕΟΥ. ΜΕΓΑΛΟΥ. et ad latus, ΟΔΗ. et alterum pulcherrimum in Theſauro Nobiliſſimi Aurelianenſium Principis ab ſe viſum eſſe teſtatus eſt inſcriptione integra: ΘΕΟΥ. ΜΕΓΑΛΟΥ. ΟΔΗCΙΩΤΩΝ. VALES.

In qua celebriora ſunt aliis oppida] *Celebria* eſſe antiquam lectionem, hoc eſt, haberi in Vaticano codice teſtatur If. Voſſius ad Melam lib. II. cap. 11. quae perperam mutata ſit. GRON.

Dionyſopolis] ſic et hodie. *Tomi* (Temeswar). W.

Et Calatis.] Callatis geminato lambda ſcribi debet ex Ptolemaeo, Procopio, Diodoro, Etymologico magno: quibus accedunt Tabula Peutingerorum, et Nummi veteres ΚΑΛΛΑΤ'Α' ΩΝ. Condita eſt ab Heraclienſibus in Ponto, ut ait Memnon et Strabo, et a vicina palude ſic nominata, ut ait Auctor Etymologici. Κάλ-

λατις, inquit, πόλις ἐστὶ κτισθεῖσα ὑπὸ ἡρακλεωτῶν, ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς παρακειμένης λίμνης. Regius [et Colb.] codex hic ſcriptum habebat *Galati:* quomodo et in Rufi Feſti exemplaribus, et alibi dicitur· ut apud Diodorum in fine lib. 20. παρῆλθεν εἰς ὀδησσὸν, ἣ κεῖται μεταξὺ μὲν ἀπολλωνίας καὶ γαλατίας· ſcribe καλλάτιδος. Ptolemaeus καλλατίαν vocat. VALES. Cf. Weſſeling. Itiner. p. 228. W.

Europa] qua prima eſt ex Aſia venientibus. W.

Apris.] Ptolemaeus in Thracia recenſet Ἄπροι· κολώνια ἡράκλεια Procopius in lib. 4. Goth. et Conſtantinus in lib. de Themat. ex Hierocle ἄπρον nominant. VALES.

Apri (Apro) et *Perinthus* (hodie Erecli) cf. XXII, 2. W.

13. *Maximianopolis*] quod nomen etiamnunc habet. *Maronea* (Marogna). W.

Aenum, quam conditam et relictam Aeneas] Pomp. Mela lib. II. cap. 2. *Eximia eſt Aenos ab Aenea profugo condita.* Procop. de Aedif. pag. 44. Stephan. in Αἴνεια. LINDENBR. Vid. ſupra XXII, 8. qui locus huic omnino conferendus. W.

14. *Praerogativa quadam vitae longius propagandae*] longiore vita. *Colluvione ciborum* quamquam vario ciborum genere promiſcue utuntur. — *Perenni viriditate roris aſperginibus gelidis corpora conſtringente* poëtice, ſed venuſte. Pedeſtri oratione ita efferri poſſit: roris puriſſimi ſemper tenui frigidaque adſpergine corpora conſtringente. *Aurae purioris* montanae *dulcedine potiuntur*, *radiosque ſolis ſuapte natura vitales*, vitae hominum conducentes, *primi omnium* in montibus degentes *ſentiunt*, *maculis rerum humanarum* aëris inferioris hominibus propioris. Eodem fere ſenſu *res mundanae* XX, 11. W.

CAPVT V.

Iam vero ipſum cum *Gothis* (occidentalibus in Dacia habitantibus, Moeſo-Gothis. Mannert Germ. p. 424. Zoſimo *Scythis*) geſtum bellum enarrat Marcellinus, quicum conferas Zoſimum IV, 10. 11. Gibbon T. VI. p. 247. ſſ. W.

1. *Foederibus ingenuae pacis obſtricta*] Mſ. *vige pacis.* Forte ſcripſit Ammian. *foederibus iugis pacis,* ut inf. *iuge ſilentium.* Vel *ingenuam pacem* vocat, quae nullis ſophismatum technis fallit. Sed alterum rectius eſſe videtur. LINDENBR.

2. *Pubescente* primo *vere.* cf. XXX, 5. W.

Daphnem nomine munimentum.] Daphne caſtrum fuit in Moeſia ſecunda, quod Conſtantinus Maximus adverſus Gothorum excurſus aedificavit, teſte Procopio in lib. 4. de operibus Iuſtiniani. Unde in Nummis Conſtantini CONSTANTINIANA. DAFNE. dicitur, teſte Occone et Goltzio Ab eodem caſtro dicti ſunt Balliſtarii Dafnenſes, et Conſtantini Dafnenſes inter militares numeros, qui Magiſtro militum per Thracias obtemperabant, ut legitur in Imperii Notitia. Procopius quidem hoc caſtrum in adverſa Danubii ripa collocare videtur ex adverſo Transmariſcae caſtelli: ſic enim ait: μετὰ τὸ κύντον τὸ τρισμαρίσκας ὀχύρωμά ἐστιν,

οὗπερ κατανικρὺ ἐν τῇ ἀντιπέραν ἠπείρῳ Κωνσταντῖνός ποτε Ῥωμαίων βασιλεὺς φρούριον οὐκ ἀπημελημένον ᾠκοδομήσατο Δάφνην ὄνομα, οὐκ ἀξύμφορον νενομικὼς ταύτῃ φυλάσσεσθαι τὸν ποταμὸν ἑκατέρωθεν. *Post Quintum Trismarifcae caftellum fequitur, cui ex adverfo in oppofita continente Conftantinus olim Imp. caftrum non obfcurum exftruxit, Daphnem nomine, e republica fore ratus, fi utramque fluminis ripam eo modo cuftodiret.* *Haec cum ego olim adnotaffem, incidi poftea in tomum III. Gretferi de Cruce: ubi eadem a Gretfero obfervata effe animadverti in libri I. capite 31.* VALES. Cf. Tillemont T. IV. p. 447. W.

5. *Prope Carporum vicum*] Propemodum ex hisce Ammiani verbis fitum Carporum deprehendimus, quos vicinos fuiffe Quadis verofimiliter putat B. Rhenanus Rer. German. lib. I. Certe poft Quados, Aftingos, Lacringos, etiam Κάρποι τὸ ἔθνος fequuntur in Ecloga Legation. Petri Patr. pag. 16. LINDENBR.

Prope Carporum vicum.] In Moefia, ut videtur. Carpi enim a Galerio victi, deditione facta omnes in Rom. folum translati funt, Tufco et Anulino Coff. ut ait Victor, et Idatius, et Mamertinus in Panegyr. Conftantio Caef. [*Corporum* fcriptum eft in Mf. Colb. et quibusdam aliis.] VALES.

Carporum] qui Carpathios montes infediffe videntur, a Diocletiano in Moefiam fecundam traducti. Heyne ad Zofim. I, 20. p. 629. Iul. Capitol. in Balbino c. 16. W.

6. *Per Novidunum.*] Caftrum fuit in Scythia, ut docet Notitia Imperii Rom. et Procopius in lib. 4. de operibus publicis a Iuftiniano conditis, ubi omnes Thraciarum provincias cum caftellis enumerat: Σκυθίας τροσμὶς, νεαιδούνῳ, κάλλατις, etc. Ptolemaeus Noviodunum Moefiae opidum fuiffe aetate fua teftatur. *Hodie *Nivors* (in Bulgaria. W.), tefte Cluverio in libri 3. capite 43.* Porro hoc tertio anno expeditionis Gothicae, Valentiniano Nobil. puero et Victore Coff. Valentem Novioduni refediffe teftantur lex 2. Cod. Th. de fifci debitoribus, et lex I. Cod. eod. de veftibus holoveris. VALES.

Gruthungos bellicofam gentem] Lib. XXXI. c. 3. *Gruthungis confinis Tanaitas — tempus opportunum nacti Gruthungi.* Sic enim meliores codd. (Cf. etiam c. 4. 5. W.) Mira autem in hoc nomine variatio: inter quas tamen tot diverfitates proximior ad Ammiani fcripturam Zofimus, qui eos *Prothingos* vocat lib. IV. c. 38. Ἔθνος τι Σκυθικὸν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον ἐφάνη πᾶσιν ἄγνωστον τοῖς ἐκεῖσε νομάσιν. Ἐκάλουν δὲ Προθίγγους αὐτοὺς οἱ ταύτῃ βάρβαροι. Iidem Claudiano *Gothunni* *) funt, in IV. Conful. Honorii v. 623.

Aufi Danubium quondam transnare Gothunni,
In lintres fregere nemus.

*Idem in Eutrop. lib. 2. v. 153. *Oftrogothis* (ita leg. vulg. *Aftrogothis*) *colitur miftisque Gothunnis Phryx ager.* Et poftea v. 196. *Bene rura Gothunnus Excolet.* At *Gauthunni* Fl. Vopifco in Probo c. 18. et *Vithungi* Sidonio Apoll. Carm. VII. *Trutungi*

*) *Gruthungi* in ed. Gesneri. W.

Pollioni in Claudio c. 6. Quinetiam *Iuthungi* (de quibus Ammian. lib. XVII. c. 6.) iidem cum hisce *Gruthungis* ſive *Prothungis* eſſe videntur. LINDENBR. *Gruthungos* gentem Gothicam (orientales Gothi ſunt, Mannert Germ. p. 427.) et *Iuthungos* ſ. *Vithungos*, nationem Alamannicam, a Lindenbrogio confundi Hadr. Valeſius monet in Praef. p. LXXI. W.

Athanaricum ea tempeſtate Iudicem potentiſſimum.] Non protritum hoc dicendi genus, ut *Iudices* vocentur celſiores poteſtates. *In Letania Bavonis Abbatis Corbeienſ. *Omnibus Iudicibus et cuncto exercitui Francorum vita et victoria.** Quo ſignificatu vox haec non ſemel ab Ammiano uſurpatur. Lib. XXIX. c. 4. *Adventu itaque plurium copiarum animati Iudices.* Et de hoc ipſo Athanarico lib. XXX. c. 5. *Athanaricus Thervingorum Iudex.* Lib. XVII. c. 13. *Vehebant cum Armigeris Principem, gentisque Iudicem.* *Concil. Afric. c. 61. Salvianus lib. 5. ubi de Bagaudis. Eodem libro pag. 116. *Iudices variis populis praeſidentes.* Iordanes de Regnor. Succeſſ. p. 141. *Cyrillo, Marcello, Fara, aliisque diverſis Iudicibus dolo peremptis, in Ducem Salomonem ſaeviebat.* Freculfus lib. 3. cap. 6. *Miſit in Hiſpaniam Iudices.* Oroſ. lib. 7. cap. 42. *Africam ſtrenue adverſum Iudices ab eo miſſos tutatus eſt.* Quo ſenſu etiam pag. 146. *Iudices partim donis, partim blanditiis ſibi conſociat.* Ammian. lib. 17. c. 12. §. 21. *Optimates et Iudices.* Haec vero loquendi forma ex eo manat, quod qui aries vel dux gregis dicitur, a Graecis appellatur Κριὸς ἀπὸ τοῦ κρίνειν. Artemidor. lib. 2. cap. 12. *Idem Iudex et Dux idem.* Vid. Synod. Chalced. pag. 44. Marculf. Formul. pag. 459. Panegyr. Mamertini in Iulian. *Iudicum nomine a neſariis latronibus obtinebantur.** De Athanaricho autem Zoſimus lib. IV. c. 7. Ἀθανάριχόν τε παντὸς τοῦ βασιλείου τῶν Σκυθῶν ἄρχοντα γένους. Ammianus iterum lib. XXXI. c. 2. *Alani Iudices etiamnunc eligunt diuturno bellandi uſu ſpectatos.* LINDENBR.

Athanaricum iudicem potentiſſimum.] Sic Gothorum Reges ſpreta Regis appellatione Iudices dici malebant. De Athanarico id teſtatur Themiſtius in Orat. x. ad Valentem, quam ei poſt pacem cum Gothis initam dixit, Valentiniano III. et Valente III. Coſſ. οὕτω γοῦν τὴν μὲν τοῦ βασιλέως ἐπωνυμίαν ἀπαξιοῖ, τὴν τοῦ δικαστοῦ δὲ ἀγαπᾷ· ὡς ἐκεῖνο μὲν δυνάμεως πρόσρημα, τὸ δὲ σοφίας. *Idcirco enim Regis appellationem repudiat, uſurpat Iudicis, tamquam haec quidem potentiae, illa vero ſapientiae propria ſit.* Ceterum in codice Regio *Adatharicus* hic Gothorum Rex ſemper dicitur. Auguſtana Editio hoc in loco *ad Athanaricum* praefert. [Codex Colbert. *Adatharicum*, *Adathanirihcum*, et *Mathanaricum*.] VALES.

Quam ſibi crediderit] *ℓσ. crediderat.* LINDENBR.

Habilem] tolerabiliorem. W.

7. *Commerciis vetitis.*] Romani veteres prudentiae civilis magiſtri, foederatis barbaris maximi beneficii loco commercandi in ſolo Rom. copiam dabant. Sed ne mercaturae ſpecie barbari, utpote natura perfidi, inſidias ſtruerent, neve interna Reip. curioſius introſpicerent, certa in limite opida ei rei ſtatuebant, et quibus diebus ac quoties convenire eis cum Rom. liceret, praeſcribere ſolebant, *cuſtodes quoque eisdem apponebant Centuriones, qui eos deducerent:* ut de Marco et de Commodo ſcribit

Dio in lib. 71. c. 15. et lib. 72. c. 2. ubi de pace cum Marcomannis et cum Buris facta loquitur: *et ante eum Tacitus in libro IV. Hiſt. c. 64. et in libro de Moribus Germanorum c. 41. de Hermunduris.* Et Gothis quidem initio certa in limite opida, in quibus commercarentur, praeſtituta eſſe dubium non eſt. Poſtremo tamen foedere id a Rom. obtinuerant, ubicumque demum vellent, ibi commercatum ut exercere ſibi liceret, ut ſcribit Themiſtius in Orat. x. Sed Valens in pace illa quam cum Athanarico percuſſit, in duobus dumtaxat opidis ad Hiſtrum ſitis commercandi ius Gothis dedit, teſte ibidem Themiſtio. De his mercatibus ad Hiſtrum Dexippus, Priſcus paſſim, et Malchus in Hiſtoriis loquuntur. VALES.

8. *Rudis*] uſu et experientia nondum firmatus. *Spectator* iudex. W.

9. *Militiam agebant, qui.*] Tria haec verba abſunt a codice Regio et Vat. [et Colb.] ultimum vero etiam ab Editione Auguſtana. Certe longe elegantius legetur hoc modo: *Miſſique viciſſim Victor et Arinthaeus, qui tunc equeſtrem ac pedeſtrem militiam agebant, cum propoſitis conditionibus, etc.* Victor enim Magiſter equitum, Arinthaeus peditum erat, ut proxime dixit Marcellinus. VALES.

Recte noſcentibus] prudentibus. Reineſio legendum videbatur *recognoſcentibus.* W.

Navibus directis in medium flumen foederari pacem] Guicciardinus in lib. 2. ſcribit, Ludovicum Sfortiam Mediol. D. cum a Carolo Rege Francorum in colloquium vocaretur, ad vitandas fraudes et inſidias ambos ſuo quemque lembo in medium flumen devehi, ac ibi colloquium haberi maluiſſe. Themiſtius Oratione v. de hac ipſa re loquitur, quum unam navem, in qua Imperator (Valens) pacem fecit, Xerxis cum maximo exercitu Helleſpontum transeuntis claſſi praeferendam eſſe affirmat.* LINDENBR.

10. *Conſtantinopolim rediit, ubi poſtea Athanaricus prox. fact. genit. ter. exp. fat. fort. deceſſit.*] Sub Theodoſio Imp. (A. C. 381. W.) Athanaricus Conſtantinopolim venit, a quo etiam regio ſupremitatis honore ſepultus, cum eodem quo venerat menſe mortuus eſſet. Zoſimus lib. IV. c. 34. Ὡς Θεοδόσιον ἔδραμεν ἀρτίως ἀπαλλαγέντα νόσου, τὸν βίον αὐτῷ καταστησάσης εἰς ἀμφίβολον. ὁ δὲ φιλοφρόνως μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ βαρβάρων ἐδέξατο, πόῤῥω που τῆς Κωνσταντινουπόλεως προελθών· καὶ παραχρῆμα τελευτήσαντα, ταφῇ βασιλικῇ περιέστειλε. Vide Marcellinum Com. in Chron. Paulum Oroſ. lib. VII. cap. 34. Hiſtor. Miſcell. lib. XII. LINDENBR.

Athanaric. proxim. factione gen. terr. expulſus.] Gothi duce Fritigerno cum Hiſtrum traiicere, et in Achaiam ſe effundere decreviſſent, Athanaricum, qui Romanis fidem inviolatam ſervabat, prius expellendum e ſedibus ſuis putarunt, ne Romanorum copiis a fronte occurrentibus, ille a tergo ſibi immineret. Pulſus itaque Athanaricus, Conſtantinop. cum ſuis ad Theodoſium confugit: a quo benigne ſuſceptus, cum eodem menſe deceſſiſſet, regali ſepultura ab Imp. honoratus eſt: qua magnificentia capti Gothi, qui cum Athanarico venerant, fortiter deinceps pro Theodoſio pugnarunt, ut ſcribit Zoſimus in lib. 4. c. 34. Contigit Athanarici obitus anno Dom. 381. Syagrio et Eucherio

Coff. teste Idatio, et Marcellino Comite. *Eius rei meminit S. Ambrosius in prooemio librorum de Spiritu sancto ad Gratianum Aug. *Nam etiam Constantinopolis iam Dei verbum recepit, et evidentia meruit tui documenta iudicii. Etenim quamdiu venena Arianorum suis fovebat inclusa visceribus, bellis finitimis inquieta, muros armis circumsonabat hostilibus. Postea vero quam fidei exsules abdicavit, hostem ipsum* (id est Athanaricum–Regem cum suis), *quem Regnum* (id est Imperium Rom. in Oriente) *semper timere consueverat, deditum vidit, supplicem recepit, morientem obruit, sepultum possidet.** VALES.

Athanaricus] „AthaLaricum vocat Lazius l. 10. de migrat. gent. e Damasceno Eutropii suppletore.“ Sic Reinesius. W.

CAPVT VI.

1. *Convivio occultiore Gallorum.*] Sic Gelenius edidit ex coniectura, ut opinor. Nam in codice quidem Regio [et Colbert.] scriptum reperi *convii occult.* *In Tolos. Ms. scriptum inveni, *colloquio occultiore Gall.* ut loquitur Marcellinus initio libri XXX.* In Augustana autem Editione *concitatione Gall.* Equidem, si coniecturae indulgere licet, libentius legerem *consilio occult. Gallorum.* VALESIUS. Admodum manifestae sunt Regii et Colbertini codicis vestigia, quam ut non appareat, quo dirigant, nempe *coitu*, ut maluit Ammianus pro coitione, quam sciebat priscorum comitiorum propriam vocem fuisse, etsi non utique sic usurpatam. GRON. *Convivium* Ernesti, si tamen vera sit lectio, Graeco more accipiendum esse putat, ut de consortio, conventu, consuetudine clandestina, non de concoenatione aut compotatione intelligatur. Similiter fere esse *convivere* ap. Spartian. in Pesc. Nigr. c. 10. W.

2. *Tempus anceps metuens tyrannidis*] Maximi tyrannidem intelligit, qui occiso Gratiano imperium quinquennio tenuit. Idem cum Valentinianum Iuniorem Gratiani fratrem acie superasset, Italiam cum Roma occupavit, Valentiniano III. et Eutropio Coff. ut docet Sulpicius in lib. 1. de vita Martini, et Sozomenus in lib. 7. Eodemque anno Rusticum Iulianum Praefectum Urbi promovit. Fuit autem hic Iulianus vir Graece et Latine doctissimus, ut testatur Symmachus in lib. 3. Epistol.*) Proconsul Africae fuit Gratiano II. et Probo Coff. ut docet lex 2. Cod. Theod. de scenicis, et anno sequenti Modesto et Arinthaeo Coff. ut est in lege 12. Cod. Theod. de divers. off. VALES. De Maximo vide *Guthrie et Gray* T. V. P. 1. p. 140 — 158. W.

Lenis videri cogebatur et mollis] Haec omnia per prolepsin dicta: nam Rusticus Iulianus annis demum 371. et 372. Proconsul Africae fuit, uti probari potest ex legibus Cod. Theodos. istorum annorum.* v. Prosopographiam et Tillemont l. l. p. 343. quo fit, ut Ammianus non *ostenderat*, sed *ostendebat* scripsisse putandus sit. *Praefectura* autem *urbana* viginti ad minimum

*) Alium tamen Symmachi amicum fuisse coniicit Tillemont T. V. p. 59. W.

annis distat ab historia, quam nunc tractat Marcellinus, incidit enim in a. 388. vide *Corsinum* de Praeff. Urbis p. 286. W.

4. *Gratianum filium adulto iam proximum*] οὔπω πρὸς ἥβην τελείαν ἐλθόντα Zosim. IV, 12. W.

5. *Tribunal ascendit.*] In codice Vaticano sunt hae literae *tribunale se condit,* apertis indiciis significantes *tribunal escendit,* ut supra. GRON.

6. *Auctum erga me.*] In *codice Tolos.* et in Editione August. legitur *haustum erga me.* In Faurbetii autem libro [et in Colbert.] *Faustum, etc.* Ego vero sic scribendum existimo: *Fausto erga me v. favoris indicio hunc loci princip. circumferens habitum, quo potior aliis iudicatus sum multis et claris, consil. sociis votorumque auspicibus vobis pietatis officium aggrediar tempestivum, etc.* Certe codex Reg. [et Colbert.] cum Editione Aug. scriptum habet *tempestivum* VALESIUS. Nimis apte et eleganter habitum illum Imperatorium Valentinianus dixit indicium favoris militaris per epexegesin, quam ut mutare id quisquam doctus cupiat. GRON.

Pietatis] amoris paterni. W.

7. *Quod haec — transire voluimus per conscientiam vestram*] cuius consilii nostri non tantum certiores vos facere voluimus. W.

8. *Vestrae maiestatis*] nimis ambitiose de exercitu. W.

Paucioribus invidiae metu.] Hunc locum sic emendandum esse non dubito, *potioribus invidiae metu, ut dicitur, protinus succreturum.* Quod loquendi genus sumptum videtur ex Livii lib. x. c. 13. apud quem Fabius haec dicit, *et se seniorum gloriae succrevisse, et ad suam gloriam consurgentes alios laetum adspicere.* Sic etiam fere Marcellinus in lib. 14. de Ursicini liberis, *succrescere imperio adultos eius liberos mussitantes.* VALES. *Potioribus* confirmat cod. Colbertinus. Cf. Hadr. Vales. praef. p. LVIII. W.

Invidiae metu.] Proverbiale id esse loquendi genus indicat Marcellinus: pro quo antiqui dicebant praefiscine, id est ἀβασκάντως, teste Charisio, quoties aut se ipsi aut alterum quempiam laudabant. Graeci dicere solebant τὴν ἀδραστείαν προσκυνῶ. Euripides in Rheso v. 468. σὺν δ' ἀδραστείᾳ λέγω. Credebant enim Adrastiam seu Nemesin, quae eadem cum invidia est, ut ad libr. 14. c. 11. notavi, hominibus nimium sibi arrogantibus imminere. VALES.

9. *Suffragiis puris*] aequa lance et sine partium studiis. W.

Faciet, ut sciant se boni intelligi] agnosci ut bonos, virtutes, merita sua aestimari. W.

Rempub. ut domum paternam diligere poterit et avitam.] Lib. XXXI. c. 2. *Provinciarum aequissimus tutor, quarum singulas ut domum propriam custodiebat indemnes.* Isocrates ad Nicocl. Διοίκει τὴν πόλιν ὁμοίως ὥσπερ τὸν πατρῷον οἶκον. Hadrianus Imp. dicebat, *ita se Rempub. gesturum, ut sciret populi rem esse, non propriam.* LINDENBR.

10. *Pro suo quisque loco animo laeto.*] Cum ultima vox absit a codice Regio, *Tolos.* [et Colbert.] eo adducor ut credam

ſic a Marcellino ſcriptum fuiſſe, *pro ſuo quisque loco et animo milites, etc.* quemadmodum loquitur in lib. 14. cap. 10. VALES.

11. *Fulgore*] purpura. Sic imperatorii muricis fulgore flagrantem xv, 8. W.

12. [*Accingere igitur pro rerum urgentium pondere, etc.*] Imperator Romanus quotiescumque poteſtatis conſortem ſibi parabat adiungere, ſive Auguſtum, ſive Caeſarem tantum: primo convocatos milites pro Tribunali alloquebatur, ut eorum conſenſum obtineret: deinde verbis et donativi pollicitatione compos factus votorum ſuorum, novum Auguſtum vel Caeſarem, depoſita veſte privata tum demum purpura ornatum, ſenior Imperator alloquebatur, et ad bene fortiterque regendam Remp. coram exercitu hortabatur. Ita Conſtantius ſe geſſit, in nuncupatione Iuliani Caeſaris, ut ſcribit Marcellinus in libro xv. Ita ſe geſſit et Valentinianus in nuncupatione Gratiani Aug. ut idem in hoc loco ac libro tradit. Honorium in Tribunali Hebdomi Auguſtum appellatum Theodoſius quoque, apud Claudianum de IV. Conſulatu Honorii, longa oratione alloquitur, ac praeceptis ſalubribus inſtruit, ſed domi. Imperatores appellatos Iuſtinus Tiberium, Tiberius Mauricium publice in Tribunali ſunt allocuti. Carolus Magnus Ludovicum, conſortem Imperii de communi omnium ſententia conſtitutum praeceptis ſimiliter coram cunctis inſtruxit, ut apud Theganum, ac in Chronico Moiſſiacenſi, et in Vita Ludovici Pii reperio. Haec pauca de multis exempla ſufficient.] VALES.

Conſiderate] fortiter lubenterque. *Quod ad Romani imperii pertinet latus,* quaeſite *latus* et ambigue: accepiſſe tamen videtur Ammianus de imperii Romani finibus ad omnes coeli plagas extentis, de his enim iſtam vocem ſolet uſurpare. Mallem tamen adieciſſet *omne.* W.

13. *Affectione fundata*] amore firmo et ſtabili. W.

14. *Eupraxius Caeſarienſis Maurus.*] Id eſt, e Caeſarienſi Mauritania, *vel potius e Caeſarea Mauritaniae. Sic *Neapolitanos Palaeſtinenſes* dicit Spartianus in Severo Aug.* Hic autem Eupraxius poſtea Quaeſtor ſacri Palatii fuit; tandemque Praefectus Urbi poſt Conſulatum Gratiani III. et Aequitii, ut eſt in Codice Theod. Eius Praefecturam memorat et Symmachus in Ep. 45. lib. x. ſed corrupte ibi *Cupraſius* exaratur; [in Mſ. Colbert. *Utpraxius.*] VALES.

Bonae fiduciae] firmitatis animi. W.

Legum ſimilis, quas omnibus una eademque voce loqui in multiplicib. advertimus cauſis.] *Ad imitationem Ciceron. de Officiis lib. 2. c. 12. *Leges ſunt inventae, quae cum omnibus ſemper una atque eadem voce loquerentur.* Inde Livius lib. II. c. 3. *Leges rem ſurdam atque inexorabilem* dicit.* Eleganter Seneca: *Legis vultum omnibus exhibere.* *Seneca de Ira cap. 16. *Procedam in tribunal, non furens, nec infeſtus, ſed vultu legis.** Indubie autem ad Demoſthenis verba reſpexit, Oratione α. κατ' Ἀριστογείτ. Ἅπας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος, κἂν μεγάλην πόλιν οἰκῶσι, κἂν μικρὰν, φύσει καὶ νόμοις διοικεῖται. Τούτων δὲ ἡ μὲν φύσις ἐστὶν ἄτακτον καὶ ἀνώμαλον, καὶ κατ' ἄνδρα ἕκαστον ἴδιον τοῦ ἔχοντος. οἱ δὲ νόμοι κοινὸν καὶ τεταγμένον τὸ πᾶσιν. LINDENBR.

Legumque similis, quas una eademque voce omnibus loqui.] Hoc sumptum est e Cicerone, qui in lib. 2. c. 12. de Officiis sic ait: *Cum id non contingeret, leges sunt inventae: quae cum omnibus semper una atque eadem voce loquuntur.* Idem Cicero in lib. 1. de Officiis c. 25. *Optandumque,* ait, *ut ii qui praesunt Reip. legum similes sint, quae ad puniendum non iracundia, sed aequitate ducuntur.* Cui sententiae affine est illud apud T. Livium in lib. 2. c. 3. *Leges rem surdam et inexorabilem esse, salubriorem inopi quam potenti: nil laxamenti nec veniae habere, si modum excesseris.* Et haec apud Dionem Chrysost. in Orat. de servitute (Reisk. II. p. 411.) καὶ μὴν ὁ μὲν νόμος αὐστηρός ἐστι καὶ ἀπηνής· ἔθους δὲ οὐδὲν ἥδιον. καθόλου τοὺς μὲν νόμους φασὶ ποιεῖν δούλων πολιτείαν. VALES.

Imperator minax et nimius] ferox, insolens. cf. et XVI, 12. W.

15. *Maximeque pueri.*] Vix tum novennis erat Gratianus, cum Augustus a patre Valentiniano declaratus est. Natus enim fuerat Eusebio et Hypatio Coss. anno Natalis Dominici 359 die IV. Cal. Maias, ut scribit Idatius in Fastis. In Chronico Alexandrino x. Cal. Iunias legitur. Augustus autem nuncupatus est in Gallis apud Ambianos, Lupicino et Iovino Coss. anno Domini 367. die 9. Cal. Septemb. ut Idatius et Socrates, et auctor Alex. Chronici consentiunt. Ceterum Gratianus urbem Ambianos, in qua appellatus erat Augustus, postea studiose auxit et muniit, adeo ut eius urbis conditor dicatur a Sigeberto in Chronico. VALES.

Implesset] omni ex parte perfectum exhibuisset. Cf. Vellei. Paterc. II. 95. ubi plura congessit Ruhnkenii diligentia nec Ammiani immemor. W.

16. *Augustos germanum nuncup. et filium*] De hac prolixa Valentiniani liberalitate exstat inter Sacra Poemata Precatio Paullini Episcopi pro salute Augustorum, ubi hi leguntur versus:

Talem terrenis speciem spectamus in oris.
Augustus genitor, geminum sator Augustorum,
Qui fratrem natumque pie complexus utrumque
Numine, partitur Regnum, neque dividit unum,
Omnia solus habens, atque omnia dilargitus.

Sed id carmen non Paullini, sed Ausonii est, exstatque inter eius opera sub hoc titulo, *Versus Paschales.* Huic Ausonii loco simillimus est alter Themistii in Orat. XV. ad Valentem, quae φιλάδελφος inscribitur: ὁ δὲ τέλεια μὲν λαβὼν, τέλεια δὲ νείμας, ἀδελφὸς καὶ πατὴρ, τὸ μὲν ἐκ τῆς φύσεως, τὸ δὲ αὐτὸς ποιήσας, ἴσα μὲν ἐδωρήσατο, σύμπαντα δὲ ἔχει δι' εὐπείθειαν τοῦ κοινωνήσαντος. *Hic vero,* (Valentinianus) *qui cum integrum accepisset, integrum divisit: frater tuus simulque pater, quorum alterum a natura habet, alterum ipse fecit sibi: licet aequalia sit largitus, universa tamen retinet, ob eius quem participem Imperii fecit obedientiam.* VALES.

Nec enim quisquam antehac adscivit sibi pari potestate collegam, praeter Principem Marcum] Rufus Festus c. 21. *Marcus et Verus, hoc est, socer et gener pariter Augusti, imperium orbis aequata primum potestate tenuerunt.* Vide Spartianum in Hadriano, Capitolinum in Anton. Philos. et in Vero Impp. LINDENBR.

Praeter Principem Marcum.] Atqui nonne etiam Severus Baſſianum et Getam filios Auguſtos nuncupavit, teſte Herodiano in lib. 3. c. 9. §. 1. Quod ſi quis ab exercitu, non autem a Severo appellatos eſſe Auguſtos cavillabitur, ut ſcribit Spartianus in Severo c. 16. tum Diocletiani exemplum opponam, qui Maximianum Herculium collegam Auguſti imperii ſibi adiunxit. Sed reſponderi poteſt, nec Diocletianum, nec Severum collegas ſibi Auguſtos ſtatim adſciviſſe, ſed initio Caeſares tantum, ut de Baſſiano quidem ac Geta ſcribit Spartianus c. 10. de Maximiano autem Eutropius lib. IX. c. 22. (14.) At Valentinianus fratrem ac filium non Caeſares primum, ac deinde Auguſtos; ſed ſtatim Auguſtos creavit. VALES.

Qui Verum adoptivum fratrem.] Eutropius in lib. 8. c. 9. (5.) *Tuncque primum*, ait, *Romana Reſp. duobus aequo iure imperium adminiſtrantibus paruit.* Idem ſcribit Oroſius in lib. 7. Ceterum notandum eſt, eum qui hic Verus dicitur, a Graecis fere Lucium dici: et qui Marcus, eum Verum fere nominari. Sic apud Zoſimum in lib. 1. c. 7. *ἡ τῶν ἀδελφῶν συνωρὶς βήρου καὶ λουκίου*: et apud Iulianum in Caeſaribus. Dio quidem, et Galenus de libris ſuis, et contra eos qui de typis ſcripſere, et Hieronymus in Chronico eum qui Marcus dicitur, Verum appellant. Erratque Scaliger, qui ita appellatum eſſe Marcum negat, in Notis ad Euſebii Chronicum. VALES. Cf. Tillemont T. II. P. 3. p. 1022. W.

CAPVT VII.

1. *Mamertinum Praefectum Praetorio*] per Illyricum et Italiam XXVI, 5. W.

2. *Avitianus ex Vicario.*] Ex Vicario Africae ſcilicet: fuerat enim Avitianus Vicarius Africae, Iuliano IV. et Salluſtio Coſſ. ut legitur in Codice Theod. lege XV. de curſu publico, et lege 2. de itinere muniendo. (et, quod addit Reineſius, lege 19. de indulg. debitor. W.) Avitianus quidam Comes memoratur a Sulpicio in 3. Dialogi de Virtutibus B. Martini capite V. vir *barbarae nimis et ultra omnes cruentae feritatis.* VALES.

Vulcatius ſucceſſit Rufinus.] Lupicino et Iovino Coſſ. quo anno reſcriptum exſtat Valentiniani ad eumdem directum in Cod. Theod. de Advocato Fiſci. VALES. Cf. XXI, 12. W.

3. *Orſitum*] peculatus item convictum. v. ſupra c. 3. et Corſinum p. 213. 223. 232. W.

[*Valentinianus homo propalam ferus.*] Idem de eo dicit Severus Sulpicius in 2. Dialogi de Virtutibus B. Martini capite 6. *Valentinianus tum maior rerum potiebatur. . . . Etenim ad animum illius immitem ac ſuperbum uxor acceſſerat Ariana.* (nimirum Iuſtina A. mater Valentiniani Iunioris A.)] VALES.

4. *Prudentes*] philoſophi. W.

Iracundiores ſunt incolumibus languidi.] *Plato in Theaeteto (Bipont. II. p. 52.) *Οἱ τε ὀξεῖς, καὶ ἀγχίνοοι, καὶ μνήμονες, ὡς τὰ πολλὰ καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ὀξύῤῥοποί εἰσι, καὶ ἄττοντες φέρονται, ὥσπερ τὰ ἀνερμάτιστα πλοῖα, καὶ μανικώτεροι, ἢ ἀνδρειότε-*

ροι

ϱοι φύονται. *At vero ſagaces et ingenioſi et memorioſi ut plurimum etiam ad iram propenſi magis ſunt, et ſubſilientes feruntur, ut naves non ſaburratae, et furioſi magis quam fortes nati ſunt.* *Ariſtot. Rhetor. lib. II. cap 2. Κάμνοντες, πενόμενοι, ἐρῶντες, διψῶντες, ὅλως ἐπιθυμοῦντες, καὶ μὴ κατορθοῦντες, ὀργίλοι εἰσὶ καὶ εὐπαρόρμητοι. *Seneca de Ira cap. 13. *Iracundiſſimi infantes, ſenesque et aegri ſunt.* Et cap 19. *Senes difficiles et queruli ſunt, ut et aegri.* Idem lib. 3. cap. 9. *Iracundiores ſunt, valetudine aut aetate feſſi.** LINDENBR.

5. *Poteſtatis Vicariae per Italiam.*] Id eſt Vicarii Italiae, ſub cuius diſpoſitione erant hae provinciae, Venetia et Iſtria, Aemilia, Liguria, Flaminia et Picenum Annonarium, Alpes Cottiae, Raetia prima et ſecunda: quae provinciae Italia ſpecialiter appellantur, et diſtinguuntur ab Urbicariis regionibus, quae ſubiacebant Vicario urbis Romae. VALES. Cf. Ind. II. W.

Necatorum] Edd. *vexatorum*, Cod. Colbert. *peccatorum*, quae ſcriptura Hadr. Valeſio veram monſtravit emendationem. Vid. eius praef. p. LXV. W.

**Queſtus eſt Comes.*] Comitem Italiae heic intelligi puto, vel Comitem Rei militaris per Italiam: qui erat ſub diſpoſitione Magiſtri militum Praeſentalis, ut docet Notitia Imperii Occidentalis.* VALES.

Imploraſſe iuris auxilium] provocaſſe ad maioris poteſtatis iudicem, altiorem, quam ICti vocant, inſtantiam, Magiſtrum nimirum militum, vel eius Vicarium. W.

Civiliter imploraſſe iuris auxilium.] Sic: *Praefecti Praetorio, aut Comitis Orientis, vel alterius Spectabilis Iudicis imploret auxilium*, L. 4. C. de iurisd. omn. Iud. *Aequitatem Praeſidis implorare*, L. 3. C. Qui bonis ced. LINDENBR.

Civiliter imploraſſe iuris auxilium.] In Valentino et Fauch. codicibus legitur *inciliter*: [*inliciter* in Colbert. forte pro *incivi- liter*, vel *inlicite*:] in Editione Auguſtana *velociter*: in exemplari Regio *ac Toloſ.* *viriliter*. Sed omnibus meo iudicio praeferenda eſt Gelenii ſcriptura. Nihil enim tam civile eſt, quam adverſus violentiam hominum potentiorum iuris praeſidium implorare. Ideoque maxime iudicia conſtituta ſunt, ut infirmioribus divitum potentia oppreſſis ſubveniretur. Et eo fere ſenſu civiliter ſententiam promi dixit Apuleius in x. Metam. p. 522. ed. Delph. *Ut rite et more maiorum iudicio reddito, utrimque examinatis allegationibus civiliter ſententia promeretur, nec adinſtar barbaricae feritatis aut tyrannicae impotentiae, damnaretur aliquis inauditus.* VALES.

Civiliter] Hoc non ex perſona accuſatoris ſumendum, ſed ex perſona narrantis atque iudicantis Ammiani, qui nihil in eo peccaſſe Diodorum indicare voluit, cum aequalia ſint civium omnium iura, vel, ut Erneſti verbis utar, quia leges aequaliter ad omnes pertinent, potentiores pariter ac tenuiores. — *Officiales* apparitores. W.

Iuſſu iudicis auſos monere proficiſc.] Apparitores Vicarianae poteſtatis iuſſu ipſius Vicarii Comitem illum proficiſcentem ad Comitatum admonuerant, ut ſe in iudicio ſiſteret, et cauſam diceret. Hoc enim erat illorum officium, ut praeter ceteros docet Symmachus in lib. x. Epiſt. 41. Hoc vero Comes ille apud Va-

lentinianum conqueſtus eſt, quod Apparitores id auſi fuiſſent: et Valentinianus qui Comitem ad Vicarii tribunal remittere debuerat, et adverſarium Comitis et Apparitores ob id interfici iuſſit. Mediolani autem caeſos ſubiicit Marcellinus, quae urbs cum caput eſſet Italiae, ſedes erat Vicarii Praefectorum per Italiam. VALES.

Quorum memoriam colentes Chriſtiani] non tamen ut martyrum, quod Ammianum voluiſſe putat Gibbonus T. VI. p. 149. Reineſius adſcripſit: „Baronius ſub a. 367. quod nulla huius rei exſtet in eccl. Mediol. tradita poſteris memoria, fidem Ammiano non habendam eſſe dixit." — *Apud Mediolanum* ſedem Vicariorum Praefectorum per Italiam. W.

6. *Ab executione a iudice.*] In exemplari Regio ſcriptum reperi *ad executionem:* ſed omnino ſic corrigendum exiſtimo, *ob exſecutionem a iudice recte maturari praeceptam trium opidorum ordines mactari iuſſiſſet.* Sciendum enim eſt Curialibus inter cetera id quoque onus incubuiſſe, ut ſententias iudicum exſecutioni mandarent: quod docet lex 39. Cod. Theod. de Decurionibus. Hinc etiam lex 32. de appellat. et lex 15. quorum appellation. in Codice Theod. ad Decuriones directae ſunt. Igitur in cauſa Maxentii Pannonii, qui ſententia iudicis erat condemnatus, cum Curiales trium opidorum eam ſententiam, recte a iudice maturae exſecutioni mandari praeceptam, exſecuti fuiſſent: Valentinianus qui Maxentio utpote populari ſuo favebat, Curiales interfici iuſſit. VALES.

Martyras, id eſt divinitati acceptos.] Haec non ita accipienda ſunt, quaſi velit dicere Martyras, ἐν ἀνϑ' ἑνὸς, ut Graeci dicunt, idem eſſe ac divinitati acceptos ſeu ϑεοφιλεῖς. Neque enim Marcellinus, homo ut ipſe profitetur Graecus, adeo imperitus fuit ſuae linguae, ut neſciret μάρτυρας idem eſſe ac teſtes. Nam et in lib. 22. c. 11. de iis haec dicit: *Aedes illis exſtruerentur ut reliquis, qui deviare a religione compulſi, pertulere cruciabiles poenas, adusque glorioſam mortem intemerata fide progreſſi, et nunc Martyres appellantur.* Sic autem Chriſtiani appellarunt primo quidem Apoſtolos et Diſcipulos Chriſti, qui ea quae viderant ipſi teſtabantur, et quibus ipſe Chriſtus praeceperat: *Eritis mihi teſtes in Hieruſalem et in Samaria.* Deinde vero omnes eo nomine vocaverunt, qui cum fidem a primis teſtibus illis ſibi traditam accepiſſent, eam ſanguine ſuo teſtati eſſent: et qui pro Chriſto quem non viderant et credebant, teſtimonium dixiſſent. Nam ut ait Origenes in Prooemio librorum contra Celſum: Ἰησοῦς μὲν οὖν ἀεὶ ψευδομαρτυρεῖται καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε κακίας οὔσης ἐν ἀνϑρώποις οὐ κατηγορεῖται, καὶ αὐτὸς μὲν σιωπᾷ πρὸς ταῦτα· ἀπολογεῖται δὲ ἐν τῷ βίῳ τῶν γνησίων ἑαυτοῦ μαϑητῶν, etc. VALES.

Martyras, i. e. divinitati acceptos] Haec explicatio nec Eupraxii, nec Ammiani eſſe poteſt, qui, quos martyrum nomine venerarentur Chriſtiani, optime noſſet, v. XXII, 11. immo vero pannus a monacho adſutus. W.

7. *Salutarem fiduciam*] libertatem loquendi. W.

Praefectus Florentius.] Praefectus Praetorio Galliarum, qui Germaniano ſucceſſerat: ad quem miſſa eſt lex v. Cod. Theod. de cenſu, Lupicino et Iovino Coſſ. VALES.

Si opidum aliquod Curiales non haberet tantos.] Curiae quae imperante Iuliano et dignitate et multitudine hominum flo-

ruerant, eo mortuo paullatim labi coepere, cum plerique earum onera vitantes, emptis suffragiis aut ad Palatinam militiam, aut ad civiles administrationes, aut ad militiae armatae sacramenta transirent. Unde in quibusdam opidis unicus supererat Curialis, qui munera universa solus impleret: ut queritur Libanius in Orat. πρὸς τοὺς βαρὺν αὐτὸν καλέσαντας: et in Epilogo Orationis funebris p. 327. (Reisk. I. p. 620.) βουλευταὶ δὲ τὴν δικαιοτάτην θεραπείαν ὑπὲρ τῶν πατρίδων ἀποδράντες, τὴν ἄδικον ἐλευθερίαν ἐδίωξαν. *Curiales vero servire patriae suae dedignantes, quod iustissimum obsequium est, libertatem et immunitatem iniustam ambierunt.* VALES. Cf. si tanti est, Vicat vocabular. utriusque iuris v. Curiales. W.

Tantos] tot, ut Plaut. Amphitr. v, 1, 5. Valer. Flacc. v, 636. et alibi. — *Suspendi* differri, ampliari. W.

Ut cum habuerint.] In Editione Augustana legitur *habuerit*, non male: ferri tamen vulgata lectio potest, si ad τὸ *urbes* referatur. VALES.

8. *Iudicium potentis inimici declinans, aliumque sibi postulans dari.*] Iudex vel ob gratiam faventior, vel ob odium infensior, a litigantibus ipsa aequitate iubente repudiari potest. L. 16. C. de iudic. De quo plenius Ianus Langlaeus V. C. Semest. lib. II. cap. 2. LINDENBR.

9. *Ubi debitorum aliquem egestate obstrictum nihil reddere posse dicebatur, interfici debere pron.*] Duriter hoc quidem a Valentiniano statutum, non tamen sine exemplo. Nam et Legibus XII. Tab. debitor non solvendus creditoribus adiudicabatur in partes secandus. Gellius lib. XV. cap. 13. lib. XX. cap. 1. Quintilian. lib. III. cap. 8. *Sunt enim quaedam non laudabilia natura, sed iure concessa, ut in* XII. *Tab. debitoris corpus inter creditores dividi licuit: quam Legem mos publicus repudiavit.* Rigida sane lex et plus quam inhumana; nec solum publico more repudiata, verum etiam Lege Petilia Papyria abrogata: duravit enim ad V. C. annum CDXXVII. Tumque primum C. Petilio, L. Papyrio Coss. sancitum fuit, *pecuniae creditae bona debitoris, non corpus obnoxium esse.* Livius lib. 8. c. 28. *Quamvis nunc ad reprimendum perniciosa machinatione rem frangentium fraudes, quibusdam in locis capitalis esse coeperit. Tertullianus Apolog. cap. 4. pag. 34. *Sed et iudicatos in partes secari a creditoribus leges erant; consensu tamen publico crudelitas postea erasa est; et in pudoris notam capitis poena conversa, bonorum adhibita proscriptione, suffundere maluit hominis sanguinem, quam effundere.** LINDENBR.

Debitorum aliquem.] Debitores fiscalium titulorum intelligit, qui debitores fisci in Codice dicuntur. Hanc autem Valentiniani in exigendis tributis nimiam severitatem etiam Zosimus reprehendit in lib. 4. c. 16. VALES. Plura crudelitatis exempla vide infra XXIX, 3. W.

Nulla vacat quaestio pravit.] Hic locus corruptissimus est. Et in Regio quidem et Vat.* ac Tolos.* codice sic legitur: *Nulla vasat vectio pravitatum apud eos, qui quod ve ineff. . . . maximas putant esse virtutes.* [In Colbert. legitur *pravitatem*, et *ineffi.*] In Augustana autem Editione: *Nulla vacat quaestio pr. apud eos, qui quid vel inefficacissimas putant esse virtutes.* At

Gelenius ita ediderat: *Nulla vocat miſtio pr. apud eos, qui quod vel maximas putant, etc.** Ego vero ita fere a Marcellino ſcriptum eſſe exiſtimo: *Nulla autem eſt correctio pravitatum apud eos, qui quod velint efficere, maximae putant eſſe virtutis.** VALES. Et illud *autem* nihili eſt, et interponere tot literas ad ſententiam replendam vere Caſtellianum eſt. Itaque dum conſidero lectionem ſcriptam, ſuſtineo proponere quod mihi obvenit, nempe: *Nulla fauſta invectio pravitatum apud eos, qui quo ducit* (vel *ducunt*) *affectus, maximas putant eſſe virt.* Imitatur vocem Tullii lib. 2. de Invent. 54. *Clementia eſt, per quam animi temere in odium alicuius invectionis concitati, comitate retinentur.* GRON.

CAPVT VIII.

1. *Profectus ab Ambianis* (Amiens) *Treverosque* (Trier) feſtinans contra Alamannos, cf. c. 10. W.

Nectaridumque Comitem maritimi tractus.] Hic Comes litoris Saxonici per Britannias dicitur in Notitia Imperii Romani. VALES.

2. *Eadem loca profectus*] Deſideratur *in,* quod illius aetatis ſcriptores frequenter omittunt. W.

Proventuſidem celeri gradu praemiſit.] Mſ. *Provertu idem.* Utrumque vitioſum puto. LINDENBR.

Proventus idem.] Diviſis vocibus legendum *Proventus idem,* ut idem Valentinianus proventus praemiſerit, id eſt commeatus et inopiae ſubſidium. Sic libro XXII. c. 8. *proventibus fructuariis.* OISELIUS. At contra Mſſ. codices, in his Colbert. *Provertuidem* nomen viri proprium diſerte ſcriptum habent. HADR. VALES.

4. **Motus adoleſcentis et ſeneſcentis oceani.*] Sic Gellius libri XIV. capite 1. *Oceanus quaſi Lunae comes: cum ea ſimul ſeneſcit, adoleſcitque.** LINDENBR.

Motus adoleſcentis et ſeneſcentis Oceani] fluxus puta et refluxus maris. Paullo inferius hoc ipſo capite pluribus verbis hoc idem exprimitur. W.

Situmque] Sic pro *tractumque* e cod. Colbert. dedit Hadr. Valeſius, cuius praefationem vide p. LXV. W.

Ulyſſes Homericus.] Recte atque ordine fecimus, cum codicis Regii, *Toloſ.* [et Colbertini] ſcripturam hic reſtituimus. Ulyxem enim, non Ulyſſem dicebant veteres Latini: et cum in vetuſtis exemplaribus Scriptorum fere omnium Latinorum Ulyxes ſcribatur, mirum eſt tamen impreſſos codices alteram ſcripturam ubique praeferre. Eſt autem dialectus haec Dorica, qua οὐλύξην dicebant. Unde Cretenſes, quos dialecto Dorica uſos eſſe conſtat, in quadam inſcriptione ſic exaraſſe ait Plutarchus in Marcello c. 20. ἱδρυμα λέγεται Κρητῶν γενέσθαι τὸ ἱερὸν καὶ λόγχας ἐδείκνυσαν καὶ κράνη, τὰ μὲν ἔχοντα ἐπιγραφὴν μηριόνου, τὰ δὲ οὐλύξου τουτέστιν ὀδυσσέως. VALES.

Ulyxes Homericus apud Phaeacas] Odyſſ. XII, 452. W.

5. *Dicalidonas et Vecturiones.*] Tangit hunc locum G. Cambdenus, vir in patria Hiſtoria illuſtranda accuratiſſimus; legendumque putat *Deucalidonios,* velut ſic nominatos ab occidua Scotiae ora, qua Deucalidonius oceanus irrumpit. Quod monere volui: nam in re incerta certi quid pronuntiare arduum eſt. LINDENBR.

Dicalidonas.] De quibus loqui videtur Eumenius in Panegyrico ad Conſtantinum M. c. 7. ubi de Conſtantio Chloro illi ſermo eſt, qui poſt victoriam de Pictis Eboraci mortuus eſt. *Neque enim,* ait, *ille tot tantisque rebus geſtis non Dicaledonum aliorumque Pictorum ſilvas et paludes, ſed nec Hiberniam proximam, nec Thulen ultimam, nec ipſas ſi quae ſunt Fortunatorum inſulas dignabatur acquirere, etc.* At in vulgatis Editionibus excuſum eſt, *non dico Caledonum, etc.* quod ſi quis praeferre voluerit, eo quod Caledonia in Britanniis memoratur a Tacito, et Caledonii Britanni a Claudiano dicuntur et Auſonio, equidem non magnopere repugnabo. In Mſſ. Vat. et Reg. legitur *Dicalydonas et Veſturiones:* [in Colbert. *Dicalydonas et Verturiones.*] VALES.

Dicalidonas] antiquioribus, Tacito, Dioni Caſſio cet. Caledonas. *Vecturiones — Attacotti — Scotti.* Cf. Mannerti Britannia p. 89. 91. Gibbonum T. VI. p. 210. W.

Franci et Saxones iisdem confines.] Inter Saxonas quippe et Alamannos ſita erat Francia, ut ſcribit Hieronymus in Hilarionis vita, et Itineraria Tabula Peutingerorum. Hinc in Hiſtoriis fere Franci Saxonesque iunguntur, ut apud Iulianum in Orat. I. Eutropium in lib. 9. c. 21. de Carauſio: *Cum apud Bononiam,* ait, *per tractum Belgicae et Armoricae pacandum mare accepiſſet, quod Franci et Saxones infeſtabant, etc.* VALES.

Franci et Saxones] utrique Germani. Vid. Mannerti Germaniam p. 259. et 526. et ipſum Ammianum ſupra XXVI, 4. W.

6. *Orbis extrema*] Britanniam. *Ad Bononiae* (Boulogne) *litus, quod a ſpatio controverſo terrarum* oppoſita Britannia *anguſtiis reciproci maris* (le Canal) *diſtinguitur.* W.

Rutupias ſtationem.] Oroſius et Beda *Rhutubi portum* vocant, ut iam ante ab ampliſſ. Marco Velſero in Obſervat. ad Tab. antiquam, et G. Cambden in Cantii Deſcriptione notatum. *Vid. Lucan. lib. 6. v. 67. Zonaras pag. 217. Britanniae populos duos praecipue eſſe ait: Caledonios et Maeatas. Qui locus dignus, qui conſideretur. Vid. Excerpta. Tacit. in Vita Agricolae c. 10. 11. Iordanes de reb. Geticis. Panegyr. Conſtant. Conſt. F. dictus pag. 255. *Non Dicalidonum aliorumque Pictorum ſilvas et paludes, ſed nec Hiberniam proximam, nec Tylen ultimam.** LINDENBR.

Rutupias (Richborough) XX, 1. W.

7. *Lundinium* (London) *vetus oppidum, quod Auguſtam poſteritas appellavit,* in honorem fortaſſe Imperatricis cuiusdam. Mannert Britannia p. 164. W.

10. *Libero commeatu diſperſos*] quibus duces abeſſe conceſſerant. *Dulcitium* de quo vide XXVIII, 3. et Proſopograph. Cod. Theodoſ. Diverſus eſt ab alio Dulcitio, in quem ſcriptum epigr. incert. DCLXXXII. W.

CAPVT IX.

2. *Remigii*] de quo vide plura in Ind. I. — *Cautiſſimus* et ſuſpicaciſſimus. W.

3. *Geſtorum ſeriem, cum adegerit ratio*] v. infra XXVIII, 6. W.

4. *Militares faſtus*] ducum. — *Anhelantes* flatu ſuperbo, quod additum XXVIII, I. *Indiſtanter* ſine diſcrimine. cf. XXXI, 6. W.

5. *Flatus et pondera*] ſuperbia et arrogantia cum faſtidio coniunctae; de quo uſu *ponderis* (Gr. βάρος) vide Salmaſ. ad Trebell. Poll. triginta tyrannos c. 5. extr. ubi nec Ammiani locum neglexit. W.

Inventores iuris antiqui.] Priſcos Athenienſes videtur intelligere, a quibus Romani leges XII. Tabularum acceperunt. Illi enim ſummos quosque duces ſuos aut exſilio, aut morte multarunt. Ab iis etiam oſtraciſmus inventus eſt, quo eminentiſſimum quemque non aliud ob crimen, quam quod in libera civitate nimium ſupra ceteros exſtabat, teſtarum ſuffragiis e patria in decennium relegabant. VALES.

Id nonnumquam ad privatorum pertinuit cauſas] ii adeo, qui magiſtratus, primoresque civitatis non ſunt, *ob multitudinis crimina*, quae in civitate invaleſcere coeperunt, etiam *innoxii* puniuntur. W.

6. *In Iſauria*] De prioribus Iſaurorum incurſionibus vide XIV, 2. XIX, 13. de noſtra Zoſimum IV, 20. W.

Aſiae Vicarius] Qui Vicarius dioeceſios Aſianae in Notitia Imperii dicitur. Eamdem poteſtatem deſignat Eunapius in vita Maximi p. 107. Commel. ubi de Clearcho loquitur Aſiae Vicario, cui ſucceſſit Muſonius: *τῆς οὖν ἀσίας ἁπάσης κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὁ Κλέαρχος ἐπεστάτει, ὅση κατὰ τὴν ἐξουσίαν ἐφ' ἑλλησπόντου διὰ λυδίας καὶ πισιδίας ἐπὶ παμφυλίαν ἀφορίζεται. Toti tunc Aſiae praeerat Clearchus, quae ab Helleſponto per Lydiam ac Piſidiam in Pamphyliam usque porrigitur.* Ad hunc Clearchum Vicarium Aſiae miſſa eſt lex unica in Cod. Theod. ne colonus inſcio Domino, Valentiniano et Valente Coſſ. Erat autem haec dignitas ſubiecta atque obnoxia Praefecto Praet. quod et Eunapius ibidem ſatis indicat. Nam cum Praefecti Praet. multas dioeceſes adminiſtrarent, nec ſimul ac ſemel ubique praeſto eſſe valerent, Vicarii conſtituti ſunt, qui in ſua dioeceſi Praefectorum Praet. munera ac vices implebant: ac praecipue annonam, et tributa curabant, perinde ac Praefecti Praet. ut ex allato Eunapii loco de Muſonio Vicario abunde colligitur. VALES.

Muſonius, Athenis Att.] Muſonius Proaereſii diſcipulus, cum Athenis Sophiſticum thronum nactus eſſet, adverſus Proaereſium inſurrexit: ſed cum imparem ſe tanto certamini intelligeret, mox ad gerendam Remp. ſe transtulit, ut ſcribit Eunapius in Proaereſio: qui et in Hiſtoriis illius mentionem a ſe factam eſſe ſubiungit. Quod ſi quis Eunapii locum ex Hiſtoriis requirit, exſtat apud Suidam in Μουσώνιος· *πάντα ὅσα ἦν ἄριστα, μικρὰ ἐφαίνετο πρὸς τὸν ὄγκον Μουσωνίου. δι' ἃ κατὰ λόγον εὐδοκιμῶν, τήν τε ἁλιτενῆ χώραν τῆς Ἀσίας ἐπῆλθε, καὶ ὁ τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχὴν πρὸς τὰς ἐπιδημίας ἐξίστατο. κἀκεῖνος ἅπαντα ἐπιὼν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις,*

τὴν θάλασσαν ἐπλήρωσε τῶν ἀπὸ τῆς Ἀσίας εἰσφορῶν, etc. *Quaecumque erant maxima, ea Musonius, qua erat animi magnitudine, pro minimis ducebat Quapropter cum, ut par erat, ab omnibus celebraretur, maritimam oram Asiae peragravit, eique iter facienti Proconsul Asiae cedebat. Musonius igitur cum paucis diebus omnem illam oram perambulasset, Asiaticis tributis ac vectigalibus in naves impositis mare implevit. Neque vero quisquam de ulla iniuria querebatur: sed cuncti cum voluptate tributa inferebant. Eunapius quippe Rhetor ex Lydia ei negotio praefectus erat.* Ex his verbis satis apparet de Musonio Asiae Vicario Eunapium ibi locutum esse. Eiusdem meminit Zosimus in lib. 5. c. 3. μουσώνιος ἕλλην ἀνὴρ καὶ παιδείας ἥκων εἰς ἄκρον. Idem videtur esse, cuius encomium scripsit Himerius Sophista, cum Proconsul esset Achaiae, (p. 274. Wernsd.) et ad quem exstat Libanii Epistola 453. VALES.

Musonius Asiae Vicarius] vicem gerens Praefecti Praet. v. Ind. II Pluribus de eo egit Wernsdorf ad Himerium p. 472. — *Luxu adiumento militari marcente* cum exercitus virtus Asiatica, quae iam olim Romanos fregerat, luxuria elanguisset. W.

Adhibitis semiermibus paucis, quos Diocmitas appellant.] Capitol. in Vita Ant. Phil. c. 21. *Armavit et Diocmitas, emit et Germanorum auxilia contra Germanos.* At unde sic dicti Diocmitae, aliis disquirendum relinquo. LINDENBR.

Quos Diocmitas appellant.] Horum meminit Capitolinus in Marco c. 21. Assentior autem Turnebo, qui in lib. 25. Advers. cap. 18. Diocmitas esse dicit levis armaturae milites, qui ad persequendum hostem ipsa levitate habiles sunt: dicti sunt enim ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ. Eorum mentio fit a Symeone Metaphraste in vita Athanasii: ζημίαν ζωῆς ὑφέξειν τοὺς διωγμίτας, εἰ μὴ τὸν Ἀθανάσιον ζῶντα παραστήσωσι. *Capitis supplicium subituros esse Diogmitas, nisi Athanasium vivum adducerent.* Apparet igitur legendum esse *Diogmitas*, non *Diocmitas*. VALESIUS. Tetigit et hos ipsos Freinshemius in notis ad Florum III. 19. qui profecto meliore fide tribuit Casaubono quod est Casauboni, a quo locus ille Metaphrastae diu fuit excitatus, antequam Valesius Ammianum tractare posset. GRON. Cf. Iac. Gothofredi Opusc. VII, p. 20. W.

Angustum devexitatis anfractum] angustias montium. W.

7. *Latebrosa montium saxa.*] Quum Lindenbrogius notet in Florentino legi *latebrosa animantium*, putabat pater commode erui inde *latebrosa nimis montium saxa*, quod certe convenit stylo Ammiani: unde adscripsit ex libro XXIX. cap. 2. *alta nimium potestate.* GRON.

Excitae tandem copiae] iustus exercitus, qui ob luxum antea memoratum cessaverat. W.

Germanicopolitanis.] *Germanicopolin* alio nomine *Boosceoten* dictam Plinius ait, in Hellesponti Descriptione lib. v. cap. 32. Ptolemaeus in Galatiae situ Γερμανόπολιν vocat. LINDENBR.

Germanicopolitanis.] Germanicopolis opidum Isauriae est, et quidem totius regionis quae a Barbaris tenebatur, caput. Isauriae enim provinciae quae Romanis parebat, metropolis erat Seleucia, ut scribit Constantinus in lib. I. de provinciis cap. 13. τὰ δὲ ἄνω σελευκείας καὶ μεσογαίας καλεῖται δεκάπολις καὶ ἐστὶ πρώτη μὲν

γερμανικούπολις, etc. Et in Notitia Episcoporum qui Chalcedonensi Concilio subscripsere, primus ex Episcopis Isauriae provinciae nominatur Basilius Seleucientis, ultimus Tyrannus Germanicensis. VALES.

Immobiles diu mansere.] Paullo post Valentiniani senioris obitum Isauri rursus latrocinari coeperunt, et finitimas provincias populati sunt, a castellis dumtaxat abstinentes, ut tradit Zosimus in lib. 4. VALES.

8. *Praetextatus praefect. Urbis.*] Ad librum xxii. c. 7. iam de eo notavit Valesius, et ex inscriptione, quam citat quoque Iuretus ad Symmachi librum x. epist. 26. eius nomina reponit. Sed hunc locum opportune adduxit illustravitque Iac. Gothofredus ad Codic. Theodos. lib. xiii. tit. 3. de Medicis et Prof. GRON.

Praetextatus] antea Proconsul Asiae xxii, 7. *Praefecturam Urbis* A. 367. *curans* v. Corsini p. 243. Gibbon P. vi. p. 177. W.

Raro contingit ut cum timeretur, amorem non perderet civium.] Vulgaris est Pub. Syri versus: *Amor misceri cum timore non potest.* Igitur ubi miscetur, rari exempli specimen est: idque merito laudant, in Praetextato Ammianus, et in Honorio Claudianus in Nupt. Honor. et Mar. 330.

Non odium terrore moves, nec frena resolvit
Gratia, diligimus pariter, pariterque timemus. LINDENBR.

9. *Tumultu lenito, quem Christianorum iurgia concitarunt.*] Cf. supra c. 3. W.

Pulsoque Ursicino.] Qui tamen Neapoli postea Episcopus constitutus fuit. Anastasius in Vita Damasi PP. LINDENBR.

Pari iam proposito.] In codice Regio [et Colbert.] *pariam* scriptum reperi, et eadem manu superscriptum, *paruit prop. etc.* *in Tolosano legitur, *patuit.** Mihi quidem, si quid corrigendum est, sic emendare satius videretur: *Pulsoque Ursino alta quies parta est, proposito civium Rom. aptissima: et adolescebat gloria praeclari Rectoris, etc.* Particulam autem copulativam ex fide Regii codicis addidi, quae hic omnino necessaria videtur. Ceterum Vettius Agorius Praetextatus Praefecturam Urbanam iniit Lupicino et Iovino Coss. ut ex Codice Theod. constat: et in auctores et conscios seditionis Ursinianae severius animadvertit, Clericis etiam nonnullis supplicio affectis, ut scribit Socrates in lib. 4. cap. 24. qui tamen Maximinum eum perperam appellat. VALES. *Proposito votis civium.* W.

10. *Maeniana sustulit omnia.*] Vid. L. 242. ff. de verb. signific. L. 11. C. de aedific. priv. Festus Pomp. in *Maeniana.* LINDENBR.

Maeniana sustulit omnia.] Maenius cum domum suam venderet Catone et Flacco Censs. ut ibi Basilica Porcia aedificaretur: excepit sibi ius unius columnae, super quam tectum proiiceret ex provolantibus tabulatis, unde ipse et posteri eius spectare munus gladiatorium possent: ut scribit Asconius in Divinationem c. 16. Post hunc alii e lapide, alii e maceria aedificavere in porticibus maeniana, et foribus ac domibus adiecerunt: quod ex vetere Grammatico scribit Isidorus in lib. xv. Originum. ξύλων ἐξοχὰς vocat Herodianus in fine lib. 7. Vide Brissonium in lib. de ver-

borum ſignif. Similia ſunt quae παραπετάσια dicuntur in lege 39. Cod. Theod. de operibus publicis. VALES.

Maeniana] dicta etiam *Solaria*, tecta aedium plana, eadem fere, quae nos vocamus *Altane*. Nomen habent ſive, ut vett. Grammaticis, Aſconio ad Cic. Divinat. c. 16. Nonio, Feſto et Iſidoro placet, a Maenio quodam, qui, cum domum prope forum venderet, in lege venditionis columnam excepit (v. Cicero pro Sextio c. 58.) in qua proiiceret tectum, unde ipſe cum ſuis ſpectaret gladiatores, qui in foro ederentur; ſive, ut Salmaſius contendit (ad Spartiani Peſcenn. Nigrum c. 12.) a *moenibus*, h. e. columellis, quarum lorica circumdaretur ſolarium, ne quis delabi poſſet. Haec Erneſti in Proluſ. de Solariis Opp. Philoſ. p. 29. cf. Daviſ. ad Ciceron. Acad. II, 22. et Gesneri Theſ. h. v. W.

Priſcis quoque vetita legibus] v. L. 242. Pandect. de verbor. ſignificatione. W.

Diſcrevit privatorum parietes ab aedibus ſacris.] Ita quoque Conſtitutione Arcad. Honor. et Theod. Imppp. aedificia privatorum publicis aedibus adhaerentia ſive ſuperpoſita deſtrui tollique praeceptum. L. 4. Cod. Theod. de operib. publ. quae eſt L. 9. C. Iuſtin. de aedif. privat. *Vid. L. 17. C. de operib. publ.* LINDENBR.

Diſcrevit ab aedibus ſacris privatorum parietes.] Non modo aedibus ſacris, ſed ne operibus quidem publicis, murisve urbium quidquam licet coniungere, lege 9. D. de rerum diviſione. VALES.

Ponderaque per regiones inſtituit univerſas.] De ponderibus publicis exſtat Conſtitutio Valentinian. Theodoſ. Arcad. Imppp. L. 9. de ſuſceptor. praepoſ. LINDENBR.

Pondera per regiones (urbis) *inſtituit univerſas.* De aequalitate menſurarum inde a Veſpaſiani temporibus plura ſcire qui cupit, adeat Caſaubonum ad Iulii Capitol. Maximinos c. 3. et Wernsdorfium ad poetas minores T. v. p. 605. ſſ. W.

Quod laudando Brutum Tullius refert.] Verba Tullii ſunt in Oratore ad Brutum c. 10. *Quid tam difficile quam in multorum controverſiis diiudicandis ab omnibus diligi? conſequeris tamen, ut eos ipſos contra quos ſtatuis, aequos placatosque dimittas. Itaque efficis, ut cum gratiae cauſa nihil facias, omnia tamen ſint grata quae facis.* VALES.

CAPVT X.

Redit Ammianus ad bella cum Alamannis. cf. c. 2. Gibbon. T. VI. p. 186. Ritter Gallia T. v. P. 3. p. 578. W.

1. [*Alamannus Regalis Rando Mogontiacum irrepſit.*] Heic P. Pithoeus ad oram Ammiani ſui laudat *Hieronymum in libro de Monogamia ad Gerontiam*, ſeu potius in Epiſtola ad Ageruchiam: quaſi verba Hieronymi ad rem valde pertineant. Ubi notandum eſt Valentiniano II. et Valente II. Coſſ. anno Chriſti CCCLXVIII. a Randone Alamanno clam irruptum direptumque eſſe Mogontiacum, et incolas eius abductos. Sed iterum anno CCCCVI. aut ex aliis CCCCVIII. principatu Honorii iterum *Mogontiacum captum atque ſubverſum eſt, et in Eccleſia multa hominum millia*

trucidata: et multa mala paſſae ſunt plurimae aliae urbes Gallicanae, quum Alani, Suevi, Vandali, Burgundiones, et Alamanni Gallias intrarunt, easque per annos aliquot impune vaſtarunt. De poſteriore hocce excidio Mogontiaci loquitur Hieronymus in Epiſtola ſupra laudata; de priore illa ſub Valentiniano eiusdem urbis clade ſolus Ammianus: nec verba Hieronymi ad eam ulla ratione pertinent, ſicut exiſtimavit P. Pithoeus.] HADR. VALES. *Regalis* regiae ſtirpis. W.

2. *Chriſtiani ritus ſollemnitatem*] fortaſſe Paſchatis feſtum, quod ſuadere videtur paullo inferius memoratum *anni tepens tempus.* W.

Virile et muliebre ſecus.] In exemplari Regio [et Colbert.] et in Auguſtana Editione *ſexus* legitur rectius fortaſſe: nam τὸ *ſecus* pro ſexu nimis poeticum eſt. HADR. VALES. Sic iudicat, quum tam frequens occurrat, et fere ſaepius apud hiſtoricos, qui proſa ſcripſerunt, quam apud poetas. Tantum differt uſus antiquiorum ab recentioribus in caſu, ut et in ipſo hoc ſcriptore variatur, de quo pater ad Livium XXVI, 47. GRON. Cf. XVI, 11. W.

Cuiusquemodi fortunae] ſummae et imae conditionis, uti XXX, 4. XXXI, 15. W.

3. *Vadomarii*] adhuc viventis, v. Ind. I. W.

Concideret ſtrage.] Sic Gelenius edidit. Sed cum in codice Regio [et Colbert.] *ac Tolol.* ſcriptum invenerim, *comperet ſtrage;* ita potius a Marcellino ſcriptum eſſe exiſtimo, *ut qualibet occumberet ſtrage.* Accurſius autem, *comperta ſtrage*, infelici coniectura ediderat. VALESIUS. Illud verbum *occumberet* τῷ πάνυ ſe ingeſſit, quia ſtatim recurrere animadvertebat *occubuit.* Sed plane ferri nequit. Non enim prima navabatur opera, ut occumberet, ſed ut ſuperaretur vel proderetur, ut manifeſte diſtinguit ſtatim auctor ipſe: quorum quum neutrum fieri poſſet, δεύτερος πλοῦς fuit, ut fraude domeſtica occumberet, ſicut occubuit. Ex literis verbi quod in ſcriptis libris exſtat, palam exiſtit *corriperet.* Hinc videtur lineola poſtremae parti ſuperſcripta quondam exoleviſſe *corriperet* pro *corriperetur.* GRON.

4. *Tentatus* ſuperari, *citerioris vitae* XIV, 1. XXV, 4. interioris admiſſionis *miniſtri ſtudio ſollicitante noſtrorum*, qui pecunia corruperant miniſtrum, ſed quam diſpares priſcis Romanis, immemores Fabricii olim ſui perfugam, veneno Pyrrhum e medio tollere pollicitum, regi remittentis. W.

Torpuere diſcurſus.] In Regio codice legitur *tepuere.* VALES.

5. *Deſtinatius*] ſtudioſius. *Tutela* ſecuritate. *Reparabilis gentis,* quae vires facile poſſet reficere. cf. XXXI, 7. — *Nunc infimorum et ſupplicum.* Locus ſimilis XVII, 13. ad infimitatem obſequiorum venere ſervilem. W.

6. *Accito Sebaſtiano*] cf. c. 6. *Numeris* legionibus. W.

Anni tempore iam recente.] Regius codex habet *iam tepente,* quam ſcripturam vulgatae longe antepono. Nam et in Mſ. Flor. legi *iam terente* monuit Lindenbrogius, [ut et legitur in Colbertino.] VALES. Idque opinor magis genuinum, unde faciendum fuit *iam ferente.* GRON.

Rhenum transgreſſus.] Multum ab hac Gelenii ſcriptura diſſentiunt noſtri codices. Nam in Regio ac Flor. [et Colbert.]

ac Tolof. fic legitur, *inhenum tranſtibusque neminem diviſis agm. quadr. ipſe medebat.* At in Auguſtana Editione ita excuſum eſt, *Rhenum tramitibusque Rheni diviſis agm. quadr. incedebat.* Ex quo apparet, quanto ſagacior ac felicior in coniiciendo Gelenius fuerit Accurſio. Eſt tamen, quod in illa Gelenii emendatione non probem, primo quod vocem illam *neminem* expunxit: deinde quod *indiviſis agminibus* edere maluit quam *diviſis.* Itaque ſic videtur legi potuiſſe commodius. *Rhenum transgreſſus reſiſtente nemine, diviſis agm. quad. ipſe medius incedebat.* VALESIUS. Cui poteſt paulum humaniori placere iſte non artifex, ſed carnifex modus integrandi auctores ex legentium ingenio, non ex veteri ſcriptura? Itaque et pater hac ratione offenſus ad Varias Lindenbrogii annotabat in mendoſo illo *tranſtibusque* latere videri *transit obvioque nemine.* Sed praeterea an Rhenus ſic erat ignotus ei, qui Ammianum deſcribebat, ut in eius fluvii nomine ita nunc deberet haeſitare? Vide an magis placere queat, quod mihi in mentem venit, duntaxat propius ad veterem manum. *Valentinianus cum Gratiano Menum tranſit, viſoque nemine in diviſis* (vel *diverſis*) *quadratis ipſe medius erat.* Hinc et Auſonius in loco, quem mox citat ὁ πάνυ, non Rhenum, ſed Nicrum advocat. GRON.

7. *Longo itu* longe *porrectas.* Oudendorpius ad Florum L. 1. c. 16. p. 148. malit *ſitu.* Nil opus. Ad eundem Flori locum Freinshemio pro *ſenſim gradiens* apud Noſtrum legendum videtur: *enſem quatiens.* Flori locus hic eſt: *ultionem flagitans miles ſtrictis enſibus per ipſam viam ante pugnam furit.* (Ammian. *infrendebat.*) Florum obverſatum fuiſſe Marcellino, admodum probabile eſt; nihil tamen in contextu volui novare. W.

8. *Solicinio nomen eſt.*] Mſ. *Soliconmo,* uti fere etiam Rhenanus in ſuo cod. reperit, quem de hoc loco vide German. rer. lib. III. LINDENBR.

Solicinium] Situm huius loci definire haud ſuſtinuerunt Maſcovius in hiſt. German. Lib. VII. §. 5. et Mannertus P. II. Faſc. 1. p. 240. *Haeſelinus* tamen in Commentatt. Acad. Elect. Palatinae Vol. IV. urbem eſſe coniicit *Schwetzingen* prope Heidelbergam, cui aſſenſum praebet *Meuſelius* in *neueſte Literatur d. Geſchichtskunde.* 1778. Th. I. S. 101. W.

9. *Locorum gnavitate.*] Praepoſitum habet Florentinus teſte Lindenbrogio *unde,* ex quo pater fingebat *nuda locorum gnaritate.* GRON. *Gnaritate* peritia XVI, 3. XXX, 1. W.

Montem praecelſum.] cuius nomen *Piri* eſt XXVIII, 2. nunc *heilige Berg* in agro Heidelbergenſi. — *Regibilis* ad imperia promtus. W.

* *Vexillum opperiens extollendum.*] Caeſar de Bello Gallico lib. 2. c. 20. *Caeſari omnia uno tempore erant agenda. Vexillum proponendum, quod erat inſigne, cum ad arma concurri oporteret; ſignum tuba dandum.* Idem [Ammianus nempe] mox poſt: *Signoque erecto, quod ſolet ad pugnam hortari, tubarum minacium accedente clangore.* Notat hunc ipſum morem Caeſar.* LINDENBR.

10. *Perterrente*] Wakefield. ad Lucret. IV, 1017. malebat *proterrente,* i. e. impellente, protrudente. ERF.

Clementer proclivem] Bene latine variata oratio; paullo ante: *facilem devexitatem habens et mollem.* W.

Quod haud placuit maturato.] Scribendum omnino est, *quo ut placuit maturato, etc.* qua quidem emendatione certius nihil: ut mirer Gelenio homini acutissimo hoc in mentem non venisse. In Regio, * et Tolos. * codice legitur, *quod aut pl. mat.* VALES.

Capite intecto] sine galea, ne agnosceretur ab hostibus, cf. quae statim sequuntur de *cubiculario.* — *Ut erat sui arrogans aestimator,* nimium sibi confidens aliis contemtis. W.

Quam inspexere proculcatores.] Ita in Ms. vulg. *procursatores.* Et *proculcatores* hic, uti in melioribus libb. Vegetii, et Notitia Imp. *Inter auxilia Palatina Exculcatores seniores, Exculcatores iuniores.* LINDENBR.

Proculcatores.] In codice Regio et Basiliensi Editione *Procursatores* dicuntur: sed cum Augustana Editio codici Flor. [et Colbert.] consentiat, non dubito quin praeferenda sit altera scriptura. Sunt autem Proculcatores iidem ac procursatores, seu excursatores, qui scilicet agmen praeeuntes, incursum hostium explorabant, ut videre est in principio lib. 24. Eos Vegetius in lib. 2. excultatores seu exculcatores vocat: Leo in Tacticis σκουλκάτωρας. Iidem Graeci σκοῦλκαι et σκοῦλκας vocant stationem seu vigilias, indidem deflexo vocabulo. * In Tolos. codice *Procultatores* scriptum inveni. * VALES. Cf. Bessel Misc. p. 252. et Ind. II. W.

11. *Per labilem* lubricum *limum.* cf. XV, 10. W.

12. *Signo erecto*] vexillo sublato, uti paullo ante. — *Fragore* clamore, strepitu. Sic fragorem non de rebus tantum, sed personis etiam usurpat noster XX, 4. XXV, 6. — *Crispando* vibrando XIV, 2. — *Per hirta dumis et aspera* sentibus et prominentibus saxis invia. W.

15. *Pandebant poplites et suras et dorsa*] Fusius effert, quod alibi brevius: terga dabant, corpora nudantes intecta, uti XV, 4. XIX, 11. — *Silvarum se latebris amandarunt,* absconditerunt. XVI, 12. W.

16. *Exercitus ita bellator.*] Nescio unde haec scriptura in Lindenbrogii Editionem irrepsit. Nam in Regio quidem exemplari, et in Augustana Editione locus corruptus est hoc modo, *et Sextus ita bellator:* [in Colbert. Ms. *ex sextus.*] Gelenius vero sic ediderat, *exsertus ita bellator,* optime procul dubio. Sic enim in superiore libro locutus est Marcellinus lib. XXII. cap. XI. *Aliso quidam Tr. abscidit exsertus bellator et prudens.* VALES. Vid. ad XXVI, 8. W.

Sicinio] Dentato, cuius iam supra mentio facta XXV, 3. Ob singularem fortitudinem Achilles Romanus dictus, de quo vide inprimis Gellium II, 11. — *Sergio.* Itidem iungitur Sicinio XXV, 3. W.

* *Imperatores Treveros reverterunt.*] Ubi et triumphales ludos edidit Valentinianus, ut testatur Ausonius in Mosella sub finem (v. 421.):

— *Augustae veniens quod moenibus urbis*
Spectavit iunctos natique patrisque triumphos:
Hostibus exactis Nicrum super et Lupodunum,
Et fontem Latiis ignotum annalibus Histri.

Hanc enim haud dubie Valentiniani victoriam Alamannicam designat, quae contigit Valentiniano II. et Valente II. Coss. Quare valde miror, qua ratione Cluverius, vir alioquin diligentissimus, hos versus Ausonii de Gratiani Argentuariensi victoria acceperit: quod passim inculcat ac repetit in lib. 2. et 3. Germ. Ant. capite 4. Atqui apud Argentuariam Lentienses Gratianus vicit post mortem patris, ut constat. Valentinianus vero tunc, cum haec Ausonius scriberet, adhuc vivebat. Sic enim paullo post ait v. 449.

Burdigalam cum me in patriam nidumque senectae
Augustus pater, et natus, mea maxima cura,
Mittent etc.

Sed hic Cluverii error ex M. Freheri Commentariis haustus videtur. Interim demendus est alter Cluverii scrupulus, qui in supradicto capite 4. nescire se ait, cur Ausonius *fontem Histri Latinis ignotum* dixerit. Ego vero facile id solvi posse aio, si meminerimus Danubium a fonte ad Moesiam usque appellari; inde ad Pontum usque Histrum. Itaque Histri fontes Latinis seu Romanis nulli sunt, sed Danubii. VALES.

Treveros (Trier) qui sedes omnino saepe fuerunt Imperatorium. cf. xv, 11. W.

CAPVT XI.

1. *Vulcatio Rufino*] Praefecto Praetorio supra c. 7. *absoluto vita* mortuo xxv, 3. *dum administrarat* in ipso munere. W.

Probus] Sextus Anicius Petronius Probus, de quo vide inprimis Corsinum de Praeff. Urbi p. 252. ss. — *Ab urbe* ex urbe. Quem ibi magistratum administraverit, fateor me ignorare. Falsi Consulares habent ao. 371. in Praeff. Urbi numerat Corsini p. 252. sed ao. 372. Ammianus autem in rebus ao. 368. gestis occupatus est. W.

Iudicioli] vix alibi reperias. W.

2. *Quasi gemina quaedam, ut f. P. fortuna.*] Sic fere loquitur Valerius Max. in lib. 6. cap. 11. *Namque Alcibiadem quasi duae fortunae partitae sunt: altera quae ei nobilitatem, etc.* Sed tamen in hac sententia maneo scribendum esse *genuina*. Eodem errore in Elogio Iuliani quod est in lib. 25. ubi legitur, *ut poenarum asperitatem genuina lenitudine castigaret*: in Editione Rom. scriptum erat *gemina* et in Epist. 23. et 25. lib. 1. Symmachi plerique codices *gemina* pro *genuina* praeferunt, teste Iureto. VALES. Recte *genuina*. Genuinum et aliis, iisque pluribus locis Ammiano est i. q. ingenitum, nativum, quod vel natura vel consuetudine cuiusque proprium est. W.

Ut fingunt Poetae] Haec verba non suo loco posita videntur, melius post *pinnis* collocanda. Ceterum Fortuna *praepetibus pinnis* alata globuloque insistens, in numis ubique obvia. Cf. Döring de imagg. alatis apud veteres. W.

Licet potuit] multa valuit xviii, 4. W.

Ingentia largiendo.] De liberalitate et munificentia Probi idem testatur Claudianus in Consulatu Olybrii et Probini v. 42.

Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes: ſed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas, etc. VALES.

Interpellando poteſtates aſſiduas.] Reſtituta eſt hoc in loco vera ſcriptura, quam et Regius et Vatic. codex, [ac Colbert.] et Editio Auguſt. ſervaverat. Et eleganter intervallaſſe poteſtates dicitur Probus, quippe qui tot magiſtratus geſſerit ac praefecturas, ut numquam fere ſine magiſtratu viſus ſit. Fuit enim primo Proconſul Africae, Datiano et Cereale Coſſ. ut diſcimus ex lege 3. Cod. Theod. Quorum appellat. ac deinde Praefectus Praet. quater, ac poſtremo Conſul cum Gratiano A. anno Domini 371. ut docent veteres Inſcriptiones apud Gruterum p. 401. Primam quidem Praefecturam Praet. quam hic commemorat Marcellinus, geſſit Valentiniano Nob. P. et Victore Coſſ. ut elicitur ex Codice Theod. Fuit autem Coelii Probini filius, Petronii Probiani nepos, quorum uterque Conſul fuerat: ut ex vetuſta Inſcriptione docuit me Iac. Sirmundus. Itaque ex avi nomine dictus eſt Sextus Petronius Probus. Eiusdem elogium exſtat apud Auſonium in Ep. 3. *Narrat Paulinus in Vita Ambroſii, tantam eius famam etiam apud exteras gentes fuiſſe, ut ex Perſide Romam nonnulli venerint, Probi potentiam ac divitias ſpectaturi.* VALES.

Intervallando poteſtates] munera diverſa aliud poſt aliud obeundo. *Contra timidos celſior*, audacior, oppoſitum enim antecedenti *timidus ad audaces*. Sic in ſequentibus etiam apte ſibi reſpondent *ſibi fidere*, *pavere*; *cothurnus*, *ſoccus*, de quibus non eſt, quod plura afferam. — Omnino cothurno grallisque adeo incedens ipſe Ammianus h. l. placere ſibi videtur. W.

3. *Natantium genus*] piſces. XXVI, 10. *Haud tam* (melius *ita*) *diu ſpirat* vivit in terra continenti. — *Numquam innocentium per cupiditates immenſas* qui, ut libidines explerent, numquam intra iuſtos fines ſeſe continebant, *utque multa perpetrarent impune* ipſum, *dominum*, patronum ſuum ambitu, variisque, quales in aulis adhiberi ſolent, machinationibus ad munera evehebant, *in Remp. mergebant*, ſervata metaphora a piſcibus deſumta. W.

4. *Ita pronuntiat Cicero.*] In Philippica 2, 12. ſed et in iure ſuaſor criminis et laudator eadem poena tenentur. Nam Ulpianus in lege 1. D. de ſervo corrupto: *Et ſi erat ſervus omni modo fugiturus, vel furtum facturus; hic vero laudator huius propoſiti fuerit; tenetur. Non enim oportet laudando augeri malum.* VALES.

5. [*Suſpicioſus tamen et minutus ſuopte ingenio fuit.*] In codice Colbertino ſcriptum eſt: *Suſpicioſus tamen et munitus ſ. i. fuit:* quae ſcriptio plane mihi arridet. *Munitus* vocatur Ammiano homo undique ſibi cavens, et ex omni parte veluti tectus adverſus inſidias et fraudes ac dolos. *Minutus* retinet Lindenbrogius, et explicat μικρόψυχος, id eſt timidus et puſilli animi: quod vitium in Probum etiam cadit.] VALES. Merito aſſentitur Valeſio Erneſtius. W.

6. [*Ita implacabilis et diruptus, etc.*] Quid heic *diruptus* ſignificet, haud facile dictu eſt. Huic enim loco nomen iſtud haudquaquam convenit. Codex Colbertinus praefert, *ita implac.*

et directus, ut nec exorari posset, nec ad ignoscendum inclinari. Quam lectionem mecum docti omnes sunt probaturi. *Directum* appellat Marcellinus hominem immobilem, inflexibilem, et ut alibi loquitur indeclinabilem, in malo proposito sibi constantem ac firmum, et si quem laedere voluerit, nulla umquam ratione ad veniam flectendum atque convertendum. P. Pithoeus ad oram Ammiani sui notavit, cum *munitus*, tum *directus* in veteribus libris legi.] HADR. VALESIUS. Est aliquid ex uno codice mutare contextum; qui quid significet, facile dictu potest alteri esse. Potuit autem vir doctus ad speciem huius mutationis consulere varias lectiones Lindenbrogii, qui testatur similiter legi in Florentino. Etiam Accursius prope ad hanc formam edidit *direptus.* Qui autem directus dicitur, cur in sequiorem partem debet intelligi? Haud dubie potest et in bonam. *Diruptus* autem satis quoque eleganter et commode dicetur, nempe ab humanitate et ignoscendi venia, ut *abruptum patri Torquatum* dixit Manilius v, 106. quem in ista loquutione illustravit pater libro I. observ. cap. 6. Omisit autem Ammianus rem, a qua diruptus erat (quum Manilius addiderit) perinde ut Velleio lib. I c. 6. [ubi vid. Ruhnken. W.] dicitur Lycurgus *disciplinae convenientissimae vir,* non addito, cui convenientissima ista disciplina erat, unde magna illic molestia viris doctis, quam alibi removebimus. GRON.

Directus] obstinatus, severus. Cf laudatam ab Ernestio Clav. Cicer. in h. v. et Glossar. Nomicum Cod. Theodos. ubi *directum ius* explicatur a Gothofredo, quod nullo iure labefactari potest. Reinesius orae sui exemplaris appinxerat: „*dirus, an praeruptus?*“ W.

CAPUT XII.

1. **Rex Persidis longaevus ille Sapor*] Ad annum LXX. pervenit. Multa de eo Agathias in lib. IV. pag. 131.* LINDENBR.

Post pudendae pacis icta foedera] XXV, 7. *Iniectabat Armeniae manum,* cf. XXIX, 1. XXX, 1. 2. et Gibbonum T. VI. p. 231. ff. W.

3. *Captum Regem ipsum Arsacem.*] Nescio an is sit Arsaces Armeniorum Rex, quem a Pacurio Persarum Rege una cum Basilio Consiliario evocatum, et in lethem coniectum esse, multis refert Procopius in lib. I. Persic. VALES.

Vinctum catenis argenteis, quod apud eos honoratis.] Idem hic mos in Aethiopia usitatus, ut reos nimirum aut bello captos in argenteis aureisve catenis adservarent. Herodotus lib. III. c. 23. Heliodorus lib. IX. c. I. Δεσμά τε ἀμείβειν καὶ χρυσᾶ ἐπιβάλλειν· ὅσα γὰρ σίδηρος παρ' ἄλλοις εἰς τὰς χρείας, ταῦτα παρ' Αἰθίοψιν ὁ χρυσὸς νομίζεται. *Solinus lib. 3. cap. 10. *Apud hos* (Aethiopas) *plus auri, quam Persis est: ideo quod minus est, pretiosius censent. Aere exornantur, auro vincula fontium fabricant.** Tertullianus de Habit. mul. c. 7. *Apud Barbaros quosdam, quia vernaculum est aurum, et copiosum, auro vinctos in ergastulis habent, et divitiis malos onerant, tanto locupletiores, quanto*

nocentiores: aliquando revera inventum est, quomodo et aurum non ametur. *Idem de Cultu fem. cap. 20. *Aurum ipsum, cuius vos gloria occupat, cuidam genti ad vincula servire referunt gentilium literae.** Sic igitur vinctus fuit Besli et Nabarzanis insidiis circumventus Darius: sic Cyrus, Astyages, Croesus. Curtius lib. V. c. 12. extr. Iustinus lib. V. c. 11. et XI. c. 15. Dio Chrysost. Orat. 79. p. 664. B. Ausonius in Ludo VII. Sapient. p. 236. ed. Floridi. LINDENBR.

4. [*Sauromace pulso, quem auctoritas Romana praefecit Hiberiae.*] Sauromaces nomen apud Hiberos notum fuit. Plinio Epistolarum X, 31. *Rex Sauromaces* memoratur, et legatus *Sauromacae Regis* Nicaeam venisse dicitur: quem Regem Hiberorum fuisse alterum puto principatu Traiani A. qui praeter caeteros Hiberorum Regem in fidem accepit, ut Eutropius tradit. Sed *Sauromates* et *Sauromatae* Editiones Plinii habent pro *Sauromaces* et *Sauromacae.*] VALES. Nec mirum ita haberi in editionibus, quum sic ibi quoque habeant libri scripti: immo id verum etiam sit nomen: ut docemur ex nummo, cui inscribitur ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΑΥΡΟΜΑΤΟΥ, quem vidisse se testatur Spanhemius de praestant. numism. pag. 465. sed quod ibidem loquitur de Bosporo Thracico, risum meretur, etsi de eodem quoque loqui et sentire videatur ad Iuliani Caesares pag. 420. (p. 89. ed. Amst. 1728. W.) GRON.

Aspacurae] cf. XXX, 2. W.

Magister fuisse dicebatur armorum.] In codice Regio post vocem *Magister* modicum spatium vacat: et ad oram antiquarius adnotat scribendum sibi videri, *Magister alter fuisse, etc.* quod equidem verum esse existimo. VALES.

Artogerassam] Forsan eadem est cum Ptolemaei Ἀρταγιγάρτα, de qua in Descriptione Armeniae. LINDENBR. Fortasse Artagera, vel Ardis, ad cuius moenia Caius olim Caesar, Augusti nepos, vulneratus. Conf. d'Anville geographie ancienne Tom. II. p. 106. W.

Uxorem] Olympiadem nominant. W.

6. *Aptus ad muliebria palpamenta*] ad se insinuandum in gratiam muliercularum. W.

7. *Proditionis acerrimi compulsores.*] Cylaces nempe et Artabannes. *Spe potiorum,* fore, ut magnam apud Romanos ideo gratiam ineant. — *Ut lateant id tentantes,* ut hoc suum consilium celarent. Graecismus: λάθωσι ἐπιχειροῦντες. Cf. Irmisc. ad Herodian. Vol. I. p. 752. W.

8. *Concedi*] condonari. *Passibus insonis* ita lenibus, ut audiri non possent. cf. XXIX, 5. W.

9. *Arsacis filium Param*] de quo plura vide infra 30, 1. W.

Neocaesaream urbem Polemoniaci Ponti notissimam.] In codice Regio reperi *nobilissimam* levi discrimine. *Sic Eutropius *Tigranocertam civitatem Armeniae nobilissimam* vocat in libro 6.* Neocaesarea Ponti Polemoniaci metropolis fuit, ut patet ex Notitia Episcoporum, qui Chalcedonensi Synodo subscripserunt. Pontus autem Polemoniacus pars est Euxini Ponti. [Vid. Man-

Mannert Kleinasien II, 472. W.] Nam Pontus Euxinus pro gentibus quas alluit, varias sortitus est appellationes. Praeter Pontum enim proprie dictum est Pon us Galaticus, et Polemoniacus, et Cappadocicus; quibus nominibus etiam provinciae appellantur, ut docet Ptolemaeus in lib. 5. At Scaliger ad num. 2081. Eusebiani Chronici scribit, Pontum Polemoniacum ita dici ad distinctionem Ponti Pelagonii, qui mendose per ae scribitur in veteri inscriptione, quae exstat in Editione Gruteri p. 402. L. DIDIO. MARINO. V. E. PROC. FAM. GLADIAT. PER. ASIAM. HY. GALATIAM. CAPPAD. LYCIAM. PAMPHYL. CILICIAM. CYPRUM. PONTUM. PAELAG. Et mox: BITHYNIAE. PONTI. PAELAG. Sed quis non videt in ea inscriptione scribendum esse PAFLAG. Eodem errore *Pelagoniae* pro *Paphlagoniae* scribi in Facundi libro 7. notavit vir praestantissimus Iacobus Sirmundus. Contra Paflagonia perperam scribitur in lib. 6. Marciani Capellae, pro Pelagonia. Pontus igitur Pelagonius in Asia nullus est. VALES. Cf. Wesseling ad Hieroclis Synecdem. p. 702. W.

10. *Terentium Ducem*] militarem, postea Comitem rei privatae. XXX, 1. W.

Recturus sine ullis insignibus gentem] *Curius Fortunatianus Rhetor lib. pag. 64. (p. 85. Capperonner.) *Fasces, lictores, toga praetexta, sella curulis, imperia, provinciae, magistratuum ornamenta sunt. Consularia insignia;* Novell. 30. c. 6. ὄχημά τε ἐξ ἀργύρου, καὶ πελέκεις καὶ ῥάβδους. Novell. 24. cap. 4. Novell. 25. cap. 5.* De his insignibus multa in Notitia Imperii. LINDENBR.

Recturus int. sine insignibus.] Id est sine diademate et regiis insignibus. VALES.

11. *Ultra hominem* immo vero infra hominem *efferatus*, ferae bestiae instar furens. W.

Cels. montium petivere secessus.] In codice Regio [et Colb.] *recessus* scribitur. Ceterum hi montes, qui Rom. limitem et Lazicam dirimebant, incipiebant a Rhisaeo opido, quod Rhisuntem vocat Ptolemaeus: in iisque gens libera degebat, nec Romanis nec Lazis obnoxia, ut scribit Procopius in lib. 4. Goth. VALES.

Lazicam.] Lazi Ammiani aetate erant, qui olim Colchi dicti, de quibus vide *Mannert Norden* p. 392. ff. W.

12. *Sidere flagrante brumali.*] Supra XVI, 12. est sidere *urente* brumali, nec de ardore solis cogitandum, sed de igne doloroso, quo frigore rigentia membra afficiuntur. W.

13. *Arinthaeus Comes*] Supra c. 5. est magister peditum. — *Procinctu gemino*, altero, repetito. W.

14. *Incuriosum sui*] qui ut filius regis, totus tamen penderet a Cylace cet. W.

Et Artabanni.] Regius codex *Arabanni* scriptum habet ubique: in principio autem libri 30. *Arrabannis:* [in Mf. Colbert. nunc *Arabanni*, nunc *Arraboni*, et *Arrabannes*.] VALES.

15. *Ni propugnatoris Arinthaei.*] Cum in Reg. codice scriptum esse vidissem, *ne propugnatam;* existimavi integrum locum

haud paullo elegantius ſcribi poſſe hoc modo: *Armenia omnis periſſet impropugnata, ni Arinthaei*, etc. ſic enim loqui ſolet Marcellinus. VALES.

Ut ſibi et Ioviano placuerat.] XXV, 7. W.

16. *Aspacures* Sauromatis *conſobrinus* oravit, ut *ſocia poteſtate* Hiberiam regerent. W.

17. *Armeniis finitima ret. et Lazis.*] Quippe Hiberia media eſt inter Lazos ac Perſas: ab Oriente enim Albaniam habet et Perſas: ab Occaſu autem Colchidem, quae Lazica poſtea dicta eſt, ut ſcribit Procopius in lib. I. Perſic. et Ptolemaeus. Armenia autem Hiberis eſt ad Meridiem. VALES.

18. *Velut obſeratis amicitiae foribus*] nimis quaeſita h. l. translatione. W.

Serenata caeli temperie.] Vir doctus in Miſc. Obſſ. novis T. I. P. 2. p. 14. pro *ſerenata* malit *reſerata;* ita enim eſſe XIV, 10. (adde XXI, 6.) ego vero nolim mutare, eam inprimis ob cauſſam, quod *obſeratae* fores ſtatim praeceſſerunt. De Armeniae fatis cf. omnino XXX, I. 2. W.

AMMIANI MARCELLINI

LIB. XXVIII. C. I.

1. Dum in Oriente *bella rediviva* conſurgunt, ipſam *Urbem aeternam clades* affecerunt *luctuoſae*, non minus graves, quam quae eandem preſſerant *anno ſextodecimo et eo diutius* et quod excurrit, (excurrit autem biennium, Nepotiani morte in annum 350. incidente.) W.

Anno XVI. *et eo diutius poſt Nepotiani exitium.*] Flavius Popillius Nepotianus Eutropiae Conſtantini ſororis filius, cum Magnentium caeſo Conſtante Imperium in Galliis invaſiſſe cerneret, et ipſe tamquam eo dignior Imperium concupivit. Caeſo igitur Urbi Praefecto Coelio Probino, et armata gladiatorum manu Imperator renuntiatus, multos qui Magnentii partibus favebant occidit: adeo ut paſſim domus, fora, viae, templaque cadaveribus complerentur. Sed mox miſſi a Magnentio duces, Heraclida Senatore prodente, factionem eius oppreſſere: caput eius pilo per Urbem circumlatum eſt. Graviſſimae deinde proſcriptiones, et Nobilium qui Nepotiani partibus faviſſe ſuſpecti erant, caedes ſubſecutae ſunt. Nam et Eutropia Nepotiani mater, et Sperantius, et Abuterius, aliique plures capite poenas dederunt, ut ſcribit Athanaſius in Epiſt. Apologetica ad Conſtantium pag. 676. *καὶ ἀποδέχομαί σε σφάξαντα τοὺς ἐν ῥώμῃ γνησίως ἡμᾶς ὑποδεξαμένους, τὴν μακαρίαν σοῦ θείαν τὴν ὡς ἀληθῶς Εὐτροπίαν, καὶ ἀβουτήριον τὸν γνήσιον ἐκεῖνον, καὶ σπειράντιον τὸν πιστότατον, καὶ ἄλλους πολλούς.* Porro id Nepotiani exitium contigit anno Domini 350. Sergio et Nigriniano Coſſ. ex ante diem III. Nonas Iun. usque ad pridie Cal. Iul. ut ſcribit Idatius in Faſtis, et Chronicum Alexandrinum. VALES.

Poſt Nepotiani exitium] Aurelius Vict. Epit. c. 42. *Romae Nepotianus Eutropiae Conſtantini ſororis filius, hortantibus perditis, Auguſti nomen rapit: quem octavo die viceſimoque Magnentius oppreſſit.* LINDENBR. Cf. idem de Caeſar. c. 42. Eutrop. X, 10. (6.) Zoſim. II, 43. W.

Plus exemplis generalibus tam late patentibus et per omnes civium ordines illo tempore dominantibus *nocitura, quam delictis* ipſis et eorum genere. Locus ſimilis eſt XXII, 4. W.

2. *Exquiſite*] fuſius. *Praeſentis temporis* noſtrorum hominum inprimisque principum *modeſtia* ſenſuque humanitatis *fretus* memorabilia tantum *carptim* brevibus *explanabo*, ſimul vero eadem brevitate *(ſuccincte)* priſci alicuius facti memoriam revocabo.

Sed profecto immemor promiſſi, mî Ammiane, ita copioſus longusque fuiſti in aetatis tuae flagitiis proſequendis, ipſumque ex Graeca hiſtoria petitum exemplum doctrinae magis variaeque lectionis oſtentandae cauſa invitum quaſi huc videris traxiſſe. W.

3. *Bello Medico*] Perſico. W.

Obſidentes Miletum molibus magnis] Sic emendavimus certiſſima coniectura: nam corrupte hactenus editum eſſe, *obſidentes militum*, etc. nemo, cui cor ſapit, negabit. LINDENBR.

Caritatibus] coniugibus atque liberis. *Mobili cenſu* facultatibus; XXVI, 8. W.

4. *Hoc argumentum poſtea digeſtum tumore tragico Phrynichus*] Herodotus lib. 6. c. 21. Ἀθηναῖοι μὲν δῆλον ἐποίησαν ὑπεραχθεσθέντες τῇ Μιλήτου ἁλώσει, τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ καὶ δὴ καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν, καὶ διδάξαντι, ἐς δάκρυά τε ἔπεσεν τὸ θέητρον, καὶ ἐζημίωσάν μιν, ὡς ἀναμνήσαντα οἰκήϊα κακὰ, χιλίῃσι δραχμῇσι, καὶ ἐπέταξαν μηκέτι μηδένα χρᾶσθαι τούτῳ τῷ δράματι. Cl. Aelianus Variar. Hiſtor. lib. XIII. cap. 17. Longinus περὶ ὕψους, *Libanius Sophiſta Declamat. 13. p. 404. Declamat. 19. pag. 506.* Tzetzes Chil. VIII. Hiſtor. CLV. LINDENBR. De Phrynicho cf. etiam Aelian. Var. Hiſt. III, 8. et Fabricii Biblioth. Graec. ed. Harleſ. T. II. p. 316. W.

Iucunde] non ſine voluptate. *Cothurnatius* (ſic pro *cothurnarius*, quod nihili eſt, ex cod. Colbert. edidit Hadr. Valeſius, quem vide in praef. p. LVIII.) *procederet ſtylus lacrymoſus* altius ſe efferret, lacrymasque cieret. *Amabilis* ſocia, favore digna. W.

Nullis auctorum adminiculis fulta] *in. aliorum adm.* LINDENBR.

Nullis auctorum admin. fulta] Auctores dicuntur conditores, ſeu coloniae deductores, quos Graeci κτίστας vocant. Quo nomine non ſolum ii cenſentur, qui primi urbem condidere, ſed etiam qui colonis frequentavere. Auctores eo ſenſu dixit Suetonius in Claudio cap. 25. [Octav. c. 98. W.] Solinus cap. x. et Iuſtinus in lib. 21. c. 6. et lib. 23. c. 1. ut Livium Avienumque praeteream. Auctores igitur hoc in loco ſunt Athenienſes, qui coloniam in Aſiae eam partem miſerunt, quae Ionia dicitur. VALES.

Miletumque relegatus eſt.] Haec verba abſunt a codice Regio, *et Tol.* [et Colb.] et Vaticano: recte, ut equidem cenſeo. Neque enim Phrynichus propter illam tragoediam ab Athenienſibus relegatus eſt, ſed mille drachmis tantummodo multatus, ut ſcribit Herodotus in lib. 6. c. 21. et Calliſthenes apud Strabonem in lib. 14. p. 635. Almel. aliique plures. Cum autem duo fuerint Phrynichi Athenienſes tragici, alter Polyphradmonis filius, Theſpidis diſcipulus, alter filius Melanthae: hic qui Mileti haloſim dedit, Melanthae filius dicitur a Scholiaſte Ariſtophanis in Veſpas: cui ſubſcribit Aelianus in lib. 13. c. 17. In Editione etiam Auguſtana legitur, *Miletum relegatus eſt.* Sed non dubito quin haec verba tum Accurſius, tum Gelenius ex coniectura addiderint, ut ſequentia cum antecedentibus cohaererent: ſequitur enim narratio de conditu Mileti, cuius urbis nullam antea mentionem factam videbant. Etenim ubi legitur, *obſidentes Miletum molibus magnis,* utriusque Editio perperam ſcriptum habebat, *obſid. militum, etc.* VALES.

Erat enim Athenienſium colonia Miletus] v. Rambach. de Mileto p. 6. 12. et omnino Herodotum 6, 21. Fortaſſe, niſi tota periodus inde a verbis: *erat enim,* ultima ſaltem: *qui fertur pro patria bello ſe Dorico devoviſſe,* gloſſatoris ſunt. W.

Deducta inter Ionas alios per Nileum.] Poſt mortem Codri Regis Athenienſium, inter filios eius Medontem ac Nileum, qui ceteros fratres aetate anteibant, de regno orta contentio eſt. Permiſſa oraculo Delphico controverſia, Apollo Medonti regnum adiudicavit. At Nileus fratri utpote claudo parere dedignatus, collecta Athenienſium iuventute, cum reliquis fratribus aliisque ex Graecia adiunctis comitibus, in Aſiam profectus eſt, et pulſis Caribus ipſe Miletum; ceteri alias in Ionia urbes condidere: ut ſcribit Pauſanias in Achaïcis c. 2. Strabo in lib. 14. init. Aelianus in lib. 8. c. 5. Variae Hiſt. Conon in Narrat. 2. apud Photium, Tertullianus de Pallio, aliique. Contigit autem haec Ionica migratio annis 140. poſt excidium Troiae, teſte Ariſtarcho, et Eratoſthene atque Porphyrio. Ceterum Nileus recte ſcribitur. Nam et Herodotus in 9. c. 97. et Marmora Arundelliana, et Pauſanias in Achaïcis, et Suidas νειλεὺς appellant. VALES.

5. *Maximinus regens quondam*] a. 366. Corſini p. 237. *Romae Vicariam Praefecturam, apud Sopianas,* ubi nunc eſt *Fünfkirchen.* Mannert Germanien S. 760. *oppidum Valeriae,* quae pars erat Pannoniae, v. 19, 11. W.

Apud Sopianas.] Sic etiam in Itinerario Antonini hoc opidum nominatur: in codice tamen Regio, *et Toloſ.* et in Auguſtana Editione ſcriptum reperi *apud Sopianum,* [in Colbert. Mſ. *Sopianus.*] VALES. Citat hunc locum Hieronym. Surita in notis ad Itinerarium Auguſt. ubi occurrunt itinera *a Sopianis Acincum,* item *a Sopianis Bregetionem.* Iuretus vero ad Symmachum x, 2. epiſt. allegat *Sopianos,* ubi etiam corrigebat *tabulario.* GRON.

Patre tubulario Praeſidialis officii] Mſ. hic nihil variat, legendum tamen videtur, *patre tabulario Praeſ. off.* De Tabulariis exitat Tit. C. Theod. lib. VIII. et Iuſt. lib. x. aliaeque alibi Conſtitutiones non paucae; ex quibus patet conditionales eos fuiſſe, et huic actui ita mancipatos, ne facile ad aliam militiam aſpirare potuerint. Ergo Maximinum hunc obſcuriſſime natum, utpote patre tabulario, recte Ammian. ſcribit. Obſcuri enim revera hi cenſebantur, id eſt, ſtatus fere ſervilis, (L. fin. C. de ſer. reip. man.) donec Arcadii et Honorii Impp. ſanctione non niſi liberi homines ad hoc officium admiſſi, L. 3. C. Theodoſ. de tabular. logogr. LINDENBR.

Tabulario Praeſidialis officii.] Ita diſtincte ſcriptum eſt in Regio exemplari. Tabularius autem Praeſidialis officii is eſt, qui tabulas publicas civitatum, et rei tributariae rationes tractat. Hi cum antea Numerarii dicerentur, Valens legem tulit, ut poſthac Tabularii dicerentur lege 9. Cod. Th. de Numerariis. Nec multo poſt Theodoſius duos in ſingulis provinciis Tabularios collocari praecepit, quorum ad alterum fiſcalis arcae ratiocinia, ad alterum largitionales tituli pertinerent, lege 12. eodem tit. lege 30. de Suſceptoribus. Unde in Notitia Occidentalis Imperii, inter Officiales Conſularium, Correctorum et Praeſidum Tabularii duo pro Numerario recenſentur. Videntur tamen Tabularii civitatum et

provinciarum distincti fuisse a Tabulariis Praesidum: et ad eos spectat titulus in Cod. Th. de Tabulariis, et lex 1. de exaction. et Gesta purgationis Caeciliani, et Vetus inscriptio: *Tabularius. Lusitaniae. et Vettoniae.* VALES.

Praesidialis officii] Sic *Praesidialis apparitor* lib. XVII. c. 3. In Cod. Theod. tamen una littera minus, nempe *Praesidale officium* vocatur; L. 2. de venat. ferar. L. 6. de fil. milit. L. 2. de veteran. LINDENBR.

Carporum, quos antiquis excitos sedibus Dioclet. transtulit.] Eutropius lib. IX. c. 25 [ubi vid. Tzschuckius p. 726. W.] *Varia deinceps et simul et viritim bella gesserunt, Carpis et Basternis subactis, Sarmatis victis, quarum nationum ingentes captivorum copias in Romanis finibus locaverunt.* * Iordanes de rebus Geticis p. 79. * LINDENBR. *Carpi* gens Germanorum, cf. Mannert p. 492. W.

6 *Rexit deinde Tusciam.*] Maximinus Corrector Tusciae fuit Gratiano Nob. puero, et Dagalaïpho Coss. qui erat annus sextus decimus post exitium Nepotiani. Id docet subscriptio legis 8. de accusationibus in Codice Theod. VALES. Reinesius: „v. Iureti not ad Symmachum x, 1. Perperam Glandorp vocat Maximianum. — Ad Maximinum Correct. Tusciae est l. 8. Cod. Theod. de accus. et insc. Gratiano et Dagalio Coss Hinc emendanda est inscriptio l. 3. Cod. Theod. de anno civili et pane gradili ad Maximum Praef. Annonae A. 365. Coss. Valentiniano et Val. AA. it. l. 4. de suscept. etc." W.

7. *Adusque sublimia regimenta.*] Deest *venturum*, aut quid simile. VALES. At id nequaquam est Valesii, sed Iureti ex notis eius modo advocatis ad Symmach. lib. 10. epist. 2. Sed quamvis ita furtim raptum, tamen nullius momenti esse existimo, et ideo rursus delevi, quum Hadrianus sustinuisset id uncis inclusum inserere contextui. Nam *effata* dicens intelligit praedictiones de fortunarum eius gradibus, et quidem *adusque sublimia regimenta*, ubi nihil deest, nec desiderari potest. GRON.

Adusque sublimia regimenta] Valesius addendum putat *venturum* vel simile quid. Recte: quam enim contradicendi pruritu Gronovius ex voce *effata*, id est praedictiones, elicere connexionem posse sibi videbatur, ea nimis contorta videtur. *Regimenta* cf. XXV, 9. W.

Gnarum eliciendi animulas noxias et praesagia sollicitare larvarum] peritum manes evocandi mortuorum, quibus vel ad nocendum aliis, vel ad praenoscenda futura uterentur. W.

8 *Chilo ex Vicario.*] Chilo Vicarius Africae dicitur in lege 4. Cod. Th. de excusat. artif. Gratiano III. et Equitio Coss. sed mendosa est inscriptio, ut innumeris in locis Codicis Th. scribendumque est, *Chiloni Proconsuli Africae*, ut patet ex inscriptione legis 7. Cod. Th. de praediis navicular. VALES.

Apud Olybrium ea temp. Urbi Praef.] Praetextato Praefecto Urbi successit Olybrius, qui Praefecturam urbanam iniit Valentiniano II. et Valente II. Coss. ut ex Codice Theod. recte Onuphrius adnotavit in Fastis: hic annus erat XVIII. ab exitio Nepotiani. Quare in principio huius libri non recte videtur scribi: *Anno* XVI. *et eo diutius post Nepotiani exitium, saeviens per urbem aeternam urebat cuncta Bellona, etc.* VALES.

Olybrium, Urbi Praefectum] a. 368. vide Corfini p. 245. ff. Reinefius: „A. V. 365. Valent. et Val. A. A. l. un. Cod. Theod. de mancipiis thermar." W.

Organarius Sericus.] Gloffar. Ὀργανάριος, *Organarius*, *Fiftularius.* Item: Ὑδραύλης, *organarius.* Ὑδραυλὶς, *organum.* Iuvenal. Satyr. 6. v. 380. *Organa femper in manibus.* Iul. Firmic. Mathef. lib. III. cap. 14. *Ingeniofos, muficos, vel organarios faciet.* LINDENBR. *Organarius* organi hydraulici ftructor. W.

9. Negotio *tepefcente,* cum lentius cauffa ageretur. W.

Praefect. mand. annonae.] Hieronymus in Chronico ad annum Chrifti 371. fic adnotat: *Maximinus Praefectus annonae maleficos ab Imp. inveftigare iuffus, plurimos Romae Nobilium occidit.* Sed annus perperam affignatur. Eo enim anno 371. quo Gratianus iterum Conful fuit cum Probo, Olybrius Praefectura urb. decefferat, et ab exitio Nepotiani annus is quem ponit Hieronymus, eft vicefimus primus, quod a Marcellini noftri epocha longius difcedit. Fuit igitur Maximinus Praef. annonae anno Dom. 368. Valentiniano II. et Valente II. Coff. ut colligo ex Codice Th. de annonis civicis, ubi Maximus dicitur perinde ac a D. Hieronymo et Rufino. VALES.

10. *Pectori crudo affixam*] Haud defiderares, fi abeffet. W.

Ut faepe faciunt amphitheatr. ferae.] Ferae illae quae ad voluptates pop. Rom. ex omni orbe terrarum conquirebantur, faepe ex caveis elapfae, in media civitate horrendas ftrages edebant, ut teftatur Tertullianus in lib. ad Martyras: *Quoties ferae et in filvis fuis, et in mediis civitatibus elapfae caveis, homines devoraverunt?* Libanius quoque in Encomio Dianae, quod eft in tomo I. poftquam Dianae id munus ac beneficium effe dixit, quod ferae fe in filvis continent, nec in urbes et villas incurrunt, ut homines lacerent, fubdit (Reisk. I. p. 228.): *Quis enim earum impetum ferre poffet, quandoquidem fi forte quaedam ex illis beftiis, quae in vivariis diu maceratae funt, elapfa e cavea per civitatem difcurrere coepit, folo adfpectu terrorem iniicit: continuo fibi quisque perfugium quaerit, ianuae clauduntur, etc.* ὅπου γε, ἢν ἔν τι τῶν τοιούτων δὴ τῶν ἐν τοῖς ζωγρείοις τεταλαιπωρημένων ὑπερβὰν τὸ ἕρκίον θέῃ διὰ τῆς πόλεως, βλέμματι μόνω ταράττει, etc. *Quibus adde haec Plinii in libri 36. capite 5. de Praxitele quodam fculptore: *Accidit ei, cum in Navalibus, ubi ferae Africanae erant, per caveam intuens leonem caelaret, ut ex alia cavea panthera erumperet, non levi periculo diligentiffimi artificis.* Adiungenda funt et verba Chryfoftomi ex Homilia XXIX. in Matthaeum fub finem: καθάπερ θηρία χαλεπὰ ἀπὸ γαλεάγρας φυγόντα τὰς πόλεις θορυβοῦσιν: et in Homilia LX. ubi huiusmodi vivaria, ubi beftiae caveis inclufae fervabantur, remota fuiffe dicit a Curia, et a Praetorio ac Palatio, ne forte beftiis erumpentibus periculum his in locis cuiquam crearetur. Cuius rei illuftre habes exemplum in libro 16. Hiftoriae Mifcellae ad annum 23. Iuftiniani Aug. *Menfe Martio exfiluit elephas e ftabulo noctu, et interfecit multos, alios vero debilitavit.** VALES.

Diffractis tand. folutae pofticis.] Pofticae funt portae amphitheatri, per quas ferae intromittebantur in arenam. Nam cum de amphitheatralibus feris loquatur hic Marcellinus, aliae pofticae intelligi nequeunt. *De his pofticis fit mentio in Actis Martyrii

Tarachi, Probi, et Andronici: *Praeses confusus et ira excandescens, mandat suis leaenam provocare: quae magno rugitu posticam aggreditur, et transiit. Clamat populus timens magna voce: Aperiatur: et sic postica destructa est.* Ita quidem edidit Rosweidus. Sed in Ml. codice ita scriptum inveni: *Quae provocata, cum magno rugitu posticam confregit: ut omnis populus cum timore clamaret: Aperiatur leaenae.** VALES. Vid. Salmas. ad Vopisci Probum c. 19. p. 675. W.

Multiformiter] variis modis. *quasi in proludiis*, quibus poetae scenici actores fabulas personasque recte agere docebant. W.

Artificibus] Mallem *artificiis*. W.

Supra plantam ut dicitur evagatus.] Proverbialis locutio est, quae unde initium sumpserit, docet Valerius Max. in lib. 8. cap. 13. *Mirifice*, ait, *et ille artifex, qui in opere suo moneri se a sutore de crepida et ansulis passus, de crure etiam disputare incipientem supra plantam ascendere vetuit.* [Hoc Apellis pictoris verbum, *Ne supra crepidam sutor iudicaret*, in proverbium venit: ut ait Plinius in lib. 35. cap. 10.] Similis iocus Stratonici citharoedi refertur ab Athenaeo, qui sutori cuidam secum de Musica disputanti, minime audiendum eum esse dixit, quippe qui supra plantam ascenderet: οὐ προσέχειν αὐτῷ ἔφη, εἴ τι ἀνώτερον τοῦ σφυροῦ λέγοι. Hoc autem adagio utitur Epictetus in Enchiridio cap. 61. ὑπὲρ πόδα ὑπερβῇς: et Lucianus in Dialogo pro imaginibus: ταῦτά σοι ἔκμετρα ἔδοξε καὶ ὑπὲρ τὸν πόδα. Quamquam eo loci proverbium ductum videtur ex calceis tragicorum, qui actoris pedem longe superabant: quod indicat ipse Lucianus in eiusdem Dialogi principio: μηδὲ ὑπὲρ τὸν πόδα ἔστω τὸ ὑπόδημα, et eo sensu dixit Horatius Epist. 1, 7, 98.

Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est. VALES.

Tartareus cognitor] iudex crudelissimus. W.

11. *Uno proloquio.*] Lib. XXIX. c. 1. *Sub uno proloquio cunctos iubet occidi. Proloquium*, ἀπόφασις. Rufinus 2. Antiq. cap. 9. *Secundum Dei proloquium.* Iosephus: κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόῤῥησιν. LINDENBR. Uno elogio XIV, 7. ubi vide. W.

Arroganti proposito.] In Ms. Regio legitur *arrogat*: in Editione Augustana [et in Ms. Colbert.] *arrogant*. Scribe, *quas arroganter propos. etc.* *Tamen ita loquitur libri 18. initio.* VALES.

Arroganter principali dignitate abusus, impotenter, *proposito* legi (sic propositum legis 15, 7. 27, 9.) *maiestatis imminutae miscebat*, i. e. omnes eiusmodi causas lege maiestatis comprehendi iussit. W.

Iuris prisci iustitia] priscae leges. W.

Divorumque arbitria.] Id est, Imperialia constituta. *Vel certe eodem sensu dictum, ut *caeleste arbitrium* in L. 2. Cod. Theod. de Fid. Cathol. Caelestes vero et Divos se Imperatores appellasse protritum est.* Sic *divale praeceptum*, L. 6. C. Theod. de domest. et protect. *Divalia statuta*, L. 5. C. Theod. de numer. actuar. *Divalis sanctio*, Novell. Theod. XIX. LINDENBR.

Quaestionibus exemere cruentis.] Excepta tormentis sunt corpora honoribus praeditorum, praeter illa videlicet crimina, quae Legibus demonstrantur, id est, maleficii et maiestatis laesae. L. 7. C. de malef. L. 11. C. Theod. de quaestionib. cuius pars relata

eſt in Cod. Iuſtin. L. 16. Tit. eod. De Honoratorum privilegio hic exſtat locus Aur. Prudentii in Romano Martyr. v. 108. ſſ.

Incenſus his Aſclepiades, iuſſerat
Eviſcerandum corpus equuleo eminus
Pendere, et uncis vinculisque *creſcere.* (* *iſ. ungulisque* *)
Apparitores ſed furenti ſuggerunt
Illum vetuſta nobilem proſapia,
Meritisque multis eſſe primum civium.
Iubet amoveri noxialem ſtipitem,
Plebeia clarum poena ne damnet virum. LINDENBR.

12. Utque duplici et maiore poteſtate Romae eo plures inferre aerumnas poſſet Maximinus, *aegre diſpoſitus* iuſſus *pro Praefectis,* ob valetudinem enim Olybrii praeter Praefecturam annonae, ad quam quaeſtiones exercendae nihil pertinebant, Praefectura etiam urbana fuerat commiſſa, additus ei eſt *Leo* tum *Notarius,* poſtea *Officiorum Magiſter* 30, 2. 5. W.

Buſtuarium quemdam latronem.] Buſtuarius quidem gladiator quis ſit, ex Cicerone in Piſonem c. 9. et ex Servio Grammatico didici: qui ſcilicet in nobilium virorum funere dimicabat. Sed buſtuarius latro is eſt, qui a Graecis *τυμβωρύχος* dicitur, id eſt ſepulcrorum effoſſor; quos Latini veſpillones uno verbo appellant, ut in lege 31. D. de evictionibus, et in lege 71. D. de ſolutionibus, et Antidamus Heracleopolites apud Fulgentium Planciadem de verbis antiquis. Poſtremo in Gloſſis veteribus, *τυμβωρύχος, ſepulcri violator, viſpiliator.* VALES. Ammiano eſt i. q. paullo ante tartareus et XXIX, 9. funereus. W.

Efflantem ferino rictu crudelitatem] Satis poetice elatum, ſed ſatis inepte, nimisque graviter. W.

13. *Litterarum cum amp. dign. dulcedo.*] Litterae ſunt codicilli Vicariae Praefecturae, quos Valentinianus Maximino Praefecto Annonae miſerat. Hos *πινακίδας* Graeci vocant: ſic enim Themiſtius in Orat. 17. *καὶ οὐ πρόκειται νῦν ἀρχῶν ἀγορὰ*, etc. *ἀλλὰ τὸ ἀρχαῖον τίμημα ἐπανελήλυθε τῇ δικαιοσύνῃ καὶ ἐμπειρίᾳ. κἂν τοῦτο εὑρίσκηταί τις κεκτημένος, οὐ δεήσεται τοῦ προσαιτεῖν πινακίδας*, etc. *Non iam amplius magiſtratuum mercatus proponitur: ſed iuſtitiae, ac prudentiae priſtinus honos rediit: et ſi quis his dotibus praeditus reperiatur, non opus erit ut codicillos emendicet.* Gloſſae veteres, *πινακὶς βασιλικὴ, codicillus.* Idem in Orat. 4. *σφυρηλάτους δέλτους* vocat codicillos auratos: Iſidorus Peluſiota in Epiſt. 5. libri 2. *δέλτους ἐξ ἐλεφάντων* vocat, id eſt codicillos eburneos. At Libanius *γραμματεῖα* appellat in Orat. Conſulari ad Iulianum (Reisk. 1. p. 395.) *καὶ γὰρ ἡγεῖται ἄτοπον, εἰ τὰ μὲν γραμματεῖα τοῖς ἄρξουσιν αὐτὸς ἐγχειριεῖ*, etc. *Abſurdum enim iudicat, ſi cum codicillos ipſe manu ſua tradat iis qui provincias recturi ſunt,* etc. et in Epiſtola 767. ad Tatianum Praefectum Praet. ubi docet moris fuiſſe, ut Praefecti Praet. Imperatoribus inſinuarent eos, qui provincias recturi erant, Imperatores vero iisdem codicillos darent: *βασιλέως μὲν γὰρ τὸ δοῦναι τὸ γραμματεῖον· σὺ δ᾽ ὃν λαβεῖν ἄξιον διδάσκεις.* Cum codicillis autem mittebantur inſignia: unde inſignia pro codicillis ſumuntur in lib. 25. c. 8. §. 11. et apud Themiſtium in Orat. 16. initio. et in Zoſimi lib. 4. et in Scholiis in Gregorii Philipp. 1. *τὰ τῶν ἀρχῶν σύμβολα* pro codicillis uſurpantur. *Chryſoſtomus in

Homilia 11. de verbis Esaiae: καθάπερ γὰρ οἱ Βασιλεῖς τοῖς ἑαυτῶν ὑπάρχοις χρυσᾶς ὀρέγουσι δέλτους, σύμβολον τῆς ἀρχῆς. Ex quo loco discimus, symbola magistratuum nihil aliud fuisse quam Imperatoris codicillos, sed eos diversos fuisse pro diversitate magistratuum. Nam codicilli quidem delatae Praefecturae erant aurei; reliquorum vero magistratuum eburnei: ut supra vidimus ex Isidoro Pelusiota.* VALES.

Pedes huc et illuc exsultando contorquens (trippelnd). W.

Inter altaria celsius gradientes Brachmanas.] Philostratus in lib. 3. de vita Apollonii cap. 4. ait Brachmanas duobus interdum cubitis supra terram elatos celsius gradi, idque non praestigiarum aut ludicrae ostentationis causa, sed ut Solis cui devoti sunt, cursum ea ratione imitentur: μετεωροποροῦντας δὲ ἰδεῖν τοὺς Βραχμᾶνάς φησιν ἀπὸ τῆς γῆς ἐς πήχεις δύο, οὐ θαυματοποιΐας ἕνεκεν, ἀλλ' ὅπως τῷ ἡλίῳ συναποβαίνοντες τῆς γῆς δρῶσιν, ὡς πρόσφορα τῷ θεῷ πράττοντες. Brachmanas autem Solis cultui mancipatos fuisse, docet Hierocles apud Stephanum Byzantium, et generaliter gens Indorum omnis Solem colit. Mane enim e lecto surgentes Indi ad orientem Solem conversi, saltatione quadam Deum salutant, Solis cursum et choream imitantes: idemque faciunt vesperi, cum cubitum eunt, ut refert Lucianus de saltatione. VALES.

14. *Hispanillae cuiusdam artibus pravis adfectasse coniugium.*] De his, qui magico susurramine pudicos ad libidinem animos deflectunt, exstat L. 4. C. de malef. et math. LINDENBR.

Transeunter] leviter et ὡς ἐν παρόδῳ (peragranter eodem significatu 14, 1.) *iudiciorum fide discussa* veritate examinata. W.

15. Addit quaedam Ammianus, ut excuset sese iis, qui nec temporum rationem atque ordinem eum servasse ubique multaque omisisse fortasse dicturi sint. Sed non id consilium sibi fuisse ait, ut *per squalidas* infimae conditionis *personas* omnes *transiret*, neque ex ipsis *tabulariis* veram causarum rationem haurire licuisse, ubi *iustitium magis* quam *iudicium*. Lusus verborum: non tam iudicia ipsa timebantur, quam neglectus omnis legibus praescriptae iudicandi normae, ubi indicta caussa homines damnabantur. W.

16. *Cethegus Senator adulterii reus delatus cervice periit abscissa.*] Constantini Imp. ad Evagrium Constitutio: *Sacrilegos nuptiarum corruptores gladio puniri iubet.* L. 30. C. ad L. Iul. de adulter. Cuius Legis plenior explicatio iam a multis tradita est. LINDENBR.

**Alypius nob. adulescens ob levem relegatus errorem.*] Hic videtur esse frater Q. Hermogeniani Olybrii, de quo duae sunt inscriptiones a Baronio relatae ad annum Christi 395. FALTONIUS. ALYPIUS. V. C. PRAEF. URBI. dicitur sub Theodosio Aug.* VALES.

Deversoria tenebrarum] tenebricosos carceres. W.

17. *Hymetii.*] Videtur is esse, qui vicarius Urbis fuerat Mamertino et Nevitta Coss. ad quem exstat lex 29. Cod. Th. de appellationibus. Erat autem frater Toxotii, patruus Eustochii virginis: ut colligitur ex Epistola D. Hieronymi ad Laetam de institutione filiae. Memoratur etiam a S. Basilio in Ep. 330. quidam eiusdem nominis ὑμήτιος. VALES.

Hymetius, Africae Proconsul] Reinesius: Est in titulo l. 29. Cod. Theod. de appellat. Hymettius Vicarius *Urbis*, cum fuerit Vicar. *Africae*, post ad Proconsulatum promotus. W.

Cum Africam Proconsul regeret.] Ita nuper dederunt Parisienses ex imperio Hadriani, non Henrici, non Lindenbrogii, non aliorum superiore aetate, qui *proconsule* habent, ut citat quoque Ia. Gothofredus ad librum XIII. Cod. Theod. tit. 5. de Navicu-lariis. Non potuit esse dubium, quos sequerer. GRON.

Ex horreis Rom. populo destinatis.] Olim Aegyptiae et Africanae messes populum Rom. pascebant. Ac de Aegypto quidem id testatur Statius in Silvis, et Plinius in Panegyrico: de Africa autem praeter ceteros Claudianus de bello Gildonico, ubi Romam sic loquentem inducit v. 52.

Tot mihi pro meritis Libyam Nilumque dedere,
Ut dominam plebem, bellatoremque Senatum
Classibus aestivis alerent.

Sed postquam Constantinus Imperium Rom. divisit, et urbem nominis sui aemulam Romae condidit, Aegyptus quidem Orientali Imperio cessit, ad plebem Constantinop. alendam: Africa vero Romano populo relicta est, ut ibidem Claudianus notat: cui subscribit Eunapius in Aedesii vita, et Descriptio veteris orbis a Iac. Gothofredo edita. Hinc in Oriente quidem erat Praefectus annonae Alexandrinae sub dispositione Praefecti Praet. Orientis: cuius mentio fit in lege 3. Cod. Theod. de Susceptoribus. At in Occidente erat Praefectus annonae Africanae sub dispositione Praefecti Praet. Italiae et Africae; ut docet Notitia Imperii Romani. Ille Alexandriae; hic Carthagine residebat, et officium habebat: ut patet ex lege 13. Cod. Theod. de annona et tributis, lege 8. de exactionibus, lege 12. de Naviculariis. *Prudentius in libro 2. contra Symmachum, Siciliam et Sardiniam quotannis Romanos alere missa classe consuevisse scribit.* VALES.

Ex horreis Romano populo destinatis.] Passim enim per stationes horrea erant, in quae annona deferebatur, Romam deportanda, iisque praepositi Praefecti annonae, qui erant sub dispositione Praeff. Praetorio. Cf. l. 16. Cod. Theod. de susceptoribus, et l. 49. de Decurion. Wesseling. ad Itiner. p. 31. et 52. W.

18. *Denis modiis singulis solidis venumdatis.*] Sic Iulianus Antiochensibus in illa annonae paenuria, cum denos modios singulis aureis seu solidis vendi videret, ipse ex fiscali tritico quinos denos modios unico solido vendidit, ut ipse dicit in Misopogone. Apparet igitur caritatem annonae fuisse non mediocrem, cum modii Romani decem solido vaenibant. Postea Valentinianus legem tulit, ut modii duodecim non pluris solido venumdarentur, si Suidae credendum est. Is enim in v. Μανὰμ sic scribit: ἐνομοθέτησεν Οὐαλεντινιανὸς πιπράσκεσθαι τὸν σῖτον μοδίους δώδεκα τῷ νομίσματι μηδενὸς ἀντιλέγοντος. VALES.

Denis modiis singulis solidis indigentibus venumdatis (iniucundae ad aures tot voces in is desinentes) de modiis et solidis, (al. aureis) vide quae notavimus ad 25, 8. W.

Interpretii compendium ad Princip. aerarium misit.] Vulg. *Integrum comp.* Sic nempe corruperant locum hunc, qui vocem, quam nunc Ammiano ex Mſ. Flor. restituimus, non intellexerunt. Vetus Gloss. interpretatur, *Interpretium*, παράλληλον. Quo sensu

Cassiodorus Var. lib. II. Epist. XXVI. *Magnificentiam tuam, negotiatorum Apuliae sive Calabriae supplicatione permoti, duximus instruendam, ut ob frumenta quae per supradictos negotiatores publico comparantur, non iterum ab iisdem interpretii nomine solidorum quantitas exigatur.* Novella Valentin. XV. *Centum millia aequi ponderis portionem de interpretiis iuxta priora constituta praebeant.* Artemius Episc. ad numerarios fisci Barcinonens. in Collection. Concil. Hispan. pag. 250. *Pro inevitabilibus damnis, vel interpretiis specierum, Siliquas* IV. Ita *interpraemium* in veteri Lege Saxon. Tit. XIV. LINDENBR.

Interpretii compendium.] Cum Hymetius denos modios singulis solidis vendidisset, sequente anno ex illa pecunia quam ex frumenti publici venditione collegerat, triticum emit et cum ubertas segetum provenisset, qui priore anno decem modios solido vendiderat, triginta modios uno aureo comparavit. Ac horreis quidem populi Romani totidem modios quot ante messem inde abstraxerat, fideliter restituit: interpretium autem (id erat XX. modii in solidum ad Principis aerarium misit. Interpretium recte in Glossis παράλληλον explicatur: sed τίμημα suppleri debet. Interpretium enim dici non potest nisi habita ratione ad alterum pretium. Atque ut breviter definiam, interpretium est lucrum inter emptum ac venditum. Ut si quod pretio unius aurei emptum est, illud postea duobus aureis vendidero, interpretium erit unus aureus: aut quemadmodum in hac specie, si cum modios X. solido uno vendiderim, postea uno solido triginta modios comparavero, interpretii lucrum erunt duo trientes unius solidi, seu XX. modii. Proprie tamen interpretium nihil aliud significat quam duorum temporum pretium, vel duplex pretium: et tam pro damno quam lucro accipi potest. Sic Artemius Episcopus pro dispendio sumit in eo loco quem Lindenbrogius adduxit. Nempe interdum accidit, ut quod certo pretio emeris, postea minoris vendere cogaris: et tunc interpretium non lucrum, sed dispendium habet. Hinc Marcellinus noster hoc in loco non simpliciter interpretium dixit, sed *interpretii compendium:* incrementa dicuntur in lege I. Cod. Th. de frumento urbis Const. At Cuiacius in lib. 16. Observ. cap. 4. interpretium ait esse pretium pretii, nimis obscure. VALES. Cf. Salmas. Exercitatt. Plin. p. m. 708. W.

Ad Principis aerarium.] Id est ad arcam Praefecturae Praetorianae: hic enim titulus annonarius ad arcam Praefectorum pertinebat, qui annonam curabant, ut ad libros superiores adnotatum est. Hinc apud Cassiodorum Epistola 26. lib. 2.* quae est de interpretiis annonariarum specierum, ad Praefectum Praet. missa est. Cave igitur, ne aerarium hic privatum aut sacrum intelligas. VALES.

Per nundinationem] lucelli faciendi occasionem (Schachern, Mäkeln). cf. 31, 5. — *Parum* i. e. minus, uti 17, 4. W.

19. *Ob prava quaedam implenda* maleficii causa *ad sacrificandum* exta inspicienda. W.

20 *Commonitorium repertum est. manu inscriptum Hymetii.*] Infra §. 53. *Commonitorium cum Augusti litteris tradidit.* Glossarium Cyrilli Episc. Κομμονιτόριον ἐπιστολὴ ἐπεσταλμένη εἰς χώρας. L. 10. C. Theod. de curios. *Commonitoriis competentibus atque mandatis instructi.* L. 2. C. Theod. Si cert. pet. *Solo*

commonitorio de ſuffragio nititur. *Vid. Epiſt. Leonis PP. Cod. Can. pag. 369. in octavo. Hieronymus Epiſt. ad Celantiam: *Quaſi ad compendioſum quoddam commonitorium illa tibi Evangelii eligenda ſententia eſt, et ſuperſcribenda cordi tuo, qua ad totius iuſtitiae breviarium domini ore profertur.** Zonar. in Concil. Carthag. Can. 101. ἔγγραφον ἐνταλτήριον δεδώκασιν εἰς ὑπόμνησιν, ὡς ἔμελλον πρὸς τὸν βασιλέα εἰπεῖν, ὃ κομμονιτώριον ὠνόμασαν. Idem in Synod. Carthag. can. 1. pag. 386. τὸ κομμονιτώριον, ἤγουν τὸ ἔγγραφον ὑπομνημάτων πραχθέντων καὶ λαληθέντων — ἢ κομμονιτώριον τὴν ἐντολὴν τοῦ πάπα. Φησὶ δὲ ἧς ἐνετείλατο ἐγγράφως τίνα ὤφειλεν ζητηθῆναι. *Commonitorium, ſeu ſcriptis mandatus commentarius eorum quae facta et dicta ſunt: vel commonitorium, Papae mandatum, per quod in ſcriptis mandaverat, quaenam quaeri deberent.* *Vide Suidam et Nomicum Gloſſarium in Κομμονιτώριον. LINDENBR.

Commonitorium] Ammianea aetate eſt libellus, quem nos hodie memorialem (Pro Memoria) dicere ſolemus. vide et Symmachum 5, 21. W.

Ut obſecrata ritu ſacrorum ſol. numina Imp. deleniret.] Sic primus edidit Gelenius. At in Auguſtana Editione locus legitur hoc modo: *Ut obſecratores ſacrorum ſol. numina erga ſe Imp. delinirent.* Neque aliter in Regio codice, niſi quod in eo ſic habetur, *ut obſecrationibus agrorum ſol.* etc. et ſuperſcriptum eſt ex coniectura *delinirentur.* [In Mſ. Colbert. *ut obſecratoribus agrorum ſol. numina,* etc.] Mihi ſic ſcribendus hic locus videbatur: *Ut obſecrato ritu ſacrorum ſollemnium numine erga ſe Imperatores* (Valentinianum et Gratianum ſcilicet) *deleniret:* vel ſane, *ut obſecrata ritu ſacr. ſol. numina erga ſe Imperatores delenirent.* Commonitorium enim illud Hymetii nihil aliud erat quam concepta precatio, quam ad Amantium Haruſpicem miſerat, cum brevi monito eorum quae in illo ſacrificio obſervari volebat. VALES.

Ut obſecrata invocata, implorata *ritu ſacrorum ſollemnium* ſacris factis *numina* Imperatorum in ſe animos mitigarent. W.

In extima parte quaedam invectiva legebantur in Principem.] Propter ſimilem in epiſtola quadam invectivam etiam Felix Diacon. in periculum capitis venit; de quo Optat. Milevit. lib. 2. LINDENBR.

21. *Aſperius interpretantium*] maligne in maius augentium. W.

Et quia Frontinus Conſiliarius antedicti.] Vulg. libb. *Conſutarius antedicti.* Quae perverſa ſcriptura varie viros doctos torſit, variasque partim vero ſimiles, partim abſurdiſſimas emendationes extorſit; quorum interpretationes, ne errores ſimul repetam, tacere malo. Solebant autem Praeſides provinciarum, Proconſules, vice ſacra iudicantes, aliique in publicis adminiſtrationibus conſtituti, adſeſſores habere viros prudentia atque eruditione inſignes, quorum conſiliis in rebus arduis iuvarentur: ut ex Cod. Iuſtin. lib. 1. Tit. 11. *De adſeſſoribus domeſt. et cancell.* conſtat. *Tertull. ad Scapul. cap. 4. *Aſper* (Praeſes) *profeſſus inter advocatos et adſeſſores, dolere ſe incidiſſe in hanc cauſam.** Gregorius Thaumaturg. Epiſcop. Neocaeſar. in Panegyr. ad Origen. Κηδεστήν μου ἄνδρα ἀδελφῆς ἐμῆς, ὁ τότε ἄρχων τῶν Παλαιστίνων.

τοῦτον παραλαβὼν ἐξαίφνης ἄκοντα μόνον, κεχωρισμένον τῆς ὁμοκοίτου, ἤγαγεν ἐνταῦθα, συνεπιβοηθήσοντα καὶ κοινωνήσοντα τῶν τοῦ ἔθνους ἄρχοντος πόνων. Νομικὸς γάρ τις ἦν, καὶ ἔστιν ἴσως ἔτι.* In Oratione Ciceron. pro Quintio c. 10. 15. *C. Aquilius Gallus Iudex L. Lucullum, L. Quintilium, et M. Marcellum, tres Iurisperitos, in consilium adhibuerat.* * Sic Paulus et Ulpianus Papiniano, et Sallustio PR. Phosphorius, Maximinoque P. PR. Simplicius, Romano Com. per Africam Caecilius, a consiliis fuerunt. Spartianus in Pescenn. Ammianus libb. xxv. et xxviii. Sic ergo hic quoque Hymetio Africam Proconsule regenti consiliarius fuit Frontinus. LINDENBR.

Frontinus Consiliarius.] Laudanda est Lindenbrogii coniectura, qui primus hunc locum recte emendavit, cum in antiquis Editionibus, adeoque in MSS. omnibus *Consutarius* legeretur. In MS. quidem Regio *Consularius* superscriptum est; sed sine dubio vitiose. Consiliarius autem sive Assessor, is est qui Magistratui in iudicando consilium suggerit, de quibus ad lib. 23. c. 3. nonnulla adnotavi. Eos Graeci κοινωνοὺς τῶν πόνων appellant, ut praeter Gregorii Thaumaturgi locum a Lindenbrogio allatum, docet Libanius in Ep. 376. ad Honoratum: Γαλατῶν ἀρχὴ τῶν Ἑσπερίων, καὶ Κυρίνου κλῆσις εἰς κοινωνίαν πόνων. * Gregorius quoque Nazianz. in Epistola 48. ad Asterium, et in Epistola 175. ad Olympium, et Isidorus Pelusiota in lib. 5. Epistola 40. ad Taurum Praef. Praet.* Sed et Priscus Rhetor in Historia, pag. 29. se Consiliarium ab Euphemio Offic. Magistro adscitum esse significat his verbis: ὃς καὶ Πρίσκον τὸν συγγραφέα τῶν τῆς ἀρχῆς φροντίδων ἐδέξατο κοινωνόν. Consiliorum participes vocat Diocletianus in lege 1. Cod. de Assessoribus. Ianus a Costa doctissimus Antecessor Assessorem a Luciano designari existimabat in Apologia de his qui mercenariam operam praestant, his verbis: τὰς δίκας εἰσάγειν, καὶ τὴν τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ἐπιτιθέναι, καὶ τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι, etc. Sed pace eruditissimi viri dictum sit, non Assessorem, sed Hypomnematographum se fuisse, his et sequentibus verbis significat Lucianus. Sic enim dicebantur Alexandriae Actuarii seu Memoriales qui acta conficiebant, lege ult. Cod. Theod. de Decurionibus: quod integer locus tam aperte demonstrat, ut prorsus dubitari non possit. Glossae veteres, ὑπομνηματογράφος, *Actuarius*, *Memoralius*. Assessoris autem officium perspicue designat Marcellus Memorialis in Epistola praefixa Collationi Carth. his verbis: *Ac iampridem in hanc operationem officii mei symbolam dedi, quum a V. Sp. Tribuno et Not. Marcellino curarum adscitus in partem non tam merito meo quam dignatione censentis, communicavi cum iudice librandae disceptationis laborem.* VALES. Vid. Haubold de Consist. principis Sect. II. p. 7. ss. W.

22. *Ocriculum* (Otricoli in terris Pontifici Romano parentibus) *audiendus de Maximino Vicario* (post Maximinum Vicarium) *ab Ampelio Urbi Praefecto* altiori, uti nos dicimus, instantia. Ampelius vero, (idem fortasse, qui breviarium hist. Rom. scripsit, quod Floro solet addi, Wernsdorf ad Himerium p. 286.) quum teste Corsino p. 250. annis demum 371. et 72. Urbis praefecturam administraverit, Ammianus, ut omnem hominis fortunam una serie narraret, quae postea temporis facta, occu-

pavit. — *Rectius Imperatoris praesidium adpellavit* ad Imperatorem provocavit. W.

23. *Librata iustitia*] accuratius examinata caussa. *ad Boas, Dalmatiae locum* insulam. v. ad 22, 3. W.

24. *Nobilitatis*] Honoratorum, Senatorum cet. *Praetextatus ex Urbi Praefecto* 27, 9. *ex Vicario* Hispaniae 23, 1. W.

Ne delictis supplicia sint graviora.] Quinimmo leviores culpis poenas esse praestat, καὶ τὰς τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων. Isocrates ad Nicoclem. Isaei quoque scitum elegans est: χρὴ τοὺς νόμους μὲν τίθεσθαι σφοδρῶς, πρᾳοτέρως δὲ κολάζειν, ἢ ὡς ἐκεῖνοι κελεύουσι. Ut Capitolinus de M. Antonino Imp. scribit: *Erat mos iste Antonino, ut omnia crimina minore supplicio, quam legibus plecti solent, puniret.* LINDENBR.

25. *Intromissi in Consistorium*] v. Haubold l. l. p. 49. W.

Redarguit Quaestor Eupraxius.] Qui scilicet illud rescriptum iussu Valentiniani dictaverat. Quaestoris enim munus erat leges dictare, ut supra monuimus. VALES.

Redarguit Quaestor nostro more Cancellarius *Eupraxius*, ob libertatem dicendi iam supra laudatam 27, 6. 7. W.

Emendatum est crudele coeptum.] Cum in Regio codice [et Colbert.] *ac Tolos.* *receptum* reperissem, non dubitavi quin emendandum esset *crudele praeceptum*. Est autem crudele praeceptum illud, quod refertur supra §. 11. Constitutio vero ipsa, qua id crudele rescriptum emendatum est, exstat in Cod. Theod. de quaestionibus ad Olybrium Praef. Urbi, Valentiniano Nob. P. et Victore Coss. *Nullus omnino ob fidiculas praeferendas, inconsultis ac nescientibus nobis, vel militiae auctoramento, vel generis aut dignitatis defensione nudetur: excepta tamen maiestatis causa, in qua sola omnibus aequa conditio est.* Quibus conferenda sunt verba Marcellini nostri in fine lib. 19. c. 12. *Neque enim abnuimus salutem legitimi Principis studio muniri debere cunctorum, cuius redimendae causa validius, ubi maiestas pulsata defenditur, a quaestionibus vel cruentis nullam Corn. leges exemere fortunam.* Chrysostomus in Homilia 13. ad populum Antiochenum: ἔνθα γὰρ ἦν ἡ καθοσίωσις, ἀξίωμα οὐδὲν ὠφελεῖ. *Ubi crimen est laesae maiestatis, dignitas neminem tegit.* VALES. *Emendatum* revocatum. W.

26. *Lollianus, Lampadii filius ex Praefecto* (Urbis 27, 3.) *Codicem noxiarum artium* magicum libellum. W.

Nondum per aetatem firmato consilio.] Huiusmodi adolescentum errata paterna potius potestate castiganda sunt, quam iudicis severitate. Itaque Lolliani mors eo atrocior omnibus visa est, quod nobilis adolescens per aetatis imprudentiam lapsus, leve delictum capite expiaverat. Atque hic miserabilis casus Lolliani occasionem forte dedit Constitutioni Valentiniani de emendatione propinquorum: quae in Codice utroque exstat etiamnum. VALES.

Exsul mittendus ut sperabatur] i. e. timebatur. W.

**Iussus ad eius Comitatum duci.*] Exstat lex Valentiniani ad Ampelium Praefectum Urbi, in Codice Theodosiano, de maleficis et mathematicis, quae ad hoc negotium pertinet.* VALES.

De fumo in flammam, ut aiunt] Proverbial. locutio de iis, qui minus periculum evitaturi in maius incidunt. Conf. ad XIV, 11, 12. W.

27. *Tarracius Bassus postea Urbi Praef.*] Hic est, ut existimo, Anthemius Bassus Praef. Urbi, praedecessor Q. Aurelii Symmachi, ut ipse Symmachus dicit in lib. 10. Epist. 33. et 59. In Epist. 47. Anicius Bassus dicitur. *De eo exstat vetus inscriptio Romae ad viam Nomentanam, quam abs se visam mihi communicavit Marquardus Gudius: ANICIO. AUCHENIO. BASSO. V. C. QUAESTORI. CANDIDATO. UNO. EODEMQUE. TEMPORE. PRAETORI. TUTELARI. PROCONSULI. CAMPANIAE. PRAEFECTO. URBI. TRINI. MAGISTRATUS. INSIGNIA. FACUNDIAE. ET. NATALIUM. SPECIOSA. LUCE. VIRTUTIS. ORNANTI. CLARITATEM. GENERIS. PATERNIS. AVITISQUE. FASTORUM. PAGINIS. CELEBRATAM. etc. VALES.

Tarracius Bassus postea Urbi Praefectus.] Corsini p. 290. habet Tarrutium Bassum anno 390. Praefectum. W.

Camenius] Reinesius: „ad quem, Vicarium Africae, est l. 84. Cod. Theod. de Decor. Eucherio et Syagrio Coss. an. 361." W.

Quod aurigam veneficum conscii fovere dicebantur] de qua mala aurigarum fama vide infra c. 4. et 26, 3. et quae ibi adnotavimus. W.

28. *Quarum altera.*] Prior Valesiana et Lindenbrogiana *quorum:* eam generis mutationem suspectam sibi scripsit alibi pater, aeque ac in l. 10. de Oblig. et Action. *obligationes eorum.* ut et l. 16. §. 4. de Fideiuss. et mand. GRON.

29. *Artibus pravis se polluisse*] Sic emendavit Hadr. Valesius (v. Praef. p. LXV.) e cod. Colbertino et Valentino, in quibus scriptum *artibus praevenisse polluisse.* Edd. *artibus se polluisse.* W.

Procurator monetae] monetae praepositus 22, 11. 1. Salmas. ad scr. H. A. T. II. p. 519. — *Adiecta religione,* paullo post *sacramento* i. e. iureiurando interposito. W.

**Plumbi validis ictibus interemit.*] Plumbo puniri, vel plumbatis caedi, Acro ad Horatii Oden 35. LINDENBR.

Plumbi validis ictibus] flagellis, loris, quibus globuli plumbei innexi erant (σφαῖραι μολιβδιναὶ) Zos. 5, 2. cf. 29, 1. et omnino de hoc suppliciorum genere Car. Gottfr. Winkler (praes. Bachio) De supplicio plumbatarum medio aetate usitato. Lips. 1744. W.

31. *Probi, Summatum omnium maximi*] Praefecti Praetorio Illyrici, v. 27. 11. W.

32. *Aginatius.*] Hic Consularis Byzacenae provinciae fuerat Iuliano Aug. IV. et Sallustio Coss. ut docet lex 1. Cod. Theod. de conlatione donat. poss. *Ad hunc eumdem Aginatium Vicarium urbis Romae exstat rescriptum Valentiniani Aug. quod Baronius refert anno Christi 369. ex quo apparet civem Rom. fuisse.* VALES.

Aginatius] Reinesius: „an ab Anicio Fausto Paulino Cos. a. U. 1077. cui filius Anicius Probus iunior." W.

33. *Has literas*] Per literas quippe Probus Maximino rem prodidit. W.

Baiulum] Baiulus alias, qui *onera* portat, sed de tabellario etiam 15, 5. et Symmacho v. Ep. 7. usurpatur. W.

34. *Actus*] sententias absolutorias. W.

35. *In*

35. *In voluntate*] teſtamento. *Medietatem* dimidiam partem. W.

[*Ne amitteret anſam ſibi oblatam lucrandi uberis patrimonii.*] In codice Colbert. legitur, *amplam ſ. o. l. u. patrim.* de quo nomine ſupra aliqua notavi.] HADR. VALES.

36. *Decolorabant*] dehoneſtabant. — *Ultra forenſes terminos ſemet extentans* normas legesque iudicibus praeſcriptas migrans. — *De feneſtra Praetorii quadam remota* Curiae parte poſtica. W.

Cuius ſummitas quamdam velut tamuſam colligaret.] Mſ. *eius ſummitas quaedam velut damuſam collegaret.* Sibyllae voces hae quidem ſunt, nec quid velint liquet. LINDENBR.

Quamdam velut tamuſam.] Hic locus et Donatum Ponzanum et Lindenbrogium valde exercuit: quem nos ope Regii codicis minimo negotio reſtituimus. Nam cum in Mſ. Regio et Flor. [ac Colbert.] et in Editione Auguſtana ſic legeretur: *Quamdam velut clam uſam collig. nullis quidem ind. fulta, ſed nocitura inſ. multis;* ita ſcribendum eſſe exiſtimavi: *Cuius ſummitas quaedam velut clauſa colligaret, etc.* Quaenam porro illa fuerint quae velut clauſa funiculo colligata erant, divinare non opis noſtrae eſt. Suſpicari tamen datur quaedam fuiſſe τετελεσμένα, id eſt magicis artibus conſecrata. VALES. An id vocabitur reſtituere? Quid ergo? ſi qua nodo quodam erunt involuta et colligata, non dicentur clauſa, ſed velut clauſa? Quis poteſt id intelligere? *Velut,* quaſi, tanquam ſolent tum praeponi, quum improprie ſumpta verba ſequuntur; aut non penitus id ſignificari quis vult, quod ſignificant. Sic *velut clauſa* erunt non in totum clauſa, ſed paululum aperta, et ſic adſpici poterunt. Ut lib. 25. *Sequuto inde die caſtra ponuntur velut murali ambitu circumclauſa praeter unum exitum, eundemque patentem undique*, ubi tamen *velut* non ad *clauſa,* ſed vicina reſpicit. Ex priore ratione quomodo clauſa dicentur? Ne dicam, quam procul id abeat ab Mſſ. *clam uſam.* Quid quod et male citat, quum utique in Auguſtana editione habeatur *quaedam*, ut etiam Flor. apud Lindenbrogium, non *quamdam.* Itaque primum haec contemplans opinabar Graeci aliquid latere, quod multiplex hic advocari poteit, et quidem Valeſiano verius, certe propius. Sed quum conſiderarem Graeca in hoc ſcriptore Graece ſcripta eſſe, attentius miras literarum et transpoſitiones et mutationes contemplarer, in hac tandem lectione acquievi, ut crederem ſcripſiſſe, *quaedam, velut empuſam, colligaret.* Hoc faſcinum videtur nefarius ſed ſuperſtitioſus homo creditus ex feneſtra ſuſpendiſſe, ut tecte et impune et conniventibus diis hominibusque ſaeviret. GRON.

Quaedam velut clauſa colligaret] Locus luxatus et non una laborans difficultate, quem Gronovius poſt rixas cum Valeſio non iniuſtas illas quidem, ſed immodeſtas ita tractavit, ut et ipſa emendatio et quae ad explicandam eam ſubiunxit, admodum ſint obſcura et perplexa. Empuſam novi, ſpectrum muliebre ab Hecate hominibus immiſſum, deinde terriculamentum quodque. cf. Heſychius et Etymol. M. et Scholiaſt. ad Ariſtoph. Ranas 293. ſed quid haec h. l. ſibi velit, non video. Omnino uterque et Valeſius et Gronovius magicae cuiusdam artis notionem animo ſemel conceptam loco explicando temere attulerunt. Mihi vero ſecus

videtur. Maximinum Ammianus dixerat ultra forenses terminos se extendisse. Ad hoc confirmandum duo affert argumenta; sic enim connectit cum antecedentibus: 1) resticulam suspendit; 2) Mucianum Barbarumque trudi iussit. Prior potestatis iudiciariae abusus in eo constitisse videtur, ut delatores alliciendo plures reos, inprimis nobiles, ad tribunal suum traheret, ideoque e funiculo cistulam vel aliud eiusmodi suspendi iuberet, cui, uti leoninis olim apud Venetos capitibus (rictibus) inserere delatores scidulas possent, quibus crimina impingerent, quibuscunque vellent, *nullis indiciis* (probationibus) *fulta, sed nocitura insontibus multis.* Erat igitur olim, ubi legerem: *cuius summitas* (extrema pars 19, 8. itidem de fune) *quAdam velut CAPSULA colligaret, nullis quidem indiciis fulta,* quae anonymi homines inseruerant cet. Sed ne sic quidem persanatum esse locum ipse animadverto. Tandem audiamus Reinesium. Is orae Lindenbrogianae adscripsit: „in quandam velut *tomicam,*" quam Accusativi formam (quum ex Nominat. Graeco θώμιγξ deberet esse thominga) ex aliarum vocum, quae ex tertia Graeca in primam Latinam declinationem abiere, ὄρυξ, ὄρυγα, orca, μήνιγξ, meninga, αἴξ, aega, βόρμηξ, βόρμηκα, formica, πνήξ, pnica, analogia illustrat. Cf. eundem Reines. Var. Lectt. 3, 12. p. 513. Sunt vero thomices secundum Festum h. v. a Gesnero in Thesauro emendatum: „Thomices Graeco nomine appellantur e cannabi impolita vel impolitae (ut conveniat cum tortae) et sparto leviter tortae restes, e quibus funes fiunt." Fateor hanc vocem proxime accedere ad *tamusam* illam, quae libros obsederat, non placet tamen ob praecedentem *resticulam.* W. Leni mutatione Hermannus meus scribendum putat *velut damnosa,* i. e. quae maleficiorum instar significabantur. ERF.

Mucianum Barbarumque Apparitores aliquoties discretim trudi iubebat] Haec quoque non satis perspicua. Ernesti exposuit: per speciem irae a se removebat, ut eo facilius alios fallerent. Recte; sed fortasse munere amovit ad speciem Praetorioque eiecit istos homines nequissimos. Hi igitur ita instituti, ut de crudelitate iudicis iniuriaque sibi facta querentes, inferioris conditionis reos incitarent, nullumque salutis retinendae remedium superesse asseverarent, nisi nobiles divitesque criminum arcesserent gravium, quos si reos fecissent criminando, nullam inferiorum rationem habitum iri affirmabant. W.

38. *Ob quae impia vilitate.*] Nihil certius est quam sic corrigendum esse ut fecimus. Coniecturae nostrae suffragatur Regius [et Colbert.] codex, in quo scriptum invenimus: *Ob quae impla vilitate.* VALES.

Implacabilitate dira crudelitate *iam pergente ultra apposita* fines. (Locus similis XV, 8, 7. malo ultra apposita iam proserpenti.) — *Inculti* squalidi. — *Salutantes* honoris caussa adeuntes, visentes. W.

39. *Effectui iuncta* data. W.

Numae Pompilii similes et Catonem.] Scribendum videtur, *et Catonum.* VALES.

Ut nec in malis alienis exarescerent lacrimae] cf. Cic. de inventione I. extr. Quintilian. VI, 2. ut ii adeo, qui nihil ipsi paterentur, lacrymari non desinerent. — *Confragosis* asperis tristibus. W.

40. *Praecipuo*] i. e. virtute (uti 16, 7. praecipua, quae possederat). W.

Legitur apud Tullium.] In Epistola illa paraenetica ad Quintum fratrem, quae est in lib. 1. Epistolarum ad eumdem Ep. 13. VALES.

41. *Acceptoque successore.*] Ursicino scilicet, qui Maximino successit: haec enim verba ad Maximinum referenda sunt. Fuit autem Ursicinus Vicarius urbis Romae, Modesto et Arinthaeo Coss. ut patet ex lege 14. Cod. Theod. de censitoribus, quae ad Ursicinum Praefectum annonae directa est iis quos dixi Coss. Aut igitur eo anno exeunte Ursicinus ex Praef. annonae Vicarius Urbis est factus, aut certe secutis Coss. VALES.

Ad Principis Comitatum Maxim. accitus.] Sic mos erat, cum successorem Magistratui alicui dare Imperator volebat, ut eum missis litteris ad Comitatum evocaret: ut docet Symmachus in Epist. 23. lib. x. in qua successorem sibi mitti postulabat. *Ament, ait, alii perpetuas potestates. Mihi summus est fructus felicitatis, ut coram vestrum numen advenerer, etc.* VALES.

Auctus] Sic legendum putavit etiam Ernstius var. obss. p. 31. Olim vulgabatur *actus.* ERF.

Longius] e longinquo. W.

42. *Scopae florentes*] egregium vero portentorum interpretem Ammianum! Scopae *despicatissimae sortis* homines extolluntur ad *dignitates.* Nil clarius! W.

43. *Nihil impedituri temporum cursus*] ne rerum eodem ferme tempore gestarum seriem interrumpam. W.

Immorabimur paucis.] In Ms. Regio [et Colbert.] et Augustana Editione legitur *immoravimus:* fortasse scripserat Ammianus *memorabimus.* VALES.

44. *Ursicinus*] sine dubio saepe memoratus ab Ammiano Magister armorum, de quo vide Ind. 1. — *Cautus* et *civilis* ad leges se accommodans (uti 14, 1. civile iustumque imperium). — *Retulerat* ad Comitatum principis. *Cunctator,* minus fervidus, placidior. W.

45. *Emonensis Simplicius.*] Emona oriundus, quod opidum est Italiae, proximum Norico, de cuius conditu fuse loquitur Zosimus iu lib. 5. c. 29. sed fallitur, cum inter superiorem Pannoniam ac Noricum eam urbem sitam esse dicit. Emona sine adspiratione dicitur in Itinerario Burdigal. et Peutingerorum, et ab Herodiano in lib. 8. et in veteri Inscriptione. Hic porro Hemonensis vel Emonensis Simplicius Vicarius Urbis fuit Gratiano IV. et Equitio Coss. ut patet ex lege 1. de his qui latrones occult. Eiusdem Simplicii Vicarii mentio fit in rescripto Gratiani ad Aquilinum Vicarium, quod ab Illustr. Card. Baronio publicatum est. VALES.

Emonensis (Emona s. Aemona nunc *Laubach* in Carniola). W.

Simplicius, Maximini consiliarius ex grammatico.] Inter professores utriusque Romae connumerantur Grammatici Graeci atque Latini, L. 2. 6. 11. C. de profess. et med. L. unic. C. de stud. liberalib. Qui si ad xx. annos observatione iugi ac sedulo docendi labore pervenissent, eorum, qui ex vicariis erant, digni-

tate potiebantur, L. unic. Cod. Theod. et Iustin. De professor. qui in urbe CP. Itaque etiam ex grammatico Simplicius Ursicino, qui e vicaria potestate decesserat, successit. LINDENBR.

Simplicius Vicarius Romae fuit Gratiano IV. et Equitio Coss. an. 375. — *Consiliarius* Assessor. W.

Post administratam, nec erectus.] Hiulcus locus videtur, legendumque: *post administratam provinciam, nec erect.* ut lib. XXIX. c. 3. §. 6. *Africanus causarum in urbe defensor adsiduus, post administratam provinciam: ad regendam aliam adspiravit.* LINDENBR.

Post administratam] Deesse verbum videtur, sed sic solet Ammianus, ut ex antecedentibus vox subintelligenda sit. Plura eiusmodi exempla Valesius attulit ad 16, 12. digresso periculis sc. Barbatione, quae suo quodque loco adduximus Ad hanc igitur rationem Valesius supplevit *Vicariam Praefecturam;* nescio an recte, aptius saltem *in administranda* Vic. Praef. W.

Nec erectus, nec tumidus] Eadem fere significant, bisque repetitum *nec* de oppositis potius cogitare iubet, ideoque malim pro *tumidus* legere *timidus.* W.

Obliquo] limo, qui solet esse hominum obscurorum atque suspicacium. W.

46. *Busirim veterem et Antaeum.*] Hyginus fab. XXXI. Fulgentius Mytholog. lib. II. LINDENBR.

Busirin, Antaeum et Phalarim.] De Busiri rege Aegypti, Phalari Siculo, eiusque tauro trita omnia. *Antaeus* vero, antequam ab Hercule vinceretur, in Libye, Tingi Mauretaniae urbe a se condita, res habuit, peregrinosque secum luctari coactos suffocavit. v. Lucanum 2, 164. W.

47. *Fulcro plumeo vultu contracto incubuit, et animam occl.*] Simile fere fatum Tiberii. Tacitus Annal. lib. VI, 50. *Tiberius iniectu multae vestis exstinguitur.* [Cf. etiam Sueton. Tiber. c. 73. W.] *Iohannes quoque PP. a Widonis Tusciae Marchionis militibus cervicali super os posito suffocatus fuit. Liutprandus lib. 3. cap. 12.* LINDENBR.

48. *Ex coetu amplissimo*] Senatores. — *Non secus volentis,* qui Maximino cedere saevitia nollet. W.

49. *Vocati edictis*] praemio publice proposito, si quis e latebris eos protraheret. W.

51. *Mugitus ad Principem.*] Quid sibi velit mugitus equidem nescio. Ac fortasse emendandus est locus hoc modo: *Haec ut gesta sunt, ocius ad Principem Simplicius retulit.* Sane in codice Vat. et Regio [ac Colbert.] *et Tolos.* scriptum est *retulit.* Huic autem Simplicii relationi rescripsit Valentinianus in hanc formam: *Eos qui secum alieni criminis reos occulendo sociarunt, par atque ipsos reos poena exspectet:* ut est in lege I. de his qui latron. vel alios crim. reos occult. Codice Theod. Quod Valentiniani ad Simplicium rescriptum plane mihi videtur Aginatium ipsum petere. Aginatius enim Abienum et Anepsiam adulterii reos occultaverat. VALESIUS. Poterat lenius occurri, ut scripserit *mugiens*, ut innuat non simpliciter scripsisse, sed grandi boatu et verbis ad amplificationem rerum selectis usum. Sed verum est *minutius,* ut cap. seq. *per minutias gesta narrando.* Capite VI.

ait *textum continentia rei totius.* Mox video in postrema Parisiensi verbum continenter sequens *oravit* includi lineolis, quod non fecit Henricus in priore, nec etiam Lindenbrogius in sua. Sane quidem in Augustana non habetur, ut nesciam in hac varietate quid sequi oporteat. GRON. Pro *mugitus* optime Ernesti *muginatus*, i. e. tarde faciens, quae vox semel apud Ciceronem occurrit ad Atticum 16, 12. [Cf. etiam Gronov. ad Gellium v. 16.] Placet, sed addiderim ego negationem *haut*, quae a praecedente *sunt* facile potuit absorberi; *statim* igitur retulit. W.

Male sanus] furibundus. W.

53. *Solent pares facile congregari cum paribus.*] Imp. Constantinus in Epistola ad Episcopos Numid. *Recte proverbio signatum est, pares cum paribus congregari.* *Homerus: ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. Vid. Democriti elegantem locum apud Sextum Empir. pag. 133.* LINDENBR.

Commonitorium] codicillos super hac Vicaria ipsi commissa. W.

54. *Inter salutandi initia.*] Accursius in Editione sua excudit, *inter intrandi initia*, parum felici coniectura, ut equidem censeo. Nec dubito quin in scripto illius exemplari exaratum fuerit perinde ac in Regio [et Colbert.] et Vaticano reperi, *interandi initia.* *Scribe ergo meo periculo, *inter administrandi initia.** VALESIUS. Nihilne potuit immanius aut periculosius? similitudo literarum erat attendenda, unde origo omittendi, quae forsan fuit *inter indagandi* vel *rimandi* (quod totidem ductibus vides in Accursiano esse) *initia.* GRON.

Perspicui clari, illustris *generis.* Cf. Wernsdorf ad poët. min. III. p. 99. W.

Vultu diro ipse tamquam.] Quanto rectius Accursius hunc locum ediderat? Sic enim excudi iussit: *Cognitoque eum iampridem repertum in villa propria custodiri, ipse tamquam capita fortium perque Anepsiam horrorem et tenebr. audire dispofuit.* At in Regio et Vat. *Tolos.* [et Colbert.] codice ita perscriptum hunc locum reperi: *In villa propria vulto diripse tanquam capita fontium perque Anepsiam horrorem et tenebrarum, etc.* Ex quibus inquinatissimae scripturae vestigiis veram, ni fallor, huius loci emendationem assecutus sum. VALES.

Caput fontium] primum reorum. W.

Horrore medio tenebr.] Auctorem huius emendationis habui Marcellinum ipsum, qui ita locutus est non semel: exempli gratia in lib. 25. cap. 3. et in libro 21. initio. Ceterum tristis ac supra modum severi iudicis est, horrore medio noctis de capite hominum iudicare. Itaque eorum iudicum humanitas laudabatur, qui nonnisi a primo diluculo criminalibus caussis vacabant. Et Libanius in Orat. ad Hellebichum (Reisk. II. p. 13.) Magistrum militum, qui in caussa seditionis Antiochenae cum Caesario Trib. et Notario iudex sederat, id inter ceteras eius laudes numerat: χαρίζεται μὲν κἀνταῦθα μήτε ἐν μέσαις νυξὶ, μήτε ἐν πρώταις ἀλεκτρυόνων ᾠδαῖς ἥκειν ἐπὶ τὸν θρόνον· ὡς αὐτῶν τε ἐν αὐτοῖς τῶν καιρῶν ἐχόντων εἰς ἔκπληξιν ἀφορμάς. Id est: *Hoc primum nobis gratificatur, quod non medio noctis horrore, aut sub primum gallicinium tribunal ingressus est, eo quod haec tempora terrorem animis iniicere solcant.* *Adde Senecam in libro III. de Ira,

ubi adverſus crudelitatem Caligulae, qui tres Senatores ad lucernam decollaverat, his verbis invehitur: *Quid tam inauditum quam nocturnum ſupplicium? Cum latrocinium tenebris abſcondi ſoleat, animadverſiones quo notiores ſunt, plus ad exemplum emendationemque proficiunt.* Mentio fit nocturni iudicii in Paſſione SS. Petri et Marcellini: *Poſt haec Commentarienſes miſerunt ad Artemium Carcerarium, ut nocte praeſto eſſet cum perſonis; quae erant in carcere.* Et infra: *Cum primo pullorum cantu ſederet Serenus Vicarius, et iuberet audiendas intromitti perſonas: ingreſſus Artemius dixit, etc.* VALES.

Aiax quoque Homericus docet.] Homerus Ἰλιάδ. ρ. v. 645. ſſ.

Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας Ἀχαιῶν,
Ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.
Ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον, ἐπεί νύ τοι εὔαδεν οὕτως. LINDENBR.

Aiax Homericus docet.] In Iliadis XVII. v. 645. ſſ. Ceterum nec illud praetereundum eſt, Aiacem, utpote hominem Deo acceptum, voti ſui compotem exſtitiſſe. Nam ſub diluculum manus ſibi attulit, ut ſcripſit auctor Aethiopidis apud Scholiaſtem Pindari Ode 4. Iſthmion. ὁ γὰρ τὴν Αἰθιοπίδα γράφων περὶ τὸν ὄρθρον φησὶν Αἴαντα ἑαυτὸν ἀνελεῖν. VALES.

55. *Iuſſo Aginatio ſtatui* ſiſti, introduci, carnifices *introire fecit* pro iuſſit, more ſequioris aevi. W.

Quod in ſtupri quaeſtione fieri vetuere cl. leges.] Olim florente Rep. de ſervis nulla quaeſtio erat in dominum, niſi de inceſtu, ut ait Tullius in Orat. pro Milone. Inceſtus autem dicitur de eo, qui virginem Veſtalem, aut qui ſacra pop. Rom. inceſtaviſſet. Poſtea Iulius Caeſar et Octavianus cum leges de adulteriis coercendis ferrent, ut in adulterii quaeſtione ſervi in caput dominorum torquerentur ſanxere. Sed in quaeſtione ſtupri, ſervi adverſus dominos tormentis interrogari non poterant, ut diſtincte ait Papinianus in lege 17. D. de quaeſtionibus. Proinde miror Lindenbrogium, qui dum Marcellinum noſtrum erroris hic arguere nititur, magno ipſe ſe obſtrinxit errore. Neque lex v. eodem tit. ab eo prolata, eius ſententiam confirmat, immo plane deſtruit. Non enim ait Marcianus in ſtupro ſervos adverſus dominum torqueri: ſed cum ſtupro inceſtum adiunctum eſt, puta ſi quis viduam cognatam ſuam, cum qua nuptias contrahere non poteſt, corruperit: et hoc caſu ob inceſtum adiunctum ſtupro, quaeſtio de ſervis habetur, quae alias in ſimplici ſtupro viduae aut virgini illato non haberetur. Hic autem de ſimplici ſtupro Anepſiae viduae illato agit Marcellinus. Ceterum illud tacendum non puto, ſolitos eſſe veteres Rom. ne ex tormentis ſervorum crimen ipſorum detegeretur, ipſos ſervos criminis conſcios manumittere, antequam iudicium fieri coepiſſet. Itaque iudices plerumque iubebant, ut rei qui ſuſpecti erant de inceſtu, familiam ſuam in poteſtate haberent. Exemplum in Minucia Veſtali refert Livius in lib. 8. VALES.

In ſtupri quaeſtione fieri vetuere clementiſſimae leges.] Mirum hoc quidem, et verba legis expreſſim aliud ſtatuunt, L. 5. ff. de quaeſtionibus L. 1. C. eod. Atque in ſolo inceſtu ſervorum tormenta ceſſant, quia et Lex Iulia ceſſat de adulteriis, ut ex Papiniano refert Ulpian. L. 4. ff. de quaeſtionibus. Sed cum Ammiano facit Tullius in Oratione pro Milone c. 22. *De ſervis nulla*

lego quaestio est in dominum, nisi de incestu. Quae verba in mentem habuisse Marcell. verosimile est. LINDENBR.

56. *Voces obliquas*] non apertam confessionem, sed ambiguam. — *Abrupte* subito, et neglecta ad Principes provocatione. W.

Sublimis raptus.] Sic Plautus loquitur, et Terentius in Andria Actu 5. Sc. 2. v. 20.

Sublimem hunc intro rape quantum potes.

Et in Adelphis Act. 3. Sc. 2. v. 18. Appianus quoque in lib. I. bellorum civilium: *οἱ δὲ μετέωροι πρὸς τὸν σύλλαν φερόμενοί τε καὶ πρὸ ποδῶν αὐτοῦ ῥιπτούμενοι,* etc. Interdum tamen rapi sublimes dicuntur, qui suspenduntur in eculeo. Sic cap. 3. libro XV. et apud Libanium de vita sua p. 55. *καὶ τὼ μὲν νέω γυμνώ τε ἤστην καὶ μετεώρω πρὸς πληγάς*: et apud Procopium in Anecdotis pag. 78. *τοὺς ὑπηρέτας ἐκέλευε μετέωρον αἴρειν τὸν σατορνῖνον,* etc. Sed in hoc loco *raptus sublimis* nihil aliud est quam correptus, ut in cap. 3. libro XV. VALES.

57. *Accelerarunt ultimae dirae caesorum*] mox eventum habuere execrationes innocentium. W.

Maximinus sub Gratiano.] Valente Aug. v. et Valentiniano iuniore A. Coss. anno Domini 376. caesus est iussu Gratiani Principis Maximinus: quo tempore etiam Gratianus epistolam misit ad Senatum urbis Romae, qua vetabat ne Praesides, aut Vicarii, aut Procoss. de capite Senatoris sententiam ferrent, ut sub Maximino Praef. Praet. actum fuerat. Eam epistolam Symmachus in Senatu recitavit mandato Principis: quo nomine eidem gratias agit in Epist. 2. lib. X. Exstat autem pars epistolae Gratiani ad Senatum in Cod. Theod. tit. de accusationibus. Sed obstare videtur lex ult. in Cod. Theod. ad legem Corn. de Falso, ubi Maximinus adhuc Praefectus fuisse dicitur post legem illam Gratiani. VALES.

In carcere Tulliano.] De carcere hoc Varro de Lingua Lat. lib. IV. Livius lib. XXIX. c. 22. Sallustius in Catilin. c. 55. Calpurnius Declam. IV. Apuleius Miles. 9. Acta MSS. martyrii S. Chrysanthii: *Erat ima custodia in carcere Tulliano, unde putor horribilis adscendebat, quia cloacarum cuniculis digesta domorum stercora illic iugiter decurrebant. Et in hoc decursorio erat ima et lutea et ita tenebrosa custodia, ut penitus lucifluus aer nec signum ibi diei, nec vestigium aliquod lucis ostenderet. In hac ergo habitatione ferro vinctus sanctus Chrysanthius mittitur nudus.* LINDENBR.

Consilio matris] Imperatoris. W.

CAPVT II.

I. *At Valentinianus*] Persequitur Ammianus, quae de Alamannis coeperat 27, 10. W.

Usque ad fretalem Oceanum] fretum Belgicum. *Castra* in iis etiam *Manhemium* si fides habenda Frehero in Origg. Palatinis. *Turres adsiduas* crebras, haud longo spatio distantes. W.

Turres per habiles locos et opportunos.] Adhibenda quae notat Iac. Gothofredus ad Cod. Theod. lib. XV. tit. I. de operibus publicis leg. 13. GRON.

Subradens] perſtringens. W.

2. *Nicro* (Neckar). *Meatum* alveum. Cf. XVIII, 9. W.

Peritis rei aquariae.] *Aquae libratores* hi appellantur L. 2. Cod. Theod. de excuſ. artif. Qui aquarum inventos ductus et modos docili libratione oſtendunt, L. 5. eod. LINDENBR.

3. *Formae e roboribus.*] *Formae* ſunt fiſtulae et cuniculi, quibus unda adducitur, aut derivatur, L. 4. et 8. C. Theod. de aquaed. Frontin. de aquaed. L. 3. de calc. coctor. Sidon. Apoll. lib. I. Epiſt. 5. Iſidorus Origin. XV. LINDENBR.

Formae e roboribus.] Id eſt arcae ſtipitibus robuſtis, et catenis incluſae, ut loquitur Vitruvius in lib. V. cap. 12. Hinc formacei parietes dicebantur in Hiſpania, quod formarum, ſeu arcarum modo utrimque duabus tabulis circumdati inſtruebantur, ut ait Plinius in lib. 35. cap. 14. Varro de re ruſt. cap. 14. Gloſſae Iſidori. VALES. Cf. Caſaub. ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. I. p. 631. et Erneſt. Clav. Cicer. in v. fiſtula. W.

Ingentibus ſtilis palis. W.

Confundebantur.] In codice Regio et Editione Aug. legitur *configebantur;* [in Colbert. *confidebantur:*] et paullo poſt pro *interrumpebantur,* in omnibus noſtris exemplaribus ſcribitur *interan.* ut ſuſpicer a Marcellino ſcriptum fuiſſe, *avulſaeq. vi fluminis interibant.* VALESIUS. Sed cur non tangitur prius, quod diſerte notat aliter in veriſſimis codicibus legi? nec potuerunt confundi, niſi iam eſſent ſolutae, et, ut ipſe ait, avulſae. At palam notat auctor eas aliquamdiu concuſſas fuiſſe ab fluctibus, qua ratione paulatim diſtrahebantur. Id dicit Ammianus, ut clare ex MSſtis videmus, *fluctibus erectis conlidebantur;* immo forſan dixit *fluctibus crebris collidebantur* ex Curtii libro IV. c. 3. *crebrisque fluctibus compages operis verberatae ſe laxavere.* Quid vocabimus autem *interire?* utrum quia mergebantur, an deferebantur interceptae fluxu et lapſu amnis? Dubito an conveniat; et non potius videatur auctor nunc uſus verbo antiquo *interabant.* Feſtus enim teſtatur priſcos dixiſſe *interatim* pro *interim,* et hoc ex illo contractum eſſe. Hinc ſit, ut colligamus antiquum verbum exſtitiſſe *interare,* de quo etiam aliquid pater ad Livii librum XXVIII. c. 45. *Interabant* explico intervallum et interſtitium faciebant. GRON.

Interrumpebantur] ut ordo earum turbaretur, ut eluerentur, ſaltem ſuo loco non conſiſterent. W.

4. *Inquietudine errantis.*] Poſtrema vox deeſt in Editione Auguſtana, et in Regio codice [ac Colb.] in quo ſic ſcriptum eſt *inruietudiner ingentis, etc.* Equidem ſic a Marcellino ſcriptum eſſe exiſtimaverim, *caſtra pr. inquietudine ſtringentis amnis exempta, etc.* [aut potius *urgentis.*] VALES. Niſi ποιητικώτερον auctor dixerit *ringentis amnis,* ut *pontem indignatus Araxes.* GRON.

Caſtra inquietudine urgentis amnis exempta] contra urgentem fluminis vim munita. W.

5. *Pro anni et temp. ſtatu dilapſos conducens.*] Multum hic ingenio ſuo Gelenius indulſit, cuius emendationem nullatenus probo: quid enim illud eſt, *dilapſos conducens?* Nam contra diſcipli-

nam usumque rei militaris est, milites dilabi a signis: et dilapsi non conducuntur, sed pro desertoribus puniendi sunt. Verum in Regio codice longe aliter [et Colbert.] perscriptus est hic locus: *Pro animi et temporis tudila conducens Reip. trudium, ut offer Principis congruebat.* Accursius autem sic edidit: *Pro animi et corporis tutela conducens Reip. triduum, ut operi Principis congruebat.* Ex quibus coniici potest sic scribendum esse: *Exsultansque quod pro anni tempore tutela conducens Reip. triduo perfecta principiis congruebat: ratusque, etc.* sic fere lib. XVII. cap. 13. §. 24. et lib. XXVII. cap. 10. VALESIUS. Quis credat haec triduo perfecta esse? an non ipse auctor dixit multos dies requisitos ad compaginandas formas? quae antequam in aqua firmae statuerentur, an non ex sequenti gravissimi operis descriptione auctor subindicat plures requisitos? Denique quis tantam licentiam varietatis potest sibi aut aliis indulgere? Conferas licet loca citata et inspicias; ex illis utique haec non probabuntur. Sed neque anni tempus huc quidquam confert, utpote de quo tanquam notabili praemisit Ammianus nihil, neque haec opera poscuntur ab tempore anni, sed reipublicae, quacunque etiam anni parte. Locus certe nubilus, quem sic ex lectione scripta illustrare conabar. *pio animi et temporis iudicio, conducens reipublicae studium ut esset Principis, congruebat.* GRON.

Pro anni et temporis statu dilapsos conducens.] Haec lectio debetur Gelenio, quem tamen ingenio indulsisse putat Valesius, vituperatque inprimis *dilapsos conducens*, cum dilapsi sint, qui signa deseruerint. Sed Gelenius in animo habuit variis locis dispersos, plane uti Tacit. Hist. 4, 71. *copias dispersas conduxit.* Ceterum vana sunt Criticorum, maximeque Gronovii, commenta, quibus loco misere corrupto sanitatem reddere studuerunt. W.

In monte Piri] cf. ad 27, 10. notata. W.

Syagrium postea Praef. et Consulem.] Consul fuit in Occidente, et collegam in Oriente habuit Eucherium anno Natalis Dominici 381. eodemque anno Praefectus fuit Praetorii, ut fere mos fuit illorum temporum. At Onufrius in Fastis Syagrium Orientis Consulem fuisse dicit: quem refellit subscriptio legis 88. et 89. Cod. Theod. de Decurionibus, et testimonium Symmachi in Epist. 95. lib. 1. Eiusdem Syagrii Praef. Praet. mentio fit in Codice Theod. de appellat. Gratiano V. et Theodosio I. Coss. Dicebatur autem Afranius Syagrius, teste Sidonio in Epist. 7. lib. 1. non autem Postumus, ut sine auctore ponit Onufrius in Fastis. Praefectus Praetorio ter fuisse dicitur ab eodem Sidonio in Epist. 12. lib. 7. Fuerat ante Magister Offic. Ausonio et Olybrio Coss. ut legitur in Cod. Theod. de commeatu. *Fuit autem inter praecipuos amicos Ausonii, ut patet ex Ausonii Epigrammate 1. VALES.

Aratorem.] Regius codex [et Colbert.] cum Augustana Editione consentiens scriptum habet *Oratorem.* VALES.

Actum esset silentium.] Lege *altum esset sil.* ut in Fauchetii codice legi monuerat Gruterus: sic noster in fine libri 25. VALES.

7. *Quorum fortunam sempiterna fides coelo contiguam fecit*] qui summam omni tempore servatae pactorum fidei gloriam essent adepti. *Rem indignam* nomine Romano. W.

8. *Humum etiamtum gestantes expediti.*] In codice Regio legitur, *humum etiamtum ante sexpeditum ag. gladiis obcabant.*

Accurſius autem edidit hoc modo, *ante ſe expeditum ag. gladiis occabant.* Ego vero ſcribendum eſſe exiſtimavi, *expeditis agiliter gladiis,* quemadmodum loquitur Marcellinus tum alibi, tum in ſine libri 27. cap. 12. In ceteris emendationem Gelenii ſequi malui, quam varie coniiciendo halucinari. VALES. In qua tamen nunquam poterit probari illud *geſtantes,* quod ſine fulcro Gelenius ſupplevit, licet capiatur Valeſius. Hinc et aliter conatus eſt Accurſius. Sed ex ſcriptae lectionis ordine videtur dediſſe auctor *humum etiam cumulantes.* GRON.

Expeditis agiliter gladiis] expeditis mucronibus 27, 12. W.

9. *Ad Comitatum reverſus.*] In Regio codice exaratum eſt, *attutum reverſum:* in Editione Auguſtana, *ad tutum reverſum:* [In Colbert. Mſ. *adtatum reverſum, etc.*] VALES.

Syagrius ſacramento exutus] munere remotus, non enim Dux militiae, ſed Notarius erat, qui tamen, uti alii aulae miniſtri, in ſcholas omninoque militarem formam erant redacti. — *Id commeruiſſe, quod evaſerit ſolus,* quod non et ſe obtruncandum hoſtibus dediſſet. *Celebres vias,* regias, per quas multi commearent. *Fundens,* disiiciens, rapiens, *indubitanter,* indubitate, quidquid *inciderat* obvium eſſet *fructuoſum.* W.

10. *Conſtantianus*] idem fortaſſe, cuius mentio 23, 3. — *Cerealis et Iuſtinae,* coniugis Imperatoris Valentiniani, antea Magnentio nuptae. cf. 30, 10. W.

11. *Maratocupreni graſſatores.*] Saepius a graſſatoribus Imperium Romanum infeſtatum: quorum tamen potiſſima mentio, Iſauri ſunt, de quibus Ammian. loco non uno, et L. fin. Cod. Th. de quaeſtionibus. L. 10. Cod. Iuſt. de feriis. Strabo, Zonaras. Et Bagaudae in Gallia, ductu Amandi et Aeliani, de quibus Oroſius lib. VII. cap. 25. Eutropius lib. IX. c. 20. Euſebius in Chronic. Salvianus de Gubern. lib. V. Et Auſuriani in Africa, Ammianus lib. XXVI. XXVIII. Syneſius Epiſt. 57. in Cataſtaſi, pag. 5. Et Saturiani cum Subafrenſibus, (niſi mendoſa ea lectio, et legend. *Auſuriani*) in Conſtit. Arcad. et Honor. in Cod. Theod. lib. VII. Tit. 19. LINDENBR.

Maratocupreni.] Si haec vera ſcriptura eſt, vicus ille in Syria Coele prope Apamiam poſitus dicebatur μαραθόκυπρος, incolae μαραθοκυπρηνοί. Sed in cod. Regio aliter ſcriptus eſt hic locus: *At procul tamquam horum ſimilia actentibus ſuriis per omne latus morati Cupraeni, etc.* In Editione autem Auguſtana hoc modo: *Similia ardentibus ſuriis per omne latus morato Cupieni, etc.* HENR. VALES. [In codice Colbert. *At procul tamquam horum ſimilia actentibus ſuriis per omne latus Moratocupreni, etc.* lege *cientibus ſuriis,* ut in libro 31. cap. 10. loquitur Ammianus. De his autem latrunculis intelligendus eſt Libanius in libri 4. Epiſtola 274. ad Alexandrum Conſularem Syriae: qui cum profectus eſſet Apameam, ut Pythia illic viſeret, plurimos latrones interceperat: ὅπως σοι καὶ λῃστικοῦ πολλοῦ καὶ σφοδροῦ, καὶ περὶ τὰς πύλας στρεφομένου παραδῶμεν ἴχνη.] HADR. VALES.

Militum honoratorum ducum militarium *ſpecie* habitu cultuque. W.

Sine ullo diſcrimine domos.] Longe alia codicis Regii ſcriptura eſt, * ac Toloſ.* *Sineſtre ullo die ſoſi opimas domos, et villas, et opes pervadebant:* [in Colbert. *ſoſi.*] Atque ita fere

Florentinus codex, et Aug. praefert Editio. Unde non dubito, quin ita fcripferit Marcellinus: *Quod mercatorum militumque honoratorum fpecie fine ftrepitu ullo diffufi, opimas domos, et villas, et opida pervadebant.* VALESIUS. An igitur cenfet volitaviffe ut umbras Elyfiacis in campis? Multum et nimium eft tales coniecturas immittere in contextum. Res ipfa dictat, *fine iure ullo*, et fic lege. GRON.

12. *Quoquo ventus duxerat*] metaphora, ni fallor, fumta ab avibus rapacibus, procul praedas odorantibus. W.

Saxones timentur ut repentini.] Paul. Orofius lib. VII. cap. 52. *Saxones, gentem in Oceani litoribus et paludibus inviis fitam, virtute atque agilitate terribilem.* Zofimus lib. III. c. 6. Σάξονες, οἱ πάντων δὴ καρτερώτατοι τῶν ἐκεῖσε νεμομένων βαρβάρων, θυμῷ καὶ ῥώμῃ καὶ καρτερίᾳ τῇ περὶ τὰς μάχας. *Iulianus Imp. Oratione de laude Conftantii Imp. pag. 116. προθυμότατοι Φράγγοι καὶ Σάξονες τῶν ὑπὲρ τὸν Ῥῆνον καὶ τὴν ἑσπερίαν θάλατταν τὰ μαχιμώτατα γένη. *Franci et Saxones, omnium quae ultra Rhenum atque Occidentis mare habitant, nationum bellicofiffimi.** LINDENBR.

Saxones timentur.] Saxones enim piraticis myoparonibus mare infeftum habebant, ut fcribit Hegefippus in lib. 5. cap. 15. *Praeftantiores ceteris Saxones piraticis myoparonibus, non viribus nituntur, fugae potius quam bello parati.* [Idem Claudianus dicit, et Sidonius in libri 8. Epiftola 6. Ammianus ipfe in libro XXX. c. 7. *Saxones femper quo libet inexplorato ruentes* appellat.] Iulianus in Orat. I. Francos et Saxones gentium quae trans Rhenum Occid. Oceanum accolunt, bellicofiffimos effe dicit. Sed et Meratocuprenos piraticam perinde exercuiffe fatis indicat Marcellinus. VALES.

Coniuratis multorum opes adtribuerentur.] Mf. *coniuratus mult. op. adtribuerint:* ἴσως, *q. coniurati multorum opes attriverint:* quae forma loquendi Latinis frequens. LINDENBR.

Oeftro tamen concepti.] In Regio codice et Editione Aug. legitur: . · . · . *troque concepti furoris exagitatis r. · . · . es edidere luctificas, fanguinis n. m. avidi quam praedarum . · . · . · . reme per minutias, etc.* Unde uno fpiritu locum fic continuandum effe exiftimavi: *Et quamlibet coniurati m. opes attriverint, oeftroque conc. fur. exagitati ftrages edidere luct. fanguinis nihilo minus avidi quam praedarum; tamen ne per min. etc.* Quae fcriptura quin vulgatae illi ex Gelenii coniectura profectae praeferenda fit, nemo, ut fpero, dubitabit. In Regio quidem *et Tolof.* codice, ne quid diffimulem, fcriptum eft, *exagitatis caedes edidere*, prout Gelenius edidit: [in Colbert. *exagitatis efe debere luctif. — reme per minutas geftinar randor enus operis, etc.*] VALES.

13. *Quaefitus* conquifitus, collectus congregatus *in unum globus imitatus Rationalis officium ipfumque iudicem*, profitentes fe falfo Rationales, inferioris ordinis magiftratus. v. Ind. II. W.

Rationalis officium.] Rationales in provinciis conftituti Officium, feu Apparitionem habebant, ut docet diferte lex 7. de cohortalibus et lex 2. et 4. de bonis vacantibus, in Codice Theod. *Quibus adde Epiftolam Flavii Himerii Rationalis Aegypti ad Praefectum Mareotae, quam refert Athanafius in Apologia: τὴν σύνοψιν ποιησάμενος, εἰς τὴν τάξιν ἀνενεγκεῖν. Sed et acta apud Ratio-

nalem confecta fuiſſe, ibidem docetur. Habebat ergo Officialem ab Actis.* Hi autem Rationales, damnatorum bona et ſententia iudicis proſcriptorum occupabant ut ſupra monuimus. Erantque viri Perfectiſſimi, ut docet Symmachus in lib. x. VALES.

Ipſumque iudicem] Id eſt rectorem Provinciae. Cave enim hic Rationalem intelligas. Nam Rationales ipſi, ut arbitror, iudices non erant, ne in cauſa quidem pecuniaria inter fiſcum et privatos: ſed Comites rerum Privatarum ſoli iurisdictionem in cauſis fiſcalibus habebant. Ac licet concederem Rationales iurisdictionem eo tempore habuiſſe, perinde ac olim Procuratores fiſci, quod innuit Symmachus in lib. x. Epiſt. 55. *et Euſebius in libri 8. capite 9.* certum eſt nihilo minus in criminali cauſa Rationalem iudicem eſſe non potuiſſe. Hic autem agit Marcellinus de quodam Primate municipe, ſententia iudicis proſcripto iuſſoque interfici. Adde quod Praeconem hoc in loco commemorat Marcellinus. At Praeco nonniſi iudicibus ordinariis, et Proconſulibus, ac Praefectis apparebat, et, ut uno verbo dicam, cunctis Magiſtratibus civilibus: isque currum iudicis anteire conſueverat, ut docet Chryſoſtomus in caput I Epiſtolae prioris ad Corinthios: et Baſilius apud Stobaeum cap. 162. Hieronymus ad Ruſticum Monachum: *Pomparum ferculis ſimiles procedunt in publicum, ut, ſi praeconem addideris, putes incedere Praefecturam* VALESIUS. Hunc iudicem tamen ipſum Rationalem eſſe credidit Iac. Gothofredus, ut probant eius commentaria ad librum x. cod. Theod. tit. 9. leg. I. GRON.

14. *Exuviis repleti multorum.*] In exemplari Regio [et Colbert.] et in Editione Auguſtana legitur: *Cum exuviis reperti mult. pariendi dulcedine praetermitteret, at interceptam imperiali, etc.* Quare ita ſcribendum potius videtur: *Cum exuviis referti multorum, rapiendi dulcedine nil praetermitterent.* VALES. *Exuviis* praeda. Cf. xv, 13 W.

Intercepti Imperiali motu oppreſſi.] Sic l. 19. C. de poenis: *Motum congruae ſeveritatis excipiat.* Prudent. Cathemer. Hymn. VII. v. 91.

> *Offenſa tandem iugis indulgentiae*
> *Cenſura, iuſtis excitatur motibus.*

Et περὶ στεφάνων Hymno in Laurent. v. 61.

> *Abeſt atrocioribus cenſura fervens motibus.*

Sic *commotio gravior,* L. 2. C. ut nemo ad uſum, L. 16. C. de re milit. L. 6. C. de curſ. publ. L. 2. de apparit. Praef. Praet. LINDENBR.

Intercepti imperiali motu] in ipſa via iuſſu Imperatoris a militibus oppreſſi. W.

**Eorumque ſoboles parva etiamtum.*] Memorabile exemplum, quo pueri ob parentum ſcelus interfecti ſunt, et vicus integer flammis abſumptus. Huius rei meminit Libanius in Oratione ad Curiam Antiochenam, quem locum ſingularem ex Oratione Libanii nondum edita heic totum apponam: *ἀλλ᾽ ἴσμεν δὴ τήν τε κώμην ἐκείνην καὶ τὸ ἐν αὐτῇ γένος ὡς ἐξεκόπη, μέχρι τῶν ἐν γάλακτι παιδίων προελθόντος τοῦ πυρός· προνοηθέντος, οἶμαι, τοῦ τότε βασιλέως, ὅπως μὴ πάλιν ἀναφύσεται τὸ δεινὸν ἐκεῖνο γένος· διὰ τοῦτο φέρουσαι ταῖς ἀγκάλαις αἱ μητέρες τὰ τέκνα, ταῖς τῶν δημίων χερσὶν ἐωθοῦντο μετ᾽ ὀργῆς εἰς τὴν φλόγα· εἰ δὲ τὸ αὐτῶν ἐποίουν οὐ-*

τοι καὶ ἐγεώργουν, οὔτ' ἂν ἐπλούτουν κακῶς, οὔτ' ἂν ἀπέθνησκον. Supra locutus erat Libanius de Rusticanis, qui relictis bobus et aratris ad latrocinia conversi, caedes faciebant, et viatores spoliabant.* VALES.

CAPVT III.

1. Pergit iam Ammianus, quas coeperat 27, 8. narrare res a *Theodosio* in Britannia gestas. W.

Animo vigore collecto.] ita. *animi vig. coll.* LINDENBR.

Ab Augusta profectus, quam veteres appellavere Lundinium] quo nomine est ap. Tacitum Ann. 14, 33. *Augusta* ab Imperatrice sine dubio honoris caussa dicta. v. *Mannerti* Britanniam p. 164. *Britannorum versis turbatisque* a Pictis et Scotis *fortunis.* W.

4. *Valentinus quidam.*] In codice Flor. et Regio, *Tolos.* [et Colbert.] Valentinianus dicitur: et ita Zosimus eumdem nominat in lib. 4. c. 12. Hieronymus anno Christi 372. *Valentinianus in Britannia, antequam tyrannidem invaderet, oppressus.* Paullo post tamen Valentinum vocant nostri libri, et Historia Miscella. VALES. Cf. Stewech. ad Veget. p. 388. W.

In Valeria Pannonia.] Magis placuit Editionis Augustanae scriptura, *in Valeria Pannoniae.* Nam Valeria quondam Pannoniae pars fuit, quam Galerius Maximianus caesis immanibus silvis et emisso in Danubium Peisone lacu, uxoris nomine Valeriam appellavit, ut ait Victor Aurelius, et Marcellinus noster in lib. XIX. c. 11. Valeria autem Pannoniae cum additamento dicitur, ad distinctionem Valeriae alterius, quae est Italiae provincia. * *Valeriam Pannoniorum* vocat Ambrosius in fine libri 2. de Fide. * VALES.

Tumore] superbe, insolenter. W.

6. *Propinquante tentatorum effectu*] cum in eo esset, ut consilium exsequeretur. *Doctus haec, unde convenerat* ab iis, quos observare Valentinum iusserat. *Dulcitio* Duci tum Britanniae 27, 8. extr. W.

Turbines compositi.] Vel numerus ipse, quem in clausulis servare solet Marcellinus, admonet sic scribendum esse, *reviviscerent provinciarum turbines consopiti:* quemadmodum alibi Marcellinum loqui memini in libro 27. c. 5. init. VALES.

7. *Praetenturis*] praesidiis. W.

Valentia deinde vocaretur.] Haec non de tota insula dicuntur, sed de ea parte dumtaxat, quam occupaverant barbari. Ex qua cum Theodosius Comes barbaros expulisset, relatione ad Principem missa petiit, ut ea pars provinciae Valentia diceretur, et in eam rector legitimus, Consularis scilicet, mitteretur. Antea quippe Britannia quae parebat Rom. quatuor omnino provincias habebat, Maximam Caesariensem, Flaviam Caesariensem, Britanniam primam, Britanniam secundam, ut scribit Rufus Festus in Breviario: quibus post hanc Theodosii victoriam addita est Valentia, cuius etiam una cum ceteris mentio fit in Notitia Imperii Rom. sub dispositione Vicarii Britanniarum. Porro hanc Theodo-

ſii Britannicam victoriam Pacatus in Pan. commemorat, et Claudianus in lib. de IV. Conſulatu Honorii, et Symmachus in Epiſt. 22. libri x. Miſſus erat in Britanniam anno Natalis Dominici ut videtur 368. Valentiniano II. et Valente II. Coſſ. Anno autem ſequente victor ex inſula reverſus eſt. VALES. Cf. Mannert Britann. p. 115. W.

Arbitrio Principis.] In Mſſ. adduntur haec verba, *Principis velut ova . · . · . t . · . · . tudio nuntio ineſt haëtiam praecipua. Areanos, etc.* [In codice Colbert. eadem reperi, niſi quod pro *haëtiam* legitur *etiam.*] Quibus fere conſentit Editio Auguſtana. Apparet igitur ita fere ſcriptum fuiſſe, *et Valentia d. vocaretur arbitrio Principis velut ovantis.* Sequentia vero coniectura aſſequi non adeo facile eſt. Videtur tamen tale quippiam deſiderari: *Inter eius diſpoſitiones eſt hacc etiam praecipua. Areanos, etc.* VALES.

8. *Areanos*] Mallem et de his aliquid me edocuiſſet Valeſius. Ipſe quidem Ammianus hocce hominum genus paullo poſt deſcribit: *id illis erat officium, ut ultro citroque per longa ſpatia discurrentes, vicinarum gentium ſtrepitus* (ſeditiones) *noſtris ducibus intimarent;* ſed unde dicti ſint Areani, non exputo. Fortaſſe ſyllaba excidit, ut Marcellinus ſcripſerit *Angarianos,* (alias Frumentarii, Veredarii, Agentes in rebus, Curioſi. v. Salmaſ. ad Spartiani Hadrian. 11.) curſores publici, vel curſus publici Praefecti, quo ducere videtur, quod *a ſtationibus* remoti ſunt. Ceterum de Angariis v. Cod. Theodoſ. Lib. VIII. de curſu publico Tit. v. et ibi interpretes T. II. Ritter. W.

Acceptarum promiſſarumque magnitudine praedarum.] Ita cod. Colbert. niſi quod mendoſe *praecarum* exhibet. Idem mox *Barbarico dediſſe,* quod in *Barbaris edidiſſe* mutat Hadr. Valeſ. Praef. p. LXVI. W.

9. *Spectatiſſime*] glorioſiſſime. W.

Furius Camillus, vel Curſor Papirius.] Aurelius Victor de viris illuſtrib. cap. XXIII. XXXI. LINDENBR.

In locum Valentis Iovini.] Valens Iovinus primum a Iuliano Magiſter equitum *per Illyricum, ac deinde* per Gallias promotus fuerat, ut ſcribit Marcellinus in lib. 27. c. 2. Poſt Iuliani obitum Malaricus a Ioviano Aug. ei ſucceſſor datus cum Magiſterium recuſaſſet, Iovianus miſſis ad Iovinum litteris eidem Magiſterium militum confirmavit, ut dictum eſt in lib. 25. Eamdem dignitatem ſub Valentiniano retinuit, usque ad hunc annum, quo Theodoſium ſucceſſorem accepit, Valentiniano III. et Valente III. Coſſ. ut quidem exiſtimo, anno D. 370. Movet me locus, qui eſt in pag. 370. Itaque mendoſa eſt in Cod. Th. ſubſcriptio legis XI. de Veteranis, ad Iovinum Magiſtrum mil. Valentiniano et Valente Augg. IV. Coſſ. ſcribendumque eſt III. Coſſ. Hic Iovinus poſtea Remis Baſilicam Iovianam exſtruxit titulo S. Agricolae, in qua etiam ſepultus eſt. Eius epitaphium refert Frodoardus in lib. 1. cap. 6. Hiſt. *Eccleſiae Remenſis.*

Felix militiae ſumpſi devota Iovinus
Cingula, virtutum culmen provectus in altum.
Bisque datus meritis equitum peditumque Magiſter,
Extulit aeternum ſaeclorum in ſaecula nomen, etc.

Ultimus hic verſus Conſulatum eius notat, quem geſſit cum Lu-

picino. Plura de eo docte adnotavit nuper Iohannes Triſtanus in Commentariis Hiſtoricis ad numiſmata Auguſtorum, quos etiam Latine legi Reip. litterarum intereſſet. Ceterum Theodoſii Magiſtri equitum qui Iovino ſucceſſit, mentio fit in lege un. Cod. Th. de nuptiis gentilium. VALES.

CAPUT IV.

Romam ipſam reviſit Noſter, moresque Senatus populique Romani ſalſe perſtringit. cf. inprimis 14, 6. W.

1. *A negotiis discurſis urbanis.*] Vix commodum fundit ſenſum, facilius ſaltem ad intelligendum, quod alii libri praeferunt pro *discurſis* legentes *digreſſus*, quod recipere non dubitavi. W.

Olybrii praefectura] annis 368. 369. et 370. Corſini p. 248. — *Calumniarum* doli mali, quo lites temere inſontibus intenderentur. — *Fiſci lucra circumcidens* procuratores fiſci, qui iniuſte a civibus non tam fiſco, quam ſibi exigerent, compeſcens. W.

Iuſtorumque diſtinctor.] Scribendum puto, *iuſtorum iniuſtorumque diſtinctor*, ut alibi (XVIII, 11.) loquitur Marcellinus. Porro hic Olybrius eſſe videtur, qui poſtea Conſul fuit cum Auſonio: *de quo exſtat vetus Inſcriptio in Theſauro Gruteri pag. 3173.* VALES.

In ſubiectis erga cives *temperatus*. W.

2. *Per argumenta ſcenica*] per theatra omnia volitabat cupidus ſpectator. W.

Amoresque peregerat.] Magis placet exemplaris Regii ſcriptura, *amoresque peragebat:* idem tamen ex vulgata lectione ſenſus elici poteſt. VALES.

3. *Ampelius*] an. 371. et 372. Corſinus p. 250. W.

Ad Proconſulatum geminum.] Fuit quidem Ampelius Proconſul Africae ſub exordium Valentiniani, ut docet lex x. in Cod. Th. de navicularlis. *Antea fuerat Proconſul Achaiae, teſte Himerio in propemptico, εἰς ἀμπέλιον ἀνθύπατον.* Iniit autem Praefecturam Urbanam Valentiniano III. et Valente III. Augg. Conſulib. ſub exitum anni, ut notat Onufrius in Faſtis. Hunc inter Summates Senatus fuiſſe, ait Symmachus in lib. v. Epiſt. 64. VALES. Cf. ſupra c. 1. et Wernsdorfium ad Himerium p. 268. W.

Lactus.] Hanc ſcripturam reſtitui pro *lectus*. Neſcio enim, quid Valeſio acciderit, ut, quod ante eum editores, et ipſe in editione prima poſuerat, *laetus* improbaverit, quod tamen ob ſequens *rigidus* (triſtis, aſper et ſeverus) unice verum videtur. Eadem eſt Erneſtii ſententia provocantis ad Caſaub. in Scriptt. H. A. T. 1. p. 145. W.

Amiſiſſet] Sic ſcribendum pro *emiſiſſet*, quem operarum errorem ex Gronoviano in ſuum Lipſienſes propagarunt. W.

4. *Ante horam quartam*] decimam noſtram antemeridianam. *Aquam vulgarium* plebeius *quisquam calefaceret*, aquam calidam biberet, (v. Gebauer de Calda et Caldi potu, Lipſ. 1721. 8.) vel *lixae* popinam ultra praeſtitutum tempus *coctam* proponerent

carnem. Easdem fere leges olim dederat Imperator Claudius. v. Dion. Caſſ. 60, 6. cf. Suetonium in Nerone c. 16. W.

Lixae coctam proponerent carnem.] Lixae ſunt qui aſſas, vel elixas carnes vendunt: [quales apud nos ſunt thermopolae, quos vulgo a carnibus coquendis *Chaircutiers* vocamus.] Unde etiam in exercitu lixae dicti, ut indicat Valerius Max. in lib. 2. cap. 2. de Metello: *Protinus namque lixas e caſtris ſubmovit, cibumque coctum vaenalem proponi vetuit.* In Gloſſis veteribus lixa ἀγοραῖος dicitur, id eſt propola. Et Pompeius Feſtus lixas dici ait, qui exercitum ſequuntur quaeſtus gratia. VALES.

5. *Diſſimulatione*] indulgentia. W.

Epimenides ille Cretenſis] Qui iam olim expiando luſtrandoque Athenas in melius compoſuerat. Diogenes lib. 1. in Epimenid. Plutarchus in Solone, Suidas in Ἐπιμενίδης. LINDENBR.

* *Epimenides ille Cretenſis.*] Hic vir expiandi peritiſſimus fuit. Uſus eſt autem in luſtrationibus praecipue ſcilla: quare et ſcillae quaedam ſpecies ab eius nomine ἐπιμενίδειος dicta. Theophraſtus in libri 7. capite 11. ἐδώδιμοι γὰρ οὐ μόνοι βολβοὶ καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ ἀσφοδέλου καὶ τῆς σκίλλης, πλὴν οὐ πάσης, ἀλλὰ τῆς Ἐπιμενιδείου καλουμένης, ἥτις ἀπὸ τῆς χρήσεως ἔχει τὴν προσηγορίαν.* VALES.

Epimenides Cretenſis] quem per 78 annos fabulantur in antro dormiviſſe, et poſtea temporis ab Athenienſibus peſtilentia laborantibus evocatum, ut urbem luſtraret. Haec ſufficiunt ad explicandum Ammiani textum; plura qui cupit, evolvat mihi *Heinrichii*, nunc Kilonienſis, librum, qui inſcribitur *Epimenides aus Kreta*, L. 1801. W.

6. *Incidentia* quae animo obverſantur vitia *veloci conſtringentes exceſſu*, brevi deſcriptione comprehendam. W.

7. * *Reburri et Flabunii Tarracii*] Inſcriptio vetus prope Wormat. apud Iohan. Heroldum comment. de ſtation. mil. cap. 21. C. RABURRUS FESTUS PAGON. TARRATEIUS TRIB. LEG. VIII. G. F. PRAEF. ALAE SCUTATORUM JOVI.* LINDENBR.

Et Perraſiis.] *Parraſiis* in Regio codice ſcriptum habetur: [*Perraſiis* in Colb.] VALES. Reineſius orae adſcripſit: *an Speratiis?* W.

Decens] decenter. *Originum* avorum, maiorum. W.

8. *Fulgentes ſericis indumentis, ut ducendos ad mortem*] Vide quae ſuperius notavimus ad lib. XVI. c. 5. LINDENBR.

Ut ducendos ad mortem.] Haec non ita accipienda ſunt, ac ſi ducendi ad mortem fulgere ſoleant ſericis indumentis: ut accepit Lindenbrogius, qui lectorem reiicit ad ea quae ſuperius ad XVI, 5. adnotavit. Neque enim hic agit Ammianus de his qui efferuntur ad tumulum; ſed de his qui extremo ſupplicio condemnati, a carnifice ducuntur ad mortem. Sic enim loqui ſolet. Haec igitur ſic conſtituenda ſunt: Ut eos qui ducuntur ad mortem, ingens populi turba anteire et ſequi ſolet; ita illos Nobiles ſequitur et comitatur multitudo maxima famulorum. Hunc autem horum verborum ſenſum eſſe, patet ex iis quae adiicit Marcellinus, *vel, ut ſine diritate ominis loquamur, praegreſſo exercitu arma cogentes.* Lucianus in Peregrino (T. VIII. Bipont. p. 297.) de hoc more loquitur: οὐκ εἰδὼς ὁ ἄθλιος, ὅτι καὶ τοῖς ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀπαγομένοις ἢ ὑπὸ

τοῦ

τοῦ δημίου ἐχομένοις πολλῷ πλείους ἕπονται. Demens qui ignorabat hos, qui ad patibulum abducuntur, et qui a carnifice rapiuntur, longe plures ſpectatores ſubſequi. Olim autem damnati extra portas ad ſupplicium ducebantur, ut docet Herodotus in lib. 3. de Pſammeticho; Ariſtoteles in 2. Rhetor. de Antiphonte Poeta; Heliodorus in lib. 8. de Chariclea. Ac Romae quidem extra portam Eſquilinam ſupplicia de noxiis ſumebantur; Conſtantinopoli autem in Sycaeno ſuburbio, ut docet Zoſimus in lib. IV, 52. de Proculo: *ἀπάγεσθαι τοῦτον ἐν συκαῖς τῷ προαστείῳ τὴν ἐπὶ θανάτῳ προσέταττεν.* *Alexandriae ad v. ab urbe lapidem, ex Iohanne Moſcho in capite 72. Antiochiae autem in loco, qui barathrum dicebatur extra civitatis portas, teſte Chryſoſtomo in Homilia 15. ad populum Antiochenum. Adde Aggenum in lib. de Limitibus agrorum, ubi de locis publicis agit; et Plutarchum in lib. de Curioſitate:* et Hieronymum in caput XXVI. Matthaei: *Extra urbem enim et foras portam loca ſunt, in quibus truncantur capita damnatorum, et Calvariae, id eſt decolIatorum ſumpſere nomen.* *At hodie in mediis civitatibus patibula ſtatuuntur, et miſerorum hominum clamoribus, prope dixerim, aedes civium reſonant.* VALES.

Praegreſſo exercitu arma cogentes] duces agmen claudentes 16, 2. *Concitato fragore* ſtrepitu, conclamatione, *multitudo ſervorum ſequitur.* Cf. ad totum caput noſtrum Lucianum in Nigrino T. I. Bipont. p. 38. ubi de multitudine ſervorum dominos in balnea comitantium. Nil opus, ait Lucianus, exercitu in balneis; ubi pax dominatur. W.

9. *Tholos introierunt balnearum*] *Arnob. adverſ. Gentes lib. 6. *Hirundines intra ipſos aedium circumvolantes tholos.* Lib. eodem: *Templa, quae tholis ſunt aureis.* Varro apud Nonium in *Triſulcus: Pater Divum triſulcum fulmen igni fervido actutum mittat in tholum Marcelli.*]* Gloſſ. *θόλος teſtudo.* Vid. Suid. LINDENBR.

Tholos intr. balnearum.] Sic *βαλανείων θόλους* dixit Athenaeus in lib. XI. quibus ſimiles ait eſſe phialarum umbilicos. Graeci *θόλους* et *θολιὰς* dicebant proprie oecos rotundos: ut docet auctor Etymologici in v. *σκιὰς*, et Harpocration in *θόλος*. Talis erat apud Romanos aedes Veſtae et Panthei, quam Marcellinus in lib. 16. c. 10. regioni tereti comparat ſpecioſa celſitudine fornicatae. Recte ergo Servius in lib. 9. Aen. v. 408. *Alii,* inquit, *dicunt tholum aedium ſacrarum genus, fabricae Veſtae et Panthei ſimile. Aedes autem rotundas tribus Diis dicunt fieri debere, Veſtae, Dianae, Herculi, vel Mercurio.* Sed et tholus pro teſtudine ſumitur, id eſt camera rotunda atque convexa, ut notiſſimum eſt. VALES.

Ubi ſunt noſtrum, manaciter clamant] Sic edidit Hadrianus, ut opinor, ſine ullo intellectu, tamen ex editione Auguſtana, quum Henricus dediſſet *ubi ubi ſunt, minaciter clamantes* ex imitatione priorum editionum, ex quibus Lindenbrogius teſtari videtur in Florentino *τὸ minaciter* non legi, ſed *ubi ſunt noſtrorum clamant.* Ecce quam praeclarum inde eruit ac veriſſimum pater: *ubi ubi ſunt, monſtroſum clamantes.* GRON. Ego utrumque et *noſtrum*, et *minaciter* ſervari poſſe contenderim, ſi voculam unam ſuppleas. Hoc enim voluiſſe videtur Ammianus: Si balnea introierint, *ubi ſunt noſtrum* (aliqui) militares nempe,

minaciter torvo, ſuperboque vultu, (cf. XXVII, 10. ubi eſt *minaciter infrendebat*) *clamant* fremunt incondite deſpicientes nos, quaſi ſoli adeſſent. Sic habebis oppoſitos *militares* ſequentibus mancipiis, proſtibulis, *meritorii corporis lupabus veteribus* vulgivagis ſcortis, *minacesque* palpantibus *deformitate magna blanditiarum* turpiſſimis adulationibus, verborum lenociniis. W.

Meritorii corporis veterem lupam] Non multum abſimili locutione, *lupas popularium libidinum nundinas*, dixit Tertullianus de Pall. *Ut publicarum libidinum victimas*, et *expolitas libidinum victimas*, Hieronymus adverſus Helvid. et ad Gerontiam. LINDENBR.

Semiramim Parthi] Parthos pro Aſſyriis poſuit. VALES.

Cleopatras Aegyptus.] In Regio codice et Editione Aug. legitur *Cleopatram.* Plures quidem in Aegypto regnavere Cleopatrae, iam inde a Cleopatra Antiochi Magni filia, quae Ptolemaeo Epiphani nupſit: ſed celeberrima omnium fuit Cleopatra Ptolemaeorum ſtirpis ultima, quae ab Auguſto ad Actium devicta eſt. VALES.

Zenobiam Palmyreni] Zenobiam Odenati Regis uxorem, a Didone, a Semiramide, et Cleopatra generis ſui originem ducentem. Trebell. Pollio in XXX. Tyrannis c. 15. 30. LINDENBR.

Cenſoria nota adflictus eſt Senator, auſus dum adhuc] Cato Senatu Manlium movit, quod interdiu uxorem filia ſpectante oſculatus eſſet. Plutarchus in Catone c. 17. LINDENBR.

Cenſoria nota afflictus eſt Senator.] M. Cato Cenſor Manilium Senatorem, quem omnium opinio iam Conſulem deſignabat, Senatu movit, quod uxorem interdiu oſculatus fuiſſet praeſente filia, ut refert Plutarchus in Catonis vita, et in praeceptis connubialibus. Ac praeclare Plato in lib. 5. de legibus, pueros verecundiae ac pudori aſſuefaciendos eſſe dicit non tam minis quam exemplo ſeniorum. Seniores enim pueros maxime revereri debere, et cavere ne quis puerorum ipſos aut videat, aut audiat turpe aliquid agentes, aut loquentes. Quibus conſentit illa ſententia Iuvenalis in Sat. 14. v. 47.

Maxima debetur puero reverentia: ſi quid
Turpe paras, ne tu pueri contempſeris annos. VALES.

10. *Cum ſalutari pectoribus oppoſitis coeperunt*] ſi in amplexus eorum alii approperant. — *Adulatoribus offerunt genua ſuavianda vel manus.* Manus oſculari potentiorum ſervile habebatur, libertatisque priſtinae memores Romani ab Imperatoribus hunc honorem poſtulari aegre ferebant. Laudat igitur Traianum Plinius in Panegyr. c. 71. qui oſculo excipiebat Senatores, non manu ad exoſculandum porrecta. Locum noſtro ſimillimum habet Iul. Capitolinus in vita Maximini iunioris c. 2. „in ſalutationibus ſuperbiſſimis erat, et *manum* porrigebat, *genua* ſibi oſculari patiebatur, et nonnumquam etiam pedes.“ Plura dedit Hemſterhuſ. ad Luciani Nigrin. T. 1. Bip. p. 258. W.

Peregrinum.] In Mſ. Flor. et Regio, *Toloſ.* [et Colbert.] legitur, *pegrinum putantes cuius, etc.* Quibus adſtipulatur Editio Auguſtana. Nec dubito quin locus ita emendandus ſit: *Et abundare omni cultu humanitatis putantes, peregrino, cuius forte etiam gratia ſunt obligati, interrogato quibus thermis*

utatur, etc. eleganti ſenſu et expedito. HENR. VALES. [Ego in codice Colbertino lego: *Et abundare omni cultu humanitatis peregrinum putantes, cuius forte etiam gratia ſunt obligati, interrogatum, quibus thermis utatur, etc.* Quare nihil heic mutandum exiſtimo. Verborum Ammiani talis eſt ſenſus: Putant Nobiles illi Romani vel Senatores abunde cultum a ſe eſſe peregrinum et humaniſſime exceptum, ſi dignati fuerint eum interrogare, quibus thermis utatur, quibus in aquis lavetur, aut ubi habitet. *Abundare* ergo *omni cultu humanitatis* refertur non ad Nobiles Romanos, ſed ad peregrinum, ut ordo ipſe et collocatio verborum Ammiani ſatis indicat.] HADR. VALES.

11. *Ita imminent.*] In Mſſ. Flor. et Regio ſic legitur: *ita ter himinent, vident, et percunctantur:* atque ita fere in Editione Auguſtana. [In Colb. *Italos ter himinent.*] Proinde non abſurde quis coniecerit ita ab Ammiano ſcriptum fuiſſe: *Ita velociter imminent, vident, etc.* [vel potius: *Ita velociter hominem vident, etc.*] Ceterum adeo in Circenſes ludos inſaniebat tum populus Rom. ut ſi quando Curules equos in Urbem advenire nuntiatum eſſet, omnes e portis effuſi obviam procurrerent eos ſpectaturi, ut teſtatur Symmachus in Ep. 22. lib. x. VALES.

Velociter imminent, vident, et percunctantur] proripiunt ſe ſtatim, ut vel coram ipſi videant, vel ab aliis exquirant. W.

Tyndaridas fratres] Luc. Florus lib. II. cap. 12. Valerius Maximus lib. I. cap. 8. Plutarchus in Paulo Aemilio, Lactantius libro II. capite 7. LINDENBR.

12. *Otioſi garruli*] inter quos et Philoſophi. v. Luciani Nigrinum l. l. p. 47. 48. W.

Singula altioris fortunae verba.] In codice Regio et Editione Aug. ſcriptum reperi *interioris fortunae.* Atque ita quoque ſcriptum habebat codex Valent. et Fauchetii. [In codice Colbert. *Ad ſing. interioris fortunae verbari audentes.*] VALES.

Altioris fortunae] divitum (Reges vocabantur). W.

In comoediis ..:..:. etas.] Scribendum puto: *Paraſitorum in comoediis facetias affectando. Ut enim illi ſufflant milites glorioſos, etc.* Videtur enim Marcellinus imitatus eſſe locum hunc Ciceronis in Laelio c. 26. *Nec paraſitorum in comoediis aſſentatio nobis faceta videretur, niſi eſſent milites glorioſi.* VALES.

Columnarum conſtructiones alta fronte ſuſpenſas] columnas ita proceras, ut capitula, quae vocant, quem ad ordinem pertineant, vix poſſit dignoſci. W.

Parietes lapidum circ. coloribus nitidos.] Antiqui ſectis marmorum cruſtis varii coloris parietes ornabant, ut ex Plinii lib. 35. et utroque Seneca notum eſt. Quo ſpectant haec Dionis Chryſoſtomi in Euboica pag. 122. (Reisk. I. p. 262.) καὶ ποικιλτικῇ πάσῃ σχεδὸν οὐκ ἐν ἐσθῆτι μόνον, ἀλλὰ καὶ χρωτὸς καὶ τριχῶν. ἔτι δὲ ἐν οἰκιῶν ὀροφαῖς καὶ τοίχοις καὶ ἐδάφει· τὰ μὲν χρώμασι, τὰ δὲ λίθοις, τὰ δὲ χρυσῷ, τὰ δὲ ἐλέφαντι ποικιλλόντων, τὰ δὲ αὐτῶν τοίχων γλυφαῖς. *Et pigmentaria non in veſte ſolum, ſed cutis etiam et capilli. Ad haec in cameris aedium, et parietibus ac pavimento, quae partim picturis, partim marmore, partim auro et ebore variantur, partim anaglyphis.* Eodem ſenſu ποικίλλειν dixit Themiſtius in Orat. 6. ſub finem. Poſtquam enim

Urbem novis aedificiis ornari dixit, et parietes ac pavimenta marmorum vario genere decorari, subdit: μεστὴ δὲ ἡ πόλις τεκτόνων καὶ οἰκοδόμων καὶ ποικιλλόντων. *Iam ipsa civitas plena fabris est, et architectis, et tessellariis.* Quamquam verbum illud Graecum vix unico Latino exprimi potest. Comprehendit enim tessellarios, musivarios, et Phrygiones. In Glossis tamen ποικιλτὴς, *variator,* et ποικίλλω, *vario*, vertitur. *Sic apud Prudentium de templo Eulaliae Mart. *Saxaque caesa solum variant.** Et apud Gregorium Tur. in lib. 5. *Ecclesiam fabricavit, quam fulcivit columnis, variavit marmore, musivo depinxit.* Et Agathias in lib. 5. μάρμαρον δέ τι τοῦ πλησιαίτατα τῆς κλίνης προσπεπηγότων τῇ οἰκοδομίᾳ, ὁποῖα πολλὰ ἐς ἐπίδειξιν καταχολλῶσι τοῖς τοίχοις οἱ πρὸς ταῦτα δὴ τὰ περιττὰ ποικίλματα διακεχηνότες. *Marmor quoddam iuxta torum parieti affixum: qualia multa ostentationis causa parietibus agglutinari solent ab iis, qui eiusmodi varietatibus delectantur.* VALES.

Circumspectis] περιβλέπτοις, fulgentibus. W.

13. *Ut appositi pisces ponderentur*] Cf. trilibrem mullum Horatii Serm. II, 2, 33. Senecam Ep. 95. Iuvenalem Sat. 4. W.

Volucres ponderentur et glires] Inter convivales delicias glirium usus adeo celebris, ut eos censoriae leges, princepsque M. Scaurus in Consulatu non alio modo cenis adimere necessum habuerit, quam conchylia, aut ex alio orbe convectas aves. Plinius lib. 8. cap. 57. lib. 36. cap. 1. *Naevius apud Nonium: *Praecisum, omasum, pernam, callum, glires, glandia.* Atque inde Martial. lib. 3. Epigrammate 58.

> *Nec venit inanis rusticus salutator:*
> *Fert ille ceris cana cum suis mella,*
> *Metamque lactis Sarsinate de silva*
> *Somniculosos ille porrigit glires.*

Vid. Casaub. ad Sueton.* Petronii Satyricon, et Apicium lib. 8. cap. 9. LINDENBR.

Glires] Muribus simile animal, quod maximam anni partem dormire dicunt, unde somniculosus Martiali 3, 58. (Siebenschläfer?) Gregatim saginabantur in vivariis (gliraiis). Varro de re rust. 3, 2 et 15. Apicius 8, 9. W.

Saepius delicata.] Non dubito, quin hanc scripturam Gelenius ex coniectura nobis invexerit. Certe in codice Regio [et Colb.] *ac Tolos.* legitur, *saepius licata.* Accursius autem cum eamdem scripturam in codice reperisset, ita emendavit: *Quorum magnitudo saepius vulgata, non sine taedio praes. ut antehac inusitata laudatur adsidue.* [Legendum est, *saepius replicata:* id est repetita in convivio.] VALES. At hoc ipsum est in τοῖς *laudatur assidue.* Tum illae literae *rep* ubi sodes resident? Itaque et patrem video adnotasse *saepius librata.* Verum ex similitudine duarum praecedentis vocis literarum videtur fuisse *saepius velitata,* dum scilicet convivae certant posse vel non posse maiorem dari, donec tandem adulatio inusitatam magnitudinem vindicat. GRONOV.

Notarii adsistant cum thecis et pugillaribus] qui literis mandent, sigilloque adiecto fidem publice faciant. *ut deesse solus Magister ludi literarii* professor eloquentiae *videatur.* De luxu

coenarum ap. Romanos vide omnino Varronem ap. Gellium 7, 16. Meiners vom Verfall der Sitten der Römer S. 179. W.

14. *Doctrinas*] solidiorem doctrinam. W.

Iuvenalem et Marium Maximum] Iuvenalem etiam pueri norunt. Marius Maximus Historicus qualis fuerit, Fl. Vopiscus indicat in Firmo c. 1. *Marius Maximus homo omnium verbosissimus, qui et mythistoricis se voluminibus implicavit.* Vide Scholiasten Iuvenal. Satyr. 4. Spartianum in Adriano c. 2. extr. et alios Historiae Augg. Scriptores. LINDENBR. Cf. Tillemont T. III. P. I. p. 373. W.

Iuvenalem] De Iuvenale Satyrarum illo scriptore sub Domitiano florente sermonem esse interpretes putant, alia tamen omnia sentit Reinesius, qui libri sui orae adscripsit haec: „Malim legere „*Martialem*, ut intelligatur *Gargilius Martialis* scriptor historiae „s. vitae Caesarum, uti et Marius Maximus fuit. Certe Iuvenalis „poeta non potest intelligi, neque cum Mario Maximo historico „aliorum temporum comparari. Gargil. Martialis autem et M. „Maximus fuere coaetanei. Verum nomen scriptoris fuit Gargi„lius *Iuvencus* Martialis, ut patet e Sidonio Apoll. 9, 14. unde „nominibus duobus in unum coalitis factum est unum Iuvenalis." Hactenus Reinesius. W.

Marium Maximum] Marius Maximus vitas Caesarum scripsit, ut ex Spartiano et Scholiaste Iuvenalis notum est. Fuit autem Praefectus Urbi, imperante Macrino, ut scribit Dio in lib. 78. c. 14. et successit Advento Praef. Urbi, ut idem Dio testatur. VALES.

Iudicioli] cf. 27, 11. W.

15. *Destinatum poenae Socratem*] Socrates iam aetate gravis fidibus canere didicit: μηδὲν λέγων ἄτοπον εἶναι, ἅ τις μὴ οἶδεν, ἐκμανθάνειν. Diogen. in Socrate, Cicero in Catone c. 8. Val. Max. lib. 8. c. 7. LINDENBR.

Destinatum poenae Socratem.] Socrates iam aetate provectus apud Connum Metrobii filium citharam pulsare discebat. Quare cum rideretur ab adolescentibus, illud Solonis dictum eis respondit: Melius est sero discere quam numquam, κρεῖττον ὀψιμαθῆ εἶναι ἢ ἀμαθῆ, ut refert Suidas in Σωκράτης, et Stobaeus in cap. 117. Quibus consentit Plato in Euthydemo initio: ubi et Connum ob id γεροντοδιδάσκαλον esse dictum commemorat: quo titulo etiam Varro Satyram scripsit. Solonis autem ἀπόφθεγμα si quis requirat, est huiusmodi. Cum forte in convivio fratris filius carmen quoddam Sapphus belle cecinisset, delectatus eo carmine Solon rogavit adolescentem, ut se id canticum doceret: et quum quidam eum interrogaret, cur tantopere id cuperet: Ut, inquit, hoc doctior discedam e vita, ἵνα μαθὼν αὐτὸ ἀποθάνω: ut scribit Aelianus apud Stobaeum in cap. cit. Apparet igitur Solonis et Socratis exempla a Marcellino esse inter se confusa. Similis est sententia apud Iulianum in lege 20. D. de fideicomm. libert. *Nam ego*, inquit, *discendi cupiditate, quam solam vivendi rationem optimam in* 8. *et* 70. *annum aetatis duxi, memor sum eius sententiae qui dixisse fertur:* κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην. *Etiamsi alterum in feretro pedem habeam, addiscere aliquid velim.* VALES.

Ut doceretur id agere] Pro *id* fortaſſe legendum *idem*. Cf. Rittershuſ. ſacr. lect. p. 26. W.

16. *Severi*] aequi, qui minora a maioribus diſcernant. W.

Unus dominus.] In codice Regio, *Toloſ.* [et Colb.] et in Auguſtana Editione ſcriptum reperi *iremus dominus* atque ita fere in codice Florentino ſcriptum fuiſſe monet Lindenbrogius. Proinde non abſurde quis coniecerit, ita Marcellinum ſcripſiſſe: *Dominus hactenus exclamet;* [aut potius, *ut damnetur reus, dominus h. excl.*] VALES.

Hactenus exclamat] nihil amplius pronuntiat. W.

Quid faciat manioſus et nequam.] Haec eſt coniectura Gelenii. Non enim dubito, quin in Mſ. eius codice perinde ſcriptum fuerit, ac in noſtris exemplaribus, Regio ſcilicet, et Flor. ac Fauchetii [et Colberti,] quibus ſubſcribit Editio Auguſtana hoc modo: *Quid faciat ma.........moſus et nequam? et ſi quis ....di deinceps auſus fuerit cortu ....tis autem hoc apud eos *eſt nunc: quod,* etc.* Ex quibus hanc fere ſcripturam elicere poſſis: *Quid faciam? malitioſus eſt, et nequam, et ſi quis aliquid eiusmodi deinceps auſus fuerit, corrigetur.* Quae certe quin cum praecedentibus belliſſime conveniant, nemo infitiari poteſt. Arguit enim Marcellinus iniquitatem Nobilium illorum, qui ſervos ob leve domeſticum delictum crudeliter verberari iubebant: eosdem vero, ſi caedem extra domum feciſſent, inſtantibus occiſi propinquis, ut interfectorem noxae dederet dominus, excuſabant his verbis contenti: *Quid vultis faciam? nequam eſt ſervus, etc.* Quae verba leviora ſunt quam pro gravitate delicti. [Poteſt et ex Mſſ. hic locus ita reſtitui: *Quid faciat malus, famoſus, et nequam? et ſi quis, etc.* ut ſit ſenſus: Vos dicitis a ſervo meo N. caedem factam. Quid aliud faciat malus ſervus et nequam? malus niſi male agere non ſolet, non poteſt. Si tamen deinceps aliquis ex meis ſervis tale quid commiſerit, teſtor non impune laturum. Quae ſunt verba Nobilis, pauperum de caede a ſervo ſuo facta querimonias eludentis deridentisque. Solebant autem alicuius delictum excuſaturi, qualicumque rationi defenſionive praemittere haec verba: *Quid faciat?* aut *Quidni faceret?* Sic Ovidius Helenam Menelai uxorem quae Paridem ſecuta erat, excuſans ait:

Quid faciat? vir abeſt; et adeſt non ruſticus hoſpes:
Et timet in vacuo ſola cubare toro.
Viderit Atrides: Helenen ego crimine ſolvo.
Uſa eſt humani commoditate viri.

Salvianus in libro IV. de Providentia Dei: *Si peieret Francus, quidni faceret? qui periurium ipſum ſermonis genus putat eſſe, non criminis.*] VALES.

17. *Peregrinos iure interfic. quibuslibet.*] Hic locus prout a Gelenio eſt editus, ſenſu omni caret: et melius meo iudicio fecit Accurſius, qui locum, prout in Mſ. exemplari corruptum viderat, excudendum dedit. Cum Editione Auguſtana conſentit Regius codex [et Colb.]. Sic enim habet ......*tis autem hoc apud eos eſt nunc ....m quod expedit peregrino frure interſicere cuiuslibet quamquam rogatus, etc.* Unde non abſurde, ut arbitror, ſic ſcribendum eſſe conieci: *Civilitatis autem hoc apud eos eſt nunc ..... quod expedit peregrino fratrem interficere cuiuslibet,*

quam rogatus ad convivium excusare. Ubi *rogatus* phrasi graecanica dicitur pro *rogato.* [vel scribe, *quam quum rogatur, etc.*] Vocem autem illam *Civilitatis* ex coniectura Gelenii profectam retinui, non quod eam valde probem, sed quia nulla potior succurrebat: εἰρωνικῶς porro accipienda est. VALES.

Expedit magis licet, venia facilius impetratur *peregrino fratrem* invitantis *interficere*, *quam rogatus* (Accus. plur.) *ad convivium excusare* recusare, παραιτεῖσθαι. W.

Defectum enim patrimonii.] Quantopere excandescere soliti sint beati illi, si quis ad coenam vocatus non adfuisset, docet Libanius in Declam. 6. (Reisk. IV. p. 155.) ubi parasitus se deferens ait: οἶδα πηλίκαι τοῖς καλοῦσιν ὀργαὶ προσιζάνουσιν, ἐπειδὰν τῶν κεκλημένων τις ἐκλίπῃ τὴν σύνοδον. οἶδα πηλίκα βρενθύεσθαι σύνηθες αὐτοῖς, κἂν ἀνάγκην, κἂν συμφορὰν ὁ κεκλημένοι προβάλωσι. *Novi quantopere irasci soleant vocatores, cum quis invitatus non adfuit. Novi quanto aestu succensere consueverint, tametsi necessitatem aut casum aliquem allegent vocati.* *Porro ex MSS. codicum vestigiis hunc locum ita corrigendum esse suspicor: *Defectum enim patrimonii sibi portendi Senator existimat, etc.* VALES.

Defectum patrimonii oppido perpeti] opum suarum haud levem iacturam facere opinatur. *Libralis sententiis* (consiliis 18, 2.) post longam deliberationem. W.

18. *Alienis laboribus venaturi.*] Servorum enim opera ad hoc utebantur, qui saltus lustrarent, feras cubilibus excuterent, ac deinde conficerent: adeo ut domini ipsi tantum spectatores essent. Hinc venari et agros colere inter servilia officia ponit Sallustius in coniuratione Catilinae c. 4. quem immerito reprehendit Symmachus in lib. 5. Epist. 66. et P. Victorius in lib. 6. Variarum Lect. Constat enim Romanos tum in agris colendis, tum in venando usos servorum ministerio: unde venatores cum piscatoribus passim in Historia Augusta inter servilia officia numerantur. Contra has delicias Plinius in Prooemio lib. 29. *Alienis,* ait, *pedibus ambulamus; alienis oculis agnoscimus; aliena memoria salutamus; aliena vivimus opera; perieruntque rerum naturae pretia, et vitae argumenta: nec aliud pro nostro habemus quam delicias.* VALES.

Lembis (Gondeln) *pictis,* coloratis. W.

Puteolos vel Caietam.] In codice Regio [et Colbertino,] et in Editione Augustana legitur, *lembis invecti pictis Puteolos velle certamen, etc.* An fortasse intelligitur certamen quinquennale, quod Puteolis instituit Antoninus Pius: de quo Spartianus in vita Pii, et Inscriptiones antiquae. Sed haec coniectura non placet. Multo minus emendatio Gelenii. Quippe ab urbe Roma ad Caietae portum euntibus nequaquam Avernus lacus est navigandus, utpote qui trans Caietam sit, ut Strabo et Plinius satis ostendunt. VALES. In promptu satis est auctorem scripsisse *Puteolos vel Herclanium*, quomodo nunc quoque videtur appellavisse Ammianus ex aetatis suae more, quod priores *Herculanium.* GRON.

Vaporato tempore] aetatis. W.

Inter aurata flabella.] Muscaria pavonina laudat Martialis lib. XIV. Epigr. 67.

Lambere quae turpes prohibet tua prandia muſcas,
Alitis eximiae cauda ſuperba fuit.

Cl. Claudianus in Eutrop. lib. 1. v. 109. 110.

Et cum ſe rapido feſſam proiecerat aeſtu,
Patricius roſeis pavonum ventilat alis. LINDENBR.

Adde Terent. Eunuch. 3, 5, 47. W.

Laciniis ſericis] cf. XIV, 6. W.

Per foramen umbraculi penſilis.] Umbracula ſunt, quae ad arcendos Solis radios nobilibus feminis praetendi ſolebant. De quibus Ovidius in 2. Faſtorum, ubi de Iole v. 311.

Aurea pellebant tepidos umbracula Soles,
Quae tamen Herculeae ſuſtinuere manus.

et in lib. 2. Artis amandi v. 209.

Ipſe tene diſtincta ſuis umbracula virgis.

Sic etiam Claudianus appellat in lib. 2. in Eutropium. Graeci σκιάδια vocant, ſeu σκιάδεια, ut Ariſtophanes in Avibus, Dionyſius Hal. in lib. 7. pag. 424. Gloſſae, σκιάδιον, *umbraculum.* Galli paraſolium vocamus. Adde Martialis Epigramma in lib. 14. cui titulus eſt *Umbella.* VALES.

Apud Cimmerios] in extremo ſeptentrione. W.

19. *A Silvani lavacro, vel Mamaeae aquis.*] De Silvani lavacro nihil usquam legere memini. Fuit quidem Romae fons Silvani cum aede Herculis et Silvani in regione XIII. Urbis, quem deſcribere videtur Propertius in Elegia 4. libri 4. Sed Silvani lavacrum, de quo hic loquitur Marcellinus, erat in Campania; ſi quidem haec cum praecedentibus cohaerent. Aquae certe Mamaeae erant in Baiano, ut indicat Lampridius in vita Alexandri Severi c. 26. *In matrem Mamaeam,* inquit, *unice pius fuit, ita ut Romae in Palatio faceret diaetas nominis Mamaeae: et in Baiano Palatium cum ſtagno quod Mamaeae nomine hodieque cenſetur.* VALES. Reineſius intelligit de *thermis Alexandrinis,* quae in ipſa urbe Roma erant teſte eodem Lampridio c. 25. W.

Solitis preſſoriis] Scribe omnino *ſolutis preſſoriis.* Antiqui enim veſtes accurate complicatas ponderibus impoſitis ſplendere cogebant; ut docet Seneca de tranquillitate animi. Itaque cum veſtes ſumere vellent, eiusmodi praela ſeu preſſoria ſolvi opotebat. Sic Claudianus in Epithalamio Palladii et Celerinae v. 102

— — — praelisque ſolutae
Mira Dionaeae ſumit velamina telae. VALESIUS.

Quidquid ſit, certe ſatis impudenter haec vir alioqui maximus: quum utique haec ipſa diu publicata ante Valeſianam editionem videre poſſis et in Lipſii notis ad caput primum libri ex Seneca citati, et in Adverſariis Caſp. Barthii lib. XXXII. cap. 7. GRONOV.

Preſſoriis veſtes luce nitentes] Gloſſ. *Preſſorium,* πιεστήριον. Sic in Notis Tironis, *Preſſorium, Suppreſſorium.* *Seneca de Tranquillitate vitae, initio: *Non ex arcula prolata veſtis, non ponderibus aut tormentis ſplendere cogentibus preſſa.** LINDENBR.

Preſſoriis] prelis. Reineſ. var. lectt. p. 198. W.

Luce nitentes arbitra.] In Editione Auguſt. legitur *arbitra:* in Regio autem codice *arbitua:* [in Colb. *arbitrua:*] ut fortaſſe

ita fcripferit Marcellinus: *Veftes luce nitentes ambigua.* Sic in lib. 16. dixit, *non e pluma et ftragulis fericis ambiguo fulgore nitentibus.* VALES.

Luce arbitra] Si lectio fana, nihil aliud effe poteft, quam ut ad lucem (folem) explorata tenuiffima videretur. Similiter Lampridius in Commodo c. 5. dixit *forma disceptatrice.* — *Quae veftes una portantur*, tantam femper veftium multitudinem rus abeuntes vel in balnea fecum portant, ut cet. W.

Ad iuvandos homines undecim.] Magis placet Editionis Auguftanae fcriptura: *Ad induendos hom. undecim.* In Regio exemplari fcriptum inveni *alluendos*, peffime: in Fauchetiano *abluendos.* [In Colb. *fufficient exalluendos.*] VALES.

Receptis annulis] quos inter lavandum pofuerant. W.

Digitis ut metatis abit.] In Regio codice *et in Tol.* [ac Colb.] fcriptum eft, *digitis et metatis. Ne id enimvero, etc.* Atque ita in Editione Auguftana, nifi quod in ea legitur, *digitis emetatis.* Et quamquam adeo corruptum locum fatius effet deponere; tamen ut ftudiofo lectori fatisfaciam, coniecturam meam hic proponam. Sic ergo videtur commodius fcribi poffe: *Digitis ut mactatis* [magis auctis? W.] *redit.* Arguit enim luxum Senatorum illorum, qui digitos anulis onerabant, etiam medios articulos transeuntibus. De quibus Plinius in lib. 33. initio, Quintilianus in XI. cap. ult. Martialis in lib. XI.

Senos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit anulos:
Nec dum lavatur, etc.

Ubi obiter notandus eft ille mos anulos ponendi dum lavatum itur; cuius moris hic meminit Ammianus, et Terentius in Heauton. actu 4. fc. 1. v. 42. *Hunc virorum luxum graviter et acerbe perftringit Chryfoftomus in Homilia 22. in Genefim: ἀλλὰ καὶ ἀνδρῶν ὅσοι βλακώδεις καὶ πρὸς τὴν τῶν γυναικῶν εὐτέλειαν ἑαυτοὺς κατάγουσι, δακτυλίους περιτιθέμενοι, καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ ὄγκῳ τῶν λίθων καλλωπιζόμενοι, ἐφ' οἷς αἰσχύνεσθαι ἐχρῆν.* VALES. Equidem illi mactati digiti funt admodum ridiculi. Et quales intelligit? Utrum ut dii dicuntur mactati facrificiis et hoftiis, an alio quo modo, quem, non percipio. Sed neque pater his potuit acquiefcere, cui in mentem veniebat *digitis humectatis redit*, ut ille *Ventilat aeftivum digitis fudantibus aurum.* Sed nos aliud cenfemus, de quo alibi. GRON. Nec Valefii coniectura, nec Gronovii fatis placet. Melius Erncfti, ante eum tamen Hemfterhuf. ad Luciani Nigrinum T. I. Bip. p. 257. *digitis oneratis.* Ego vero nihil mutandum cenfuerim. Metari dicuntur vel arbores, quae per fpatia disponuntur et quincuncem, vel tentoria in caftris. Quidni ergo Ammianus, translationum omnino quaefitarum amans, de accuratione, qua annulos fuo quemque ordine digererent belluli, cogitaffe dicendus fit? W. Ernftius var. obferv. p. 31. verba *digitis ut metatis abit* delenda effe putat. Gloffator, inquit, ea adfcripfit digitis certe humectatis. ERF.

20. *E militia Principis* comitatu, aula. Sic et caftra 18, 5. *Provectibus* fort. *provinciis* l. *procinctibus* i. e. expeditione bellica, quo fignificatu faepe ap. noftrum occurrit. Omnino autem totus locus mire depravatus, cui fanando neque Aefculapius fuffecerit. Nonnifi per transennam, quod aiunt, fenfus aliquis apparet. Do-

mum rediens congregat familiam, clientes cet. mira narraturus de rebus in aula bellove a se gestis: (In *irio* — *lenu* fortasse latet *consistorio* principis *pleno*.) omnes ab ore eius pendent taciturni, quamquam *aliena*, quae nemo velit audire, referat, utilia vero *fallat*, reticeat. Nugae! W.

Et ....pleraque fallendo.] In Mſ. Flor. et Regio legitur: *Et utile pleraque fallendo:* quibus consentit Editio Augustana. [In Colbert. *Et urile pl. fall.*] Ex quibus libris integram hanc periodum restituimus; quam Gelenius ob mendorum ac lacunarum frequentiam expunxerat: sed et coniecturae nostrae aliquid indulsimus. VALES.

21. *Licet rari*] Cur hoc? nempe plurimos ne pudet quidem turpiori nomine *aleatorum* appellari, malunt tamen *tesserariorum* nomen: quippe alea fortunae magis, fraudisve, in tesseris artis aliquid erat, quamquam neque in hoc ludo fraudes abessent. W.

Aleariae solae.] Quae tamen improprie amicitiae dicuntur, quippe quae non ex virtute profectae sint, sed ex voluptate quadam in colludendo. Itaque sublato ludo huiusmodi amicitiae exstingui solent, ut recte notat Aristoteles in lib. 8. Mor. Nicom. et Plutarchus περὶ πολυφιλίας, et Cicero in Laelio. VALES.

Ut Quintilios esse exist. fratres.] Huius loci emendatio sane eximia debetur codici Regio et Augustanae Editioni, de qua nemo, ut spero, dubitabit. Nota enim est Quintiliorum fratrum concordia, qui cum in omni vita cum publice tum privatim numquam a se mutuo disiuncti fuissent, multosque adeo Magistratus et Consulatum gessissent simul, tandem a Commodo simul interfecti sunt, ut refert Dio in lib. 72. c. 5. Simili antea sub Nerone concordia insignes fuerant Scribonii fratres, plane gemini, ut ita dixerim, Quintiliorum: de quibus Tacitus in 4. Hist. c. 41. et Dio in Nerone LXIII, 16. 17. VALES.

Ut Catonem Porcium ob repulsam Praeturae.] M. Porcius Cato Praeturam gessit: eamdem cum Uticensis Cato ambivisset, repulsam passus est. Livius et Plutarchus in Pompeio. LINDENBR.

Repulsam nec suspectam nec speratam] quam non timuisset, ne suspicatus quidem esset. — *Proconsularis*, qui provinciam administraverat. Cf. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. T. II. p. 528. W.

22. *Subsident aliqui curiosos homines, etc.*] Hanc heredipetarum perniciosam avaritiam tangunt Imp. Leo et Maiorianus Novel. VIII. *Inter cetera captatorum etiam aviditas comprimenda est, qui nonnunquam ignotorum paene lectulis adsidentes, animos ipsa corporum aegritudine fatigatos, et sincera iam iudicia non habentes, simulata affectione depravant, ut plerique consanguinitatis et necessitudinum suarum frequenter obliti, extraneos scribere videantur heredes, cum insidiosa munuscula diriguntur, cum subornantur medici, qui prava persuadeant, et neglecto medendi studio fiant alienarum cupiditatum ministri.* Talis fuit captator Regulus, de quo Plinius ad Calvisium Epistolar. II, 20. LINDENER.

Subsident aliqui curiosos homines.] Amplector eam scripturam, quam in Fauchetii codice exstare monuit Gruterus, *copiosos homines*, id est divites. Eodem errore in fine libri 27. scriptum erat *concitus maioribus curis*, cum scribendum esset, *concitis ma-*

ioribus copiis, ut recte in codice *Tolof.* et Regio exaratum eſt. VALES.

Subſident] in inſidiis quaſi collocati, (iungitur recte Accuſativo et alibi ab Ammiano. v. Gronov. Obſſ. p. 107.) aucupantur. — *In hoc titulo* genere (uti 14, 9. in hoc cauſarum titulo et ſaepius) — *Voluntates* ultimas nempe, teſtamenta, ſupra cap. 1. ſtatim poſt *ſuprema iudicia* — *arbitrium ſupremum* 22, 16. W.

Eos technis.] In Mſſ. Flor. et Regio [et Colbert.] *ac Toloſ.* legitur, *poteſt regiis:* neque aliter in Editione Auguſt. Quare opinor ita a Marcellino perſcriptum fuiſſe, *allicientes eos praeſtigiis miris.* VALES.

Ut id impleri ſorte ſatorum opperiente.] Hanc elegantem ſcripturam ex his inquinatiſſimis veſtigiis ſcriptorum codicum deprehendimus: *Ut id impleris orae ſatorem operiente.* Sequentia vero quia nimis corrupta erant, praetermiſimus. Sic autem habent: *Nec puteos, nec facili poteſt aegritudo teſtam........ comitatum eſt his quis tuam .... cum dignitate licet........ vice tumida gradiens, etc.* [in Colbert. *vicet humida gradies, etc.*] Haec poſtrema tamen unius vocis adiectione ſic videntur eſſe ſupplenda, *cum dignitate licet mediocri, cervice tumida gradiens, etc.* VALESIUS. Pater adnotavit *ut adimpleri.* At quae illa ſors fatorum opperiens? Si opperitur, certe non ilico perit. Sed emendandum erat *obruente.* Verum quae illa licentia praetermittendi, quod non intelligas? Quod illud editionis exemplum, ut ex ſcriptore veteri expellas verſus aliquos, ſi non liquide eorum literas omnes in Mſſis adſequaris? Itaque licet Valeſii utantur ſuo iudicio, et reiiciant inter notas; ego, prout in editione Auguſtana habentur, repoſui haec ipſa fragmenta, quae declarabit ſuus dies. GRON. Emergit aliquis ſenſus, ſi ita intelligas: *ilico pereunt* ſubita morte abripiuntur teſtatores, *ut id* teſtamentum, quod ex ſequentibus huc referendum ſuſpicor, *impleatur* ſorte fatorum NON opperiente (heredipeta). — Quid *puteis* faciam verbisque *nec facili* (latet fortaſſe Infinitivus aliquis formae paſſivae) *poteſt aegritudo,* non habeo. — Quae porro adiecta huic periodo invenies: *comitatu eſt his quisquam,* ea hoc loco aliena, ad ſequentem periodum videntur pertinere. Noſtrae periodo ſtatim adiungere malim, quae paullo inferius de teſtamentis traduntur, ne bis, diverſis tamen locis, de eadem re egiſſe videatur Ammianus. Omnino enim totius capitis, ſi quid ego video, membra turpiter luxata ſunt, librariusque aliquis antiquus vel aliud agens, vel bene potus, mire confudit omnia, ſummisque miſcuit ima, ut non ordinis amantem hiſtoricum, ſed Sibyllae folia legere putes; quam oſcitantiam ubi ſobrius poſtea animadvertit, quae antea exſcribere oblitus erat, alieno deinde loco ponere, quam plane omittere maluit. Interea textus Valeſiani tenorem ſequar, paullo inferius in ordinem, quem Ammianus ipſe videtur ſervaſſe, omnia redacturus.

Igitur verba *comitatu eſt his quisquam* cet. expleta lacuna ſic ſcribi poſſint: REVERSUS *e comitatu EX his quisquam alius cum dignitate licet mediocri,* etſi parvulo in aula munere functus. *Obliquato adſpectu* contemtim. Hos homines ſi iungas antea memoratis ex aula redeuntibus, omnia recte et ſuo ordine procedent. W.

24. *Nec in publico..., nec lavari arbitr. ſe caut. poſſe, anteq. ephemeride ſcrup. ſciſcitata.*] Inſignis haec veterum ſuper-

ſtitio fuit, de qua Auguſtinus Hippon. in Expoſit. Epiſt. ad Galat. cap. 4. *Vulgatiſſimus eſt error gentilium iſte, ut vel in agendis rebus, vel in exſpectandis eventibus vitae ac negotiorum ſuorum, ab Aſtrologis et Chaldaeis notatos dies, et menſes, et annos, et tempora obſervent.* Idem paullo poſt: *Plena ſunt conventicula noſtra hominibus, qui tempora rerum agendarum a Mathematicis accipiunt. Iam vero ne aliquid inchoetur aut aedificiorum aut huiusmodi quorumlibet operum diebus quos Aegyptiacos vocant, ſaepe etiam nos monere non dubitat.* Recte dicit Aegyptiacos hoſce dies vocari, ab Aegyptiis puta, qui obſervationis huius auctores. Unde Marinus in Vita Procli: *τὰς παρ' Αἰγυπτίοις ἀποφράδας ἐφύλαττε μᾶλλον, ἢ αὐτοὶ ἐκεῖνοι.* Et in veteri Mſ. membrana, quae penes me eſt, in qua hi dies ordine notantur, ſic ſcriptum eſt, INCIPIUNT DIES AEGYPTIACI, IN QUIBUS NULLA OPERA INCIPERE DEBES. *Vid. Calendar. vetus, a nobili viro Georgio Herwartio nuper publicatum, in quo illi ipſi dies paſſim adnotantur.* De his exſtat locus Iuvenalis Satyr. 6. v. 573.

Illius occurſus etiam vitare memento,
In cuius manibus, ceu pinguia ſuccina, tritas
Cernis ephemeridas: quae nullum conſulit, et iam
Conſulitur: quae caſtra viro patriamque petente
Non ibit pariter, numeris revocata Thraſylli.
Ad primum lapidem vectari cum placet, hora
Sumitur ex libro: ſi prurit frictus ocelli
Angulus, inſpecta geneſi collyria poſcit.
Aegra licet iaceat, capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, niſi quam dederit Petoſiris.

Auſim dicere Ammianum ad hunc Iuvenalis locum reſpexiſſe. Ipſiſſimum enim eſt, — *nulla videtur aptior hora cibo*, quod Ammian. dicit, *nec prandent.* Et, *ad primum lapidem vectari cum placet,* reſpondet illi, *nec in publico prodeunt.* Deinde, — *tritas cernis ephemeridas*, et *hora ſumitur ex libro,* Ammian. — *ephemeride ſcrupuloſe ſciſcitata:* Auguſtinus: *Ex ephemeride vitam naufragam gubernantes.* LINDENBR.

In publico prodeunt] in publicum? — *Ephemeride* Tabulas aſtrologicas, Kalendarium nos dicimus. Cf. Erneſti Clav. Cicer. in voce. *ſcrupuloſe ſciſcitata* unde conſtellationem, quam vocant, diei cuiusque vel horae diſcant. W.

25. *Cautione*] „i. e. chirographo ſ. apocha. Dicuntur etiam *cautiones apocharum.* vid. Gothofredi Gloſſar. Nomic. Cod. Theodoſ. in h. v." Erneſt. W.

Debitorem voluntarium includ. ut proprium.] Debitor voluntarius eſt is, qui metu calumniae pecuniam accuſatori ſe daturum promiſit: cui opponitur proprius, id eſt verus debitor, qui reapſe debet. *Sic apud Senecam in libro v. de Benef. c. 19. *Dico me tibi obligatum pro filio: non quia ſum, ſed quia volo me offerre tibi debitorem voluntarium.* Contra has divitum calumnias Gregorius Nazianzenus in Carmine adverſus divites pag. 238.* VALES.

Nec ante eius profectionem abſolvit.] An potius ſcribendum eſt *profeſſionem?* Ut ſit hic ſenſus, debitorem illum voluntarium, qui ex creditore debitor factus eſt, non prius a Senatore, qui ei

accuſatorem ſubmiſerat, dimitti, quam data apocha profeſſus ſit nil ſibi ab Senatore deberi. VALES.

26. *Eandem incudem diu* (interdiu) *noctuque tundendo* nihil aliud cogitat, machinatur. Eandem proverbialem locutionem habet Cicero de Orat. 2, 39. W.

Maritum teſtari compellit, hocque idem, etc.] Id Romae tunc uſitatum fuiſſe, docet Hieronymus in Epiſtola ad Furiam de viduitate ſervanda, his verbis: *Scribuntur tibi nunc ſponſales tabulae, ut poſt paullulum teſtamentum facere compellaris. Simulabitur mariti infirmitas, et quod te morituram facere volet, ipſe victurus faciet.* *Et Zeno Veronenſis, eorumdem temporum Scriptor, in Sermone 2. de avaritia: *Inde eſt,* inquit, *quod coniuges nuptiali ſanctiſſimo repugnantes iugo, pro ſe quisque nitentes amore videlicet nimio, hereditatem captant alter alterius.** De his captatorum artibus Lucianus loquitur in Dialogis mortuorum, apud quem Cnemon Damippo dicit (T. II. Bipont. p. 150.) ἔδοξε δέ μοι καὶ σοφὸν τοῦτ' εἶναι, θέσθαι διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν, ἐν αἷς ἐκείνῳ καταλέλοιπα τὰ ἐμὰ πάντα, ὡς κἀκεῖνος ζηλώσειε καὶ τὰ αὐτὰ πράξειε. *Ac viſum eſt mihi hoc in primis callidum, teſtamentum ei oſtendere, in quo omnium bonorum meorum illum heredem inſtitueram, ut ille idem quoque faceret.* Denique Quintilianus in declam. 325. *Multi ſunt,* inquit, *qui teſtamenta ſic ſcribant, tamquam illud ad vitam eorum pertineat. Sic quidam heredes ſcribunt eos quos captant, tamquam intellecturos, tamquam ſecreto ſcriptos.* VALES.

Periti iuris altrins. adſciſcuntur.] Qui ſcilicet legem ac formam teſtamenti ſcribendi ſuggererent. Ad hoc enim maxime Iurisperiti adhibebantur, ut Suetonius in Nerone, et Arrianus in lib. 2. cap. 13. Diſſertationum Epicteti teſtantur. VALES. *Periti iuris* notarii. W.

Repugnantia tractaturi.] Tractare proprie Iurisperiti dicuntur, cum de articulis et quaeſtionibus Iuris diſputant. Sic in lege 1. D. de calumniatoribus, et in lege 13. D. de iure patronatus. Vetus Scholiaſtes Iuvenalis ad illa in Satyra 1. v. 128.

— *Iurisque peritus Apollo:*

Intra Apollinis, ait, *templum Iurisperiti ſedebant, et tractabant.* Unde lucem accipit lex 1. D. de extraordinariis cognitionibus: *Advocatos accipere debemus, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur: non tamen qui pro tractatu, non adſuturi cauſis, accipere quid ſolent, advocatorum numero cenſendi.* *Sic Auguſtinus in Sermone 50. de Tempore.*. VALES.

Repugnantia tractaturi] ut v. c. uxor alios omnes potius heredes ſcribere iubeat, quam maritum, et vice verſa. W.

Subſeruntur genitalium extorum interpretes.] Simile eſt, quod narrat Lucianus in Dialogis mortuorum, cum Moerichus et Ariſteas viri ditiſſimi ſe mutuo captarent, ac ſe viciſſim heredes inſtituiſſent palam ſcriptis teſtamentis: vates et aſtrologos et ſomniorum interpretes et Chaldaeos, Apollinem quoque Pythium ab utroque conſultum, modo huic, modo illi obventuram hereditatem praedixiſſe. VALES.

Iisdemque ſubſeruntur poſt hos arceſſuntur *genitalium extorum interpretes.* — Ita ſi Ammianus vere ſcripſit, de quo du-

bitem, nihil aliud voluit, quam ut inſpecto cuiusque horoſcopo ex inteſtinis fauſta quaeque praenuntient. W.

Feminas invitantes.] Sic Gelenius emendaverat. Sed cum in Mſſ. omnibus et in Editione Auguſtana legi comperiſſem, *fama adventantes:* non dubitavi quin Marcellinus ita ſcriptum reliquiſſet, *inde ad exſequias virorum iamiam adventantes neceſſaria parari oportere innuentes.* VALES.

Ut Tullius ait.] Locus eſt in libro de Amicitia c. 21. VALES.

27. *Soccos*] demiſſos illos civilesque. W.

Et miciones.] In Regio codice [et Colbert.] *ac Toloſ.* et Editione Auguſt. ſcriptum eſt *Micaunas.* Quare non dubitavi *Miconas* hic reſtituere. Sunt enim ſervorum comicorum nomina plerumque disſyllaba: ut λάχης. σίμων. μάνης. et ſimilia. Dio in Orat. 74. οὐ κατὰ λάχητα, οὐδὲ κατὰ σίμωνα. VALES.

Heraclidas illos Creſphontem et Temenum.] Apollodorus Biblioth. lib. II. c. 8. Hyginus fabb. 124. 184. LINDENBR. Illi Meſſene, huic Argos paruerunt. W.

Hactenus de Senatu] Iam vero, ut fidem liberem antea datam, experiar, an luxata contextus membra poſſim reſtituere. Poſt verba igitur paragraphi 20. *utile pleraque fallendo* ponas ſectionem 22. *comitatu eſt his quisquam. Alius* cet. — Tum vero *aleatores* ſequantur §. 21. quos excipiant §. 22. *heredipetae: Subſident aliqui copioſos* cet. his vero ſtatim adde §. 26. *Parte alia uxor* — Procedant deinceps §. 24. *Deorum contemtores* — agmen denique claudant *mutuo ſumentes*, ita tamen, ut §. 27. cuius initium: *cumque mutuum quid petunt,* priori loco colloces, alterum §. 25. *Alius ſi creditorem* cet. ſecundo ponas loco. W.

28. *Ad plebem veniamus*] de cuius moribus vide omnino Meierotto. W.

Nitent nominibus cultis.] Regius codex, *et Toloſ.* [ac Colbert.] vocem interſerit minime ſuperfluam, ni fallor, *in qua nitent ut nominibus cultis, etc.* Neque enim quae infra recenſet nomina, culta ſunt aut praeclara, ſed prorſus ridicula atque ſcurrilia. [Sed plebeii haec nomina culta eſſe ſibi perſuadebant, et his ſe honorari ac enitere tamquam magnificis vocabulis exiſtimabant.] VALES.

Cimeſſores cet.] quae nomina fere omnia e re ruſtica deſumta videntur. W.

**Lucanicus.*] In teſtamento Grunnii Porcelli inter ſignatores primus nominatur *Lucanicus* et ultimus Cymatius: quorum nominum origo ſatis aperta eſt. *Lucanicus* enim a pernis Lucanicis dicitur; et Cymatius a cymis braſſicarum, quae olim in deliciis fuere:* [unde et Cimeſſores dicti apud Marcellinum in hoc loco, pro Cymeſtores a cumarum eſu.] VALES. Cf. Caſaub. ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. I. p. 715. W.

29. *Omne quod vivunt*] totam vitam. *Luſtris* ganeis, tabernis, lupanaribus. W.

Et concio et ſpes omnis.] Mſ. *Et contio, et copitorum, et ſpes omn.* Forſan ſcripſit Ammian. *et concio et Capitolium et ſpes.* LINDENBR.

Et ſpes omnes.] In Regio, Florent. [Colbert.] *ac Toloſ.* codicibus legitur, *et copitorum ſpes omnes.* In Auguſtana autem

Editione, *et compitorium ſpes omnes:* ſed haec vox ex ſequenti linea videtur huc perperam irrepſiſſe. Nec aſſentiri poſſum Cl. Salmaſio, qui in Notis ad Vopiſcum, in Aureliano c. 48. (Scr. H. A. T. II. p. 579. W.) ſic emendavit, *et copia eorum et ſpes omnis Circus eſt Maximus,* et annonam ſeu panem gradilem his verbis intelligi ait, qui ex gradibus Circi populo erogabatur. Etenim Marcellinus noſter nihil hic de annona, ſed tantum de Circenſibus ludis loquitur. Deinde annonam ex Circi gradibus erogatam fuiſſe numquam crediderim. Erant enim in ſingulis Urbis regionibus certi gradus, ex quibus populo erogabatur annona, ut ſatis innuit Prudentius contra Symmachum II, 948.

Quae regio gradibus vacuis ieiunia dira
Suſtinet? aut quae Ianiculo mola nota quieſcit?

Itaque in deſcriptione urbis Conſtantinop. hi Gradus in ſingulis regionibus recenſentur cum Piſtrinis. Quod ſi coniecturis hic indulgere licet, poſſit et alicui videri ſic legendum eſſe, *et cupidorum ſpes omnes Circus eſt Maximus:* [vel potius, *et cupitorum ſpes omnis Circus eſt Maximus.*] VALESIUS. Similia quaedam diſputat Iac. Gothofredus ad Cod. Theod. lib. XIV. tit. 17. de annonis civicis et pane gradili. GRON.

Cupitorum ſpes omnis] ſumma votorum. Supra ad XIV, 6, 14. Valeſius citat *et cubitorium, et ſpes omnis.* W.

* *Circulos multos collectos*] συνέδρια Graece vocat Iohannes Chryſoſtomus Homilia 10. in Iohannis Evangelium pag. 71.* VALES.

30. *Per Ianos et fora.*] Iani ſtatuae tres ſaltem Romae fuerunt, donec Domitianus plures paſſim exſtruxit. Livius lib. XLI, c. 27. Suetonius in Domitiano cap. 13. *Ianos arcusque cum quadrigis et inſignibus triumphorum per regiones Urbis tantos ac tot exſtruxit, ut cuidam Graece inſcriptum ſit arcui,* APKEI. Ad hos Ianos mercatores convenire ſolebant, et negotia ſua pertractare; adeo ut quotidie populi ibi frequentia magna, ad quam ſeveri ſcilicet hi et priſcae virtutis viri de Reipublicae ruina proquiritabant. LINDENBR.

Per Ianos et fora clamitant.] In Mſſ. Flor. et Regio, [ac Colbert.] *et Toloſ.* legitur, *per Ianos et rogant vel amittant:* quibus Auguſtana ſubſcribit Editio. Unde quis coniicere poſſit, ſic fere a Marcellino ſcriptum fuiſſe, **potiores auctoritate longaeva, per canos et rugas clamitant ſaepe.* Alludit enim, ut opinor, ad locum Senecae de brevitate vitae cap. 219. *Non eſt itaque, quod quemquam propter canos aut rugas putes diu vixiſſe.** VALES.

Quem quisque vindicat cui quisque aurigae favet, eum primum fore clamitant, qui *carceribus exſiliat et funalibus equis circumflectat metam parum cohaerenter.* Ultima quid ſibi velint, non exputo, niſi velis ita exponere, ut curru prominentem non ſtringat metam, immo, ut Horatius ait, fervidis metam evitet rotis. W.

Et funalibus equis parum cohaerenter circumflexerit.] Hunc locum ſic ſupplendum putavi, cum in Mſſ. Flor. et Regio, *Toloſ.* [et Colbert.] atque in Editione Auguſt. ita ſcriptum eſſe vidiſſem, *nominabilis equis parum coherce . · . · . · . · er circumelexerit metam.* Quamquam poteſt etiam aliis multiplicibus modis illa vox *nominabilis* emendari, et pro *cohaerenter* ſcribi *coercen-*

ter. Erat autem id prope caput artis equeſtris, ut ſiniſteriore funali equo metam quam proxime fieri poſſet arraderent, nec tangerent tamen. Itaque peritiſſimi aurigae ſiniſterioris equi funalis habenas adducere ſolebant, dexterioris autem laxare, ut teſtatur Nonnus in lib. 37. v. 207. Dionyſ. in illa luculenta deſcriptione Curulis certaminis.

> Σκέπτεό μοι καὶ σφίγγε κυβερνητῆρι χαλινῷ
> Δοχμώσας ὅλον ἵππον ἀριστερὸν ἐγγύθι νύσσης, etc.

Et in lib. 43. v. 269.

> Ὡς δέ τις ἱππεύων ἐλατὴρ ὑπὸ κυκλάδι τέχνῃ
> Δοχμώσας ὅλον ἵππον ἀριστερὸν ἐγγύθι νύσσης,
> Δεξιτερὸν κάμψειε παριεμένοιο χαλινοῦ, etc.

Quibus adde et Lucani verſus in lib. 8. v. 199.

> — *nec ſic moderator equorum*
> *Dexteriore rota laevum cum circuit axem,*
> *Cogit inoffenſae currus accedere metae.* VALESIUS.

Nullum indicium eſt equi funalis in Nonno, qui non magis de quadriga locutus videtur, quam de biga. Sed neque in Ammiano ferri poſſunt funales equi, quum quisquis ille auriga ſignificetur, non poſſit dici niſi uno funali equo cohaerenter circumflectere metam. Et cur ad funales equos delabitur ὁ πάνυ, quum MSſti omnes perſpicue praeeant ad nominabiles equos, ſive nominibus certis appellati innuantur, ſive nominatiſſimae famae. Qui enim hi circuli alii, quam quos ſuos tempore deſcribebat Lucianus in Nigrino (T. I. Bipont. p. 51.) loquentium τὸν ἱππόδρομον, καὶ τῶν ἡνιόχων εἰκόνας, καὶ τὰ τῶν ἵππων ὀνόματα, καὶ τοὺς ἐν τοῖς στενωποῖς περὶ τούτων διαλόγους, quod ibi illuſtravimus. GRON.

31. *Negligentiae caries*] nimis quaeſita translatione (cf. cariem ſtoliditatis, 29, 2.) inveterata eſt animi levitas, nihil agendi conſuetudo. — *Nondum ſolis puro iubare* vix primos emittit ſol radios. W.

* *Super quorum eventu diſciſſi votorum ſtudiis, anxii plurimi agunt pervigiles noctes.*] Idem dicit Libanius in libri IV. Epiſtola 288.* VALES.

Diſciſſi votorum ſtudiis] prout quisque huic vel illi favet aurigae. W.

32. *Theatralem vilitatem*] ineptas plerumque fabulas in ſcenam productas. W.

Qui ſi defuerit ſtrep.] In editione Aug. legitur, *ſui ſi defuerit ſtrep.* atque ita etiam in exemplari Regio ſcriptum reperi, [ut et in Colbert.] *ac Toloſ.* eademque manu ſuperſcriptum, *ſeu ſi, etc.* quam equidem docti inſcriptoris coniecturam prae vulgata a Gelenio ſcriptura valde probo. VALES.

Si defuerit ſtrepitus ſi quando artifices non vexant, *ad imitationem Tauricae gentis,* quam advenas interfeciſſe ex Oreſtis et Iphigeniae hiſtoria novimus, *vociferantur pelli debere peregrinos.* Quum et quae praecedunt et quae ſequuntur de inconditis plebeculae Rom. moribus in theatris agant, *peregrini* de artificibus ſcenicis intelligi debere videantur, quibus tamen verba: *quorum ſubſidiis ſemper niſi ſunt et ſteterunt,* (i. e. cum tamen res Romana inde ab initio multum iis debuerit) accommodari vix poſſint. Forſan igitur occaſio quaedam ſingularis plebi data, qua ad iram

iram in peregrinos evomendam incitaretur, quam iniuriam auditor ipſe, ipſeque peregrinus Ammianus ad poſteros voluit propagare. W.

* *Peregrinos, quorum ſubſidiis ſemper niſi ſunt ac ſteterunt Rom.*] Aurelius Victor, Marcellini aequalis, idem dicit in Domitiano (de Caeſ. c. 11.) *Hactenus Romae, ſeu per Italiam orti Imperium rexere: hinc advenae, neſcio quoque an, ut in Priſco Tarquinio, longe meliores. Ac mihi quidem, audienti multa legentique, plane compertum, urbem Romam externorum virtute atque inſitivis artibus praecipue creviſſe. Quid enim Nerva Cretenſi prudentius magisque moderatum? etc.* VALES.

33. *Pro ſonitu laudum impenſiore* acclamatione, applauſu olim ſolito *per applicatos* ſubornatos, mercede conductos homines *ad loquendum* plaudendum. W.

Exodiario.] Exodiarii hic ſunt mimi, qui in fine ludorum intrabant, ut quidquid lacrimarum atque triſtitiae ex tragicis affectibus ſpectatores coegiſſent, huius ſpectaculi riſus detergeret, ut ſcribit eleganter vetus Scholiaſtes Iuvenalis in Sat. 4. Et olim quidem exodia Atellanis fabulis conſerta a iuvenibus actitabantur honeſtis, ut teſtatur Livius in lib. 7. c. 2. poſtea vero huiusmodi exodia mimi uſurpaverunt: quod ſub Iulio Caeſare coepiſſe videtur, qui Laberii et Publii Syri mimos introduxit. Itaque Cicero in lib. 9. Epiſt. 16. ad Paetum, poſtquam de Caeſaris dominatione multa dixit: *Nunc venio,* ait, *ad iocationes tuas, quando tu ſecundum Oenomaum Accii, non (ut olim ſolebat) Atellanam, ſed (ut nunc fit) mimum dediſti.* Et Iuvenalis in Sat. VI, 71.

Urbicus exodio riſum movet Atellanae.

Apud Graecos ſtrictior eſt τοῦ ἐξοδίου appellatio. Nam ἐξόδιον Graeci vocant melos, quod in exitu fabulae canebatur, ut ſcribit Pollux in lib. 4. cap. 15. et Scholiaſtes Ariſtophanis in Veſpis. Tale erat in Tragoedia quidem πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων, etc. quae clauſula omnibus fere Euripidis tragoediis adtexta eſt. In Comoedia autem Καλλιστέφανος, etc. Citharoedorum: Ἀλλὰ, ἀλλ' ἄναξ, etc. Rhapſodorum denique: Νῦν δὲ θεοὶ μάκαρες τῶν ἐσθλῶν ἄφθονοι ἐστὲ, etc. ut ſcribit Aelius Dionyſius apud Euſtathium in Iliad. β. et Heſychius in Ἀλλ' ἄναξ et Νῦν. VALES. De *Exodiariis* conf. inprimis Salmaſ. ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. II. p. 529. W.

Venatori] qui cum feris decertando eas conficit. — *Iudicibus* magiſtratibus. W.

Per te ille diſcat.] Supple, aurigare aut ſaltare. [a te ſummus ille artifex diſcere adeo poſſit. W.] Illa autem acclamatio *per te* favoris indicium erat. Non enim iuramus niſi per ea quae maximi facimus. Unde et apud nos id proverbium in vernaculo ſermone manſit, ut de eo qui aliquem ſuſpicit dicamus, per eum dumtaxat illum iurare. Talis fuit illa Conſtantinop. plebis acclamatio in Circo, quam refert auctor Alexandrini Chronici, Anaſtaſio III. et Venantio Coſſ. Ἰουλιάνας τῆς ἐπιφανεστάτης πατρικίας ἔκραζον διὰ τὸν αὐτῆς ἄνδρα Ἀρεόβινδα βασιλέα τῇ Ῥωμανίᾳ. *Iulianae Nobil. Patriciae clamabant per virum ipſius Areobindam Imperatorem Rom.* VALES.

34. *Diſtentioribus ſaginis addicti*] quae voracitas iisdem fere verbis pingitur 22, 12. *carnis diſtentiore ſagina victitantes in-*

cultius — Praeeunte nidoris indagine odorem ex culinis prodeuntem prosequentes. W.

In modum pavonum inanitate clangentium.] *Inanitate?* vox profecto cassa et inanis. Nihil monuerunt, qui ante me Marcellinum edidere, ideoque intellexisse videntur, quod mihi nondum contigit. Adverbialiter accipere vetant verba *in modum,* nec vana caudae versicoloris ostentatio ad Romanam, de qua sermo est, plebem accommodari possit. Scribe meo periculo: *immaniter,* quam vocem additam invenies verbo *strepere* 15, 5. inaniter clamare est ap. Gellium 1, 26. W.

Humum summis pedum unguibus contingentes in primos pedum digitos sese erigentes et proclinato capite *aulis* ollis *adsistunt.* W.

Digitos praerodentes.] Plautus Pseudol. Act. 3. Sc. 2. v. 91.

Ego ita convivis cenam conditam dabo
Hodie, atque ita suavitate condiam,
Ut quisque quidque conditum gustaverit,
Ipsos sibi faciam ut digitos praerodat suos. LINDENBR.

Digitos praerodentes] animo quasi proludentes. — *Nauseam* iniucundum illum odorem *horridae* semicrudae, *(dum excoquitur* perspicuitatis causa adiectum ab Ammiano, vel glossatore) *intentius despectantes* contemplantes, uti 24, 2. W.

Rimari cum anatomicis Democritum putes.] Fuit Democritus Medicinae peritissimus, et multos de Medicina scriptos libros reliquit. Scripsit enim διαιτητικὸν ἢ ἰατρικὴν γνώμην, et περὶ πυρετοῦ: ut refert in eius vita Diogenes. Nec desunt qui eum magistrum Hippocratis Coi fuisse dicant, ut scribit Cornelius Celsus in Prooemio librorum de Medicina. VALES.

Democritum.] Democritum Physicum Abderitanum. Pomp. Mela lib. 2. cap. 2. LINDENBR.

CAPVT V.

1. *Erupit Augustis ter Coss. Saxonum multitudo.*] Hanc Saxonum cladem Hieronymus in Chronico confert in annum Domini 374. Cassiodorus autem qui Hieronymi Chronicum exscripsit, in Consulatum IV. Valentiniani et Valentis, qui annus fuit 373. Natalis Dominici. Sed Marcellino, cui haec investigare propositum fuit, equidem assentiri malim. Contigit igitur haec Saxonum clades ex Marcellini nostri sententia anno Domini 370. Valentiniano et Valente III. Coss. De qua victoria sic Orosius in lib. 7. loquitur. *Valentinianus Saxones, gentem in Oceani litoribus et paludibus inviis sitam, virtute atque agilitate terribilem, periculosam Rom. finibus eruptionem magna mole meditantem, in ipsis Francorum finibus oppressit.* Quae verba Orosii ex istis D. Hieronymi adumbrata esse videntur: *Saxones caesi Deusone in regione Francorum.* VALES.

Augustis Valentiniano et Valente *ter Consulibus erupit Saxonum multitudo.* Saxonum primam mentionem facit Ptolemaeus et in historia primum apparent initio Seculi quarti imperante

Diocletiano, ſedes autem habuerunt in noſtra Holſatia. v. Mannerti Germania p. 326. W.

Romanum limitem Galliarum *petebat, ſaepe noſtrorum funeribus paſta* piratae enim, relictis navibus, continentem etiam vexabant, praedas, pecudes hominesque abigendo interficiendoque multum ubique detrimenti inferentes. W.

Nannenus ſuſt. Comes.] Hic eſt Nannenus, qui poſtea Magiſter militum fuit: cui et Quintino Maximus tyrannus infantiam filii ſui Victoris et tutelam Galliarum commiſit, ut ex lib. 3. Hiſt. Sulpicii Alexandri refert Turonenſis Gregorius in lib. 2. capite 9. In Regio codice ſcribitur, *Nanneius ſuſtinuit Comes.* **Eruptionis primam procellam* emendat Cluverius in lib. 3. cap. 21. pro *primae:* ſed nihil opus.* VALES.

Diuturno bell. labore compertus.] Codex Regius, [et Colbert.] *ac Toloſ.* cum Editione Auguſt. conſentiens vocem praemittit hoc modo, *dum diuturno, etc.* Proinde non dubito quin Marcellinus ita ſcriptum reliquerit, *dux diut. bellorum labore compertus.* Simile mendum in eadem voce notavi ſupra ad librum XXIII. c. 5. §. 20. VALES.

2. *Ad mortem deſtinatae plebi*] multitudini hoſtium, ad mortem usque obſtinatae, vel vincere vel mori paratae (cf. locum geminum 17, 2. deſtinatis barbarorum animis incredibili pertinacia obluctatis.) — *Severus peditum magiſter* per Gallias 27, 6. et omnino Ind. I. W.

3. *Diſcriminatis ordinibus*] exercitu in duas manus diviſo. — *Venialem pacem,* veniam pacemque 27, 5. (ad precem venialem proſtrati 29, 1.) W.

6. *Agiliter*] agili gradu 23, 5. W.

7. *Concorporalium*] commilitonum 21, 12. *commanipulares* Tacit. Hiſt. 4, 46. Cf. Beſſel. Miſc. p. 170. et Schel. ad Hygin. p. 3. W.

8. *Macriani*] cf. XVIII, 2. W.

9. *Burgundios*] Ammiani tempore Alamannorum *finitimos*, in Orientali Franconia habitantes. Plura de iis vide ap. Mannertum p. 431. W.

Et turbae immenſae viribus affluentes.] In exemplari Regio [et Colbert.] ſcriptum inveni, *et ubi immenſae:* in Editione autem Auguſtana, *et urbis immenſae.* An forte ita ſcripſerat Marcellinus, *et pubis immenſae viribus affluentes?* VALES.

11. *Sobolem eſſe Romanam Burgundii*] De Burgundiis eatenus hoc verum puto, quatenus in Aeduorum ſedes ſucceſſerunt. Aeduos autem conſanguinitatis cum Romanis nomine gloriari ſolitos, in Panegyrico Flavienſium legimus. Eosdem fratres quoque ex S. C. et amicos P. R. appellatos Caeſar ſcribit de Bello Gall. lib. I. c. 33. Cicero ad Atticum lib. I. Epiſt. 19. *Aedui fratres noſtri.* *Idem libro 7. Epiſt. 10. *ad famil. — non modo hoſtes, ſed etiam fratres noſtri Aedui.** Tacitus Annal. lib. XI. c. 25. *Primi Aedui Senatorum in Urbe ius adepti ſunt, datum id foederi antiquo, et quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano uſurpant.* *Herricus Altiſſiodor. in Vita D. Germani lib. I. *Hanc* (Aeduor. civitatem) *primum veniens Alpino a vertice Caeſar, Tunc cum barbarico ſuboleret Gallia ritu, Ad-*

ſcivit ſociam, gentisque in foedera traxit Romuleae, ſociosque novos fratresque vocavit. Inde vetus Auctor in Carmine de miraculo, quod accidit in Aeduico:

*Qua fraterna Remo progignitur Aedua pubes.** LINDENBR.

Subolem ſe eſſe Rom. Burgundii ſciunt.] Non probo explicationem Lindenbrogii, qui de Burgundiis eatenus hoc verum eſſe ſcripſit, quatenus in Aeduorum, qui fratres ſe populi Romani dicebant, ſedes immigraverunt: quod quidem nollem ab eo dictum fuiſſe. Primo enim ex hac explicatione ſequitur Burgundios fratres tantum populi Romani dici potuiſſe. At Marcellinus ſobolem Rom. vocat. Deinde nondum his temporibus, quorum hiſtoriam perſequitur Marcellinus, Burgundii Sequanorum et Aeduorum provinciam occupaverant. Id enim diu poſtea contigiſſe Proſperi et Caſſiodori et Oroſii ſcripta teſtantur. Alia igitur ratio quaerenda eſt, cur Burgundii ſobolem ſe Romanam eſſe dicerent. Eam ex Oroſii libro 7. hic apponam: *Burgundionum quoque novorum hoſtium novum nomen, qui plusquam 80. millia armatorum ripae Rheni fl. inſederunt. Hos quondam ſubacta interiore Germania a Druſo et Tiberio adoptivis filiis Caeſaris, per caſtra diſpoſitos aiunt in magnam coaluiſſe gentem: atque ita etiam nomen ex opere praeſumpſiſſe, quia crebra per limitem habitacula conſtituta Burgos vulgo vocant, etc.* Sed haec de Burgundionum origine falſa ac fabuloſa eſſe, recte docuit Cluverius in libri III. capite XXXVI.* VALES.

Subolem ſe eſſe Romanam Burgundii ſciunt] nempe poſteri Romanorum illorum, quos Druſus olim et poſt hunc Tiberius partim ad Albim, partim in aliis Germaniae tractibus in ſic dictis Druſi monumentis reliquerat. Sic optime Mannert p. 455. Cf. etiam Gibbon. T. VI. p. 191. W.

Quod ſalinarum cauſa Alamannis ſaepe iurgabant Burgundii.] Harum ſalinarum meminit Iohannes Saresberienſis in Epiſtola 196. *Utinam ſubmergatur in thermis quibus dignus eſt, quas meruit! utinam coniiciatur in rutae folium, aut ſepeliatur in ſalinario Aeduorum!** LINDENBR. Cf. Hadr. Valeſii Praef. p. LXXI. W.

Salinarum finiumque cauſa.] Sic quondam inter Hermunduros et Chattos atrox proelium exarſiſſe prodit Tacitus in Annalium libr. 13. c. 57. ob ſalem qui in flumine ac ſilvis in utriusque gentis confinio gignebatur. *Salam flumen a Tacito deſignari notat Cluverius in capite V. Eumdem amnem a Marcellino intelligi certum eſt, poſtquam Burgundiones vel Burgundii Chattorum, Alamanni Hermundurorum ſedes occupaverunt.* Et Strabo Lib. VII. p. 317. Almel. Autariatas ſcribit gentem Illyricam, continuum cum Ardiaeis bellum gerere ſalinarum cauſa, quae ἁλοπήγια appellat. VALES.

Finiumque cauſa Alamannis ſaepe iurgabant.] Burgundii confines erant Alamannis, ut docet Marcellinus in principio libri XVIII. c. 2. *Cum ventum fuiſſet ad regionem cui Capellatii vel Palas nomen eſt, ubi terminales lapides Alamannorum et Burgundiorum confinia diſtinguebant.* Idem notat Procopius in lib. I. Goth. et ante utrumque Mamertinus in Genethliaco, quem Maximiano Herculio dixit c. 17. *Burgundiones*, ait, *Alamannorum agros occupavere, ſed ſua quoque clade quaeſitos: Alamanni terras amiſere, ſed repetunt.* Quo in loco Mamertinus Burgun-

diones a Burgundiis aperte diſtinguit. Ait enim paullo ante: *Gothi Burgundos penitus exſcindunt: rurſum pro victis armantur Alani.* Atqui Marcellinus Burgundios hic pro Burgundionibus poſuit. Quos enim Burgundios vocat, eos Hieronymus in Chronico, et Oroſius Burgundiones appellant. Socrates in lib. 6. et Agathias in 1. βουργουζίωνας vocat, Iordanes in Hiſtoria Gothorum Burgundziones: ſic enim exemplaria MSſ. VALES.

Salinarum finiumque cauſa Alamannis (Dativ. cf. Wernsdorf. ad poet. min. Vol. II. p. 328.) *ſaepe iurgabant.* Salinae iſtae in regione, *cui Capellatii vel Palas nomen eſt,* ſitae fuerunt. Vide ſupra XVIII, 2. quaeque ibi notavimus. W.

Catervas miſere lectiſſimas.] Hieronymus in Chronico: Anno Domini 374. *Burgundionum 80. fere millia, quot numquam ante, ad Rhenum deſcenderunt.* Idem refert Caſſiodorus in Faſtis, Valentiniano IV. et Valente IV. Coſſ. Sed Marcellinus noſter id ponit Conſulatu Valentiniani et Valentis tertio, qui annus Chriſti fuit 370. Ceterum ante haec verba punctum notandum eſt, ſcribendumque: *Et catervas miſere, etc.* VALES.

14. *Generali nomine Rex appellatur Hendinos.*] Ut *Hendinos* Regis, ſic *Vergobrettus* magiſtratus apud Aeduos nomen erat. Caeſar de Bello Gall. lib. 1. c. 16. Gloſſarium vetus Lat. et Tiro ſive Cyprianus Karthag. de Notis litterarum Comment. II. cap. 1. Ita *Suffes* dictus Poenorum Magiſtratus, et Oſcorum *Mediaſtuticus* ſive *Meddix,* Samothracum *Theondas.* Feſtus Pomp. libb. 12. 19. Livius lib. 23. 24. c. 19. 26. c. 6. 30. c. 7. 45. c. 5. LINDENBR.

Hendinos.] Tangit, etſi ſine ulla meliore luce, Thom. Reineſius lib. III. Variar. lect. cap. 1. GRON.

Hendinos] De etymologia vocis quid afferam, non habeo; hoc ſcio, Ebraicae originis, quod vult Reineſius in Variis lect. p. 313. non eſſe. Poteſtatem eius circumſcriptam fuiſſe, Ammianus ipſe tradit, cuius verba Mannertus p. 434. Commentarium quaſi eſſe dicit eorum, quae Tacitus Germ. c. 43. de populis Germaniae aquilonaribus tradit: *regnantur, nondum tamen ſupra libertatem.* — Cf. Müller Geſchichte der Schweiz T. 1. p. 84. 85. W.

Solent Aegyptii caſus eiusmodi adſignare rectoribus.] In codice Regio [et Colbert.] et Auguſt. Editione ſcriptum inveni, *caſus eiusmodi ius aſſ.* ut forte ſic Marcellinus ſcriptum reliquerit, *caſus eiusm. ſuis aſſignare rectoribus.* Ceterum ideo hos caſus Aegyptii rectoribus ſuis vitio vertere ſolebant, quod eos haberent Deorum loco, et haec mala eos avertere poſſe ac debere crederent. Diodorus Siculus in lib. 1. c. 90. δοκοῦσιν οἱ Αἰγύπτιοι τοὺς ἑαυτῶν βασιλεῖς προσκυνεῖν τε καὶ τιμᾶν ὡς πρὸς ἀλήθειαν ὄντας θεούς· τοὺς βουλομένους τε καὶ δυναμένους τὰ μεγάλα εὐεργετεῖν, ἡγούμενοι θείας μετέχειν φύσεως. *Aegyptii Reges ſuos non ſecus ac Deos venerantur et colunt. Nam et eos non ſine Dei providentia ſummo imperio potiri exiſtimant: et qui maxima beneficia hominibus conferre volunt ac poſſunt, eos divinae naturae participes arbitrantur.* Quibus addi poteſt hic Minucii Felicis locus in Octavio c. 29. init. *Aegyptii ſane hominem ſibi quem colant eligunt: illum unum propitiant: illum de omnibus conſulunt: illi victimas caedunt: et ille qui ceteris Deus, ſibi certe homo eſt.* VALES.

Caſus eiusmodi adſignare rectoribus.] Non tantum Aegyptiorum gentilium opinio haec de Regibus ſuis fuit, ſed et Chriſtianorum quorumdam. Auguſtinus, ſive quis alius Auctor, lib. de XII. abuſion. gradib. *Qui regnum ſecundum hanc legem non diſpenſat, multas nimirum adverſitates imperii tolerat. Idcirco enim pax populorum ſaepe rumpitur, et offendicula de regno ſuſcitantur, terrarum quoque fructus diminuuntur, et ſervitia populorum impediuntur, multi et varii dolores proſperitatem regni inficiunt, carorum et liberorum mortes triſtitiam conferunt, hoſtium incurſus provincias undique vaſtant, beſtiae armentorum et pecorum greges dilacerant, tempeſtates aëris et hemiſphaeria turbata terrarum fecunditatem et maris miniſteria prohibent, et aliquando fulminum ictus ſegetes, et arborum flores, et pampinos quoque exurunt.* Propter quae Ammian. addit, *veteri poteſtate depoſita removetur Rex.* Quo etiam ſeveritas Moſſynoecorum ſpectat, qui Reges ſuos, cum prave imperitando culpam commeruiſſent, inedia diei totius punire ſolebant. Pomp. Mela lib. I. cap. 20. LINDENBR.

Sacerdos apud Burgundios omnium maximus vocatur Siniſtus.] Ut *Cupencus* apud Sabinos. Servius in Virgil. Aen. XII, 538. LINDENBR.

15. *Theodoſius Magiſter equitum*] per Gallias. W.

Ubi fertilibus agris acceptis.] Mſ. *fertilibus pacis accept.* *īc. fertilibus pagis acceptis.* LINDENBR.

Fertilibus] Gothofredus ad Cod. Theodoſ. T. I. p. 549. mavult *infertilibus.* W.

CAPVT VI.

2. *Auſturiani his contermini*] quos ipſe Ammianus 26, 4. Mauretaniae populis accenſet. Cf. Weſſeling. ad Anton. Itin. p. 66. — *In genuinos turbines revoluti* ad ſolitas finitimorum vexationes rediere. W.

3. *In otio*] abuſus otio noſtrarum provinciarum. W.

Noſtra peragrando licentius.] In Mſſ. Flor. Regio, et Valentino, *Toloſ.* [Colbert.] quaedam voces praemittuntur hoc modo, *uti novo noſtra peragr.* Et Mariangelus quidem Accurſius ex coniectura, ut apparet, edidit, *vere novo noſtra peragrando.* Gelenius autem utramque vocem ſatis audacter expunxit. Mihi videtur ſic legi poſſe commodius: *Stachao quidam nomine popularis eorum, ut in otio noſtra peragrando licentius, etc.* VALES.

Popularis eorum, noſtra peragrando.] Vetus codex inter *eorum* et *noſtra* inſerit duo haec verba *uti novo.* Legendum eſt *popularis eorum ut in hoſtico noſtra peragrando licentius.* OISELIUS. P. Pithoeus male in eodem codice legit *ut novo.* Nam et in codice Colbertino diſerte ſcriptum reperi *uti novo:* haud dubie pro *ut in otio noſtra peragrando licentius.* HADR. VALES.

Omni fallaciarum via prodere] barbaris a Romanis abalienatis. W.

4. *Leptim* coloniam Phoenicum, urbem et munitam et civibus frequentem, adoriri non ausi, *suburbanum* agros vicinos saltem *uberrimum*, copiosissimum caedibus, incendiis, rapinis foedaverunt. W.

Casu in agro inventum.] Editio Augustana cum Florentino codice consentiens sic praefert, *casuum feritatibus in agro inventum.* In Regio autem *et Tolos.* exemplari ita scriptum inveni, *casuum seritatibus:* [in Colbert. *Silvam quoque casuum seritatibus.*] Proinde levissima mutatione sic restituendum hunc locum existimavi, *casu cum caritatibus in agro inventum.* Paullo supra pro *aucti rapinis,* in eodem codice Regio, [et in Colbert.] *ac Tolos.* scriptum est, *reverti rapinis.* In August. Editione, *reversi rap.* Nec dubito, quin Marcellinus ita reliquerit, *referti rapinis,* etc. VALES.

Ordinis sui Primatem.] Id est Primatem Curiae Leptitanae: sic Primates Ordinis Alexandrini dicuntur in lege 4. et 190. Cod. Theod. de Decurionibus. *Curiae vertices* vocat Marcellinus in lib. 14. c. 7. ubi vide quae adnotavi, et addo legem 3. Cod. Theod. de Scenicis, et libr. xxx. cap. v. infra. VALES. Reliqui ista, ut et Henricus opinor per festinationem mendose scribens, et Hadrianus diligentiam poliendis fraternis scriptis debitam adhibere gravatus edidit: et intelligi ab eo reor libri XIV. caput VII, ubi tamen in principio non *curiae vertices,* sed *ordinis vertices* occurrunt. GRON.

5. *Romani Comitis per Africam.*] Ad quem rescriptum exstat Valentiniani Modesto et Arinthaeo Coss. relatum in titulo Cod. Theod. de div. officiis. Eiusdem meminit Zosimus in lib. 4. c. 16. eiusque avaritia factum esse ait, ut Mauri Firmum ad Imperium extollerent. VALES.

Uberius hic narrat Marcellinus, quae 27, 9. promiserat. W.

6. *Ita enormibus instrumentis*] commeatu nempe et camelis. *Dissimulanter* imparem se hostibus praetexens. *Nullo tentato,* ut nihil tentaret (qui usus τοῦ *nullum* pro *nihil* Nostro familiaris.) W.

7. *Legitimo die Concilii.*] In his Conciliis non soli Curiales, sed omnium ordinum et collegiorum homines conveniebant: et decreta condere ac legatos eligere consueverant, qui desideria totius provinciae Imperatori nuntiarent, ut patet ex titulo Cod. Th. de legatis, et decretis legat. et Imperatores ad haec Concilia saepe, si opus erat, rescribebant. Sic lex 2. in Cod. Theod. quemadmodum munera civ. directa est ad Concilium provinciae Africae: et lex 3. in eodem Codice de inofficioso testamento, ad Concilium Byzacenorum. VALES.

Victoriarum aurea simulacra (Victoriolas aureas Cic. de Nat. Deor. 3, 34.) sigilla istius Deae, pro auro, quod vocabant, coronario *ob imperii primitias* oblatas. W.

8. *Remigium Magistrum Officiorum*] 27, 9. — *Vicario* Praefecti Praetorio, Orientis nempe, cui et Africa paruit. W.

9. *Decreta*] literas publice datas. — *Disceptatio plena* accuratior *dilata est eo more, quo solent inter potiorum occupationes ludi potestates excelsae,* i. e. quo solent principes artibus aulicorum deludi. W.

Ludi poteſtates excelſae.] Id eſt Praefecti Praetorio, ad quos decreta legationesque civitatum mittebantur; ut patet ex titulo Cod. Theod. de legatis. Poſſunt etiam intelligi Quaeſtor ſacri Palatii, Magiſtri ſcriniorum, Comitis Conſiſtoriani, et alii, qui Imp. iudicanti adſidebant. Sic in lib. XVI. cap. 12. Marcellinus dixit: *Acceſſit huic alacritati plenus celſarum poteſtatum aſſenſus, maximeque Florentii Praefecti Praet.* *Idem queritur Valentinianus Aug. in Novella 7. de indulg. Reliquorum. HENR. VALES. Legendum *poteſtatis excelſae,* ut legitur in Editione Pariſienſi Roberti Stephani, et in Editione Lugdunenſi Gryphii. Intelligit Ammianus ludos Circenſes a Coſſ. exhiberi ſolitos, qui ob ſerias occupationes facile differri poterant. GISELIUS. At in codicibus Mſſ. praeſertim in Colbertino, legitur *poteſtates excelſae.* Neque heic de ludis agitur. Ut autem ego cenſeo, indicat ipſosmet Principes, quos *fortunas celſas* in libro XXX. vocat, ab officiis Palatinis et Aulicis odio, aut gratia, aut pecunia impulſis decipi conſueviſſe, cum relationibus falſis, tum ſuppreſſione veritatis, ac defenſionis reorum et querimoniarum Provincialium. Eius rei illuſtre exemplum habemus in libro XXIX. cap. 5. §. 2. in Firmo, qui Zammam fratrem ſuum Romano Comiti acceptum clam interemerat. Verba Ammiani ſunt: *Eius* (Zammae) *necem ulciſci impenſiore ſtudio properans Comes,* (Romanus) *ad inſidiatoris perniciem multa ciebat et formidanda. Utque rumores diſtulerunt adſidui, navabatur opera diligens in Palatio, Romani quidem relationes, multa et aſpera congerentes in Firmum libenter ſuſcipi, recitarique Principi, in earum favorem concinentibus multis: ea vero quae contra Firmus ſalutis tuendae gratia docebat crebro per ſuos, accepta diutius occultari: Remigio tunc Officiorum Magiſtro, affine amicoque Romani, inter potiores Imperatoris neceſſitates haec velut minima et ſuperflua nonniſi opportune legi poſſe aſſeverante. Quae cum ad obruendam defenſionem ſuam agitari animadverteret Maurus* etc. Nonne luditur poteſtas Diis aequa et ſuprema, ſeu Imperator Valentinianus, cui recitantur a pluribus in unum conſpirantibus accuſationes Firmi, occultabantur per Magiſtrum Officiorum et alios eius defenſiones, earum delatoribus, ſpecie maiorum Imperatoris negotiorum, longa dilatione fruſtratis, deriſis? Vide in Cari Vita dictum Diocletiani de Imperatoribus. De eodem queritur ipſemet Valentinianus Aug. in Novella VII. de indulgentiis reliquorum. HADR. VALES.

10. *Leptitanoque agro et Oeenſi.*] Oea ſeu Oeenſis colonia memoratur a Mela ac Plinio in Africae deſcriptione. Apud Ptolemaeum ἑῷα perperam ſcribitur pro ὠέα. In Itinerario quoque Antonini Oea colonia; in Tabula Peutingerorum Oſa colonia multiplici errore perſcribitur. Sita erat inter Sabratam et Leptim: ex quarum trium urbium nomine provincia Tripolis dicta eſt teſte Solino in cap. 30. Sane in Notitia Africae quam Iac. Sirmundus ante ſex annos edidit, Tripolitanae provinciae hae memorantur urbes, Leptis magna, Sabrata, Girba, Oea, Tacapa. In Collatione I. Carthaginenſi Marinianus memoratur Epiſcopus ab Oea: ſic enim legendum eſt, non autem *Aboea.* *Ita in Concilio Carthaginenſi ſub S. Cypriano Natalis ab Oea nominatur. Auguſtinus in Epiſtola V. ad Marcellinum de Apuleio loquens: *Et pro ſtatua ſibi apud Coenſes locanda, ex qua civitate habebat uxo-*

rem, adversus contradictionem quorumdam civium litigaret. Scribe, *apud Oeenses.* Uxor enim Apuleii Pudentilla Oeensis fuit, teste Apuleio ipso in Apologia.* VALES. Cf. Gibbon. T. VI. p. 216. Wesseling. ad Anton. Itin. p. 63. W.

Decurionibus multis.] Decuriones sunt, quos frequentius Curiales posterior aetas dixit, et melius. Curiales enim a Curia denominati, ut apud Graecos *βουλευταὶ ἀπὸ τῆς βουλῆς*. At Decuriones non dicuntur a Decuria. Neque enim municipales Ordines umquam Decurias vocitari videas, nisi in lege 176. Cod. Th. de Decurionibus. Sane Decuriae a Curiis multum distant: Decuriae enim proprie sunt collegia, in quibus Librarii, Scribae, Lictores, Viatores, Nomenclatores, et Accensi Magistratuum Rom. censebantur. Sic Decuria Lictoria Consularis, et Decuria Viatoria Consularis, quarum mentio fit in Thesauro Inscript. Gruteri, et in lege 1. Cod. Theod. de lucris offic. Erat Decuria in quam relati erant Lictores, et Viatores Consulum: et apud Scholiastem Iuvenalis in Sat. v. Decuria Quaestoria ea est, in quam Scribae Quaestorii referebantur. Cave enim ne cum Casaubono in Notis ad Suetonium in Octaviano, interpreteris de Decuria Equitum Rom. Sarmentus enim, quem Decuriam Quaestoriam emisse ait ibi Scholiastes, Scriba erat teste Horatio in Sat. 1, 5, 52. Quo sensu Cicero 4. in Verrem sub finem, Scribas irridet, qui Decuriam emerant nummulis corrogatis. Atque hae Decuriae Scribis partim sorte attribuebantur, ut docet Cicero in 4. Catilinaria; partim Magistratuum gratia, ut Livius in lib. 40. c. 29. scribit: *Scribam eum Quaestor in Decuriam legerat:* partim etiam pretio eos comparabant, ut praeter Ciceronem, et Scholiastem Iuvenalis supra citatos docet Suetonius in vita Horatii his verbis: *Victisque partibus venia impetrata, scriptum quaestorium comparavit.* Scriptus enim est officium Scribae: quo sensu scriptum facere dixit Piso de Flacco quodam apud Agellium in lib. 6. c. 9. et Livius in lib. 9. c. 46. *De his Scribarum Decuriis Suetonius in Claudio cap. 1.* Similiter etiam Decuria Praetoria quaedam fuit, cuius mentio in hac veteri Inscriptione: *Viator. Honor. Dec. Coss. et Praet.* Fuit et Decuria Iulia, de qua vide Indicem Gruteri: et Herculea, et Laurentum, de quibus loquitur lex 46. Cod. Theod. de cursu publico: *Diversorum Officiorum veterani etiamsi per suffragium ad Curiarum honorarium patronatum, aut ad societatem consortiumque Laurentum, aut ad Decuriae Herculeae suffragium adspirasse doceantur.* De Laurentum Decuria loquitur etiam haec vetus Inscriptio: *C. Firmio. C. F. Menen. Rufino equo. publ. Lauren. Lau. Dec. Flamin.* Id est, ut explicare soleo, Laurentinae Lavinatis Decuriae Flamini. Item altera Inscriptio: *M. Valerius. Achilleus. lictor. proximus. Laurens. Lavinas.* De his Decuriis intelligendus est Suetonii locus in Octaviano cap. 57. *Veterani, Decuriae, Tribus:* et Cornelii Taciti in lib. 13. c. 27. ubi de libertinis loquitur: *Hinc plerumque Tribus, Decurias, Ministeria Magistratibus et Sacerdotibus.* Postremo monendum id quoque est, has Decurias intelligi in lege 1. Cod. Theod. de lucris offic. et in titulo libri 14. Cod. Theod. de Decuriis urbis Romae, quod manifeste confirmat lex 1. eius tituli, qua iubetur, ut quicumque ad primos ordines Decuriarum vult promoveri, sit litteratus ex Librariis, aut Censualibus. Qui in his Decuriis erant, dicebantur Decuriales, ut patet ex ve-

tuſtis Inſcriptionibus. *Hi acta omnia et monumenta ſervabant, praecipue ſententias iudicum, contractus, adoptiones, et ſimilia. Unde Caſſiodorus in libri v. Epiſtola xxi. ſic ait: *Omnium hominum quies ac ſecuritas, et publica fides in eorum ſcriniis ſervabatur.* Praeerat autem his omnibus rector Decuriarum: de cuius officio vide Caſſiodorum Epiſtola 21. et 22. libri citati. Editae ſunt nuper Cl. Sarravii Epiſtolae, inter quas legitur Epiſtola Salmaſii pag. 110. in qua totam hancce obſervationem noſtram de ſcripto Quaeſtorio et Decuria Quaeſtoria a Salmaſio compilatam lector agnoſcet. Scripſit enim eam Epiſtolam Salmaſius ſex annis poſt primam Editionem Adnotationum noſtrarum in Amm. Marcellinum. VALES.

Inter quos Ruſticianus Sacerdotalis, et Nicaſius en. Aedilis.] Inter honores municipales, qui Decurionibus pro merito cuiusque deferri ſolebant, fuit Aedilitas, Sacerdotium, Flaminium, et Duumviratus, et ſimiles. De Aedilitate Tertullianus in Apologetico cap. 46. et Geſta purgationis Caeciliani et Felicis: hi a Graecis ἀστυνόμοι dicebantur, ut apud Arrianum in lib. 3. Diſſert. cap. 1. τοιοῦτόν σε θῶμεν πολίτην Κορινθίων, κἂν οὕτω τύχοι ἀστυνόμον, ἢ ἐφήβαρχον, ἢ στρατηγὸν, etc. De Sacerdotio autem ac Flaminio paſſim loquuntur Impp. in Cod. Theod. tit. de Decurionibus, nominatim in lege 21. ubi Sacerdotii honos a Flaminii honore diſtinguitur, perinde ac apud Sidonium in lib. 5. Epiſt. 7. et recte. Nam Sacerdotes provinciarum ſunt; municipiorum Flamines. Tertullianus de Idololatria: *Et coronae aureae Sacerdotum provincialium.* Et paſſim in titulo Codicis Th. de Decurionibus, Sacerdotes provinciae dicuntur. Pacatus in Panegyrico c. 37. *Reverendos municipali purpura Flamines; inſignes apicibus Sacerdotes.* Ac Sacerdotium quidem ἀρχιερωσύνη Graece dicebatur lege 112. eodem; Flaminium autem ἱερωσύνη. Et Sacerdos quidem in civitate metropolitana ſedebat; ut Sacerdos Iovis Opt. Max. Carthagine, ſicut eſt in Geſtis purgationis Felicis Epiſcopi: et Sacerdos provinciae Tripoleos Lepti, teſte hic Marcellino. At Flamines in municipiis erant, ut dixi. *Denique Sacerdotes ius habebant in reliquos Flamines totius provinciae, eosque eligere ſolebant: ut docet Eunapius in Maximo, ubi de Chryſanthio loquitur. Adimendi quoque eis Flaminii habebant poteſtatem: ſicuti indicat Iulianus Aug. in Epiſtola ad Arſacium Sacerdotem Galatiae, quam refert Sozomenus in lib. v. capite xvi.* Ceterum Sacerdotalis hic, et in Codice, is eſt qui Sacerdotio functus eſt: quemadmodum Duumviralis, qui Duumviratum geſſit, in lege 1. Digeſtis de albo ſcribendo, et in Apuleii Apologia, et in Cod. Theod. paſſim: ſic Praeſidalis, Proconſularis et ſimilia. VALES.

Ruſticianus Sacerdotalis.] Sacerdotalium munus, uti et Curialium, quorum velut portio quaedam erat, oneroſum valde fuit, quemadmodum ex plurimis retro Imperatorum Conſtitutionibus patet. Inſcriptio vetus: D. M. TI. CL. HONORATIANI CASTRENSIS MORINI SACERDOTALIS. Et bene in Actis martyrii Tharacii, Probi et Andronici: *Numerius Maximus Proconſul Ciliciae advocans Terentianum Sacerdotalem Ciliciae, iuſſit ei ſequenti die munera edenda curare.* Et poſt alia: *Maximus Proconſul indignans vocat ad ſe Terentianum Sacerdotalem Ciliciae, iubetque edi gladiatorium munus.* *Qui locus praeclare lucem dat Tertulliano

de Spectac. cap. XI. *Quid ergo mirum, ſi apparatus agonum idololatria conſpurcat de coronis profanis, de Sacerdotalibus Praeſidibus, de collegiariis miniſtris, de ipſo poſtremo boum ſanguine.* Iam enim cur Sacerdotales Praeſides ludis adhibiti, ex Actis ſcimus. Eoque alius Tertull. locus pertinet ex eodem lib. de Spectacul. cap. ultimo in fine.* Vide Cod. Theodoſ. L. 22. de Tironibus. LL. 46. 75. 145. 148. 166. 174. 176. de Decurionibus L. 2. Quemadmodum mun. civil. LL. 52. 54. de Haeretic. L. 20. de pagan. ſacrif. L. 1. de Spectacul. LINDENBR.

11. *Ruricio Praeſidi*] XXVII, 9. W.

12. *Fide congrua*] accurate et ſine partium ſtudio. W.

17. *Praeſtructus*] antea monitus (a Remigio). *Numerorum principiis* ducibus militum. *Tamquam potenti et Palatii Summatibus proximo* ſupra Tribuno et Notario. *Praeſtarent* concederent. W.

19. *Miſſus ut Notarius incorruptus donativum,* etc.] Notarii fere ab Imperatoribus eligebantur, qui donativum militibus erogandum perferrent. Sic Marcellinus Comes in Chronico, Patricio et Hypatio Coſſ. *Anaſtaſius,* ait, *Imperator donativum Illyricianis militibus per Paulum Tribunum Notariorum erogandum miſit.* VALES.

20. *Flagitiorum arbitra conſcientia.*] Id eſt flagitiorum conſcientia velut arbitra Palladium cum Romano conciliavit. Sic Tacitus in lib. 6. c. 4. dixit: *Cur mutua accuſatione intentata nunc ſileant? metum prorſus et noxam conſcientiae pro foedere haberi.* Idem in lib. 4. Annalium: *Iidemque ſermones, tamquam vetita miſcuiſſent, ſpeciem artae amicitiae fecere:* et in eamdem ſententiam appoſite Iuvenalis in Satyra 3. v. 50.

Quis nunc diligitur niſi conſcius, et cui fervens
Aeſtuat occultis animus ſemperque tacendis?

Et paullo poſt:

Carus erit Verri, qui Verrem tempore quo vult
Accuſare poteſt.

*Quibus adde Chryſoſtomum Homilia 59. in Matthaeum ſub finem, ubi de malis rectoribus loquitur: τοὺς συνειδότας αὐτοῖς ἅπαντας τρέμοντες: et in Homilia 21. in Epiſtolam Pauli ad Romanos pag. 301. Auguſtinus in Pſalmum 36. Homilia 2. *Duo,* inquit, *iniuſti vix ſe patiuntur: et quando ſibi videntur diligere, conſcientiam ſibi debent, non amicitiam.** VALES.

Merita] cauſſas vel veras vel fictas. W.

21. *Domeſticum ſuum illuc volucriter miſit.*] Ita Mſ. ut *lib. 20. cap. 4. *Occupavere volucriter regiam.** Lib. XXI. cap. 9. *Volucriter ad deſtinata feſtinans.* Lib. XXIX. cap. 1. *Maligna inſectatione volucriter perurgebat.* LINDENBR.

Domeſticum ſuum] v. ſupra ad XV, 6. init. et Ind. II. W.

22. *Ruricium Praeſidem, ut mendacem.*] Ruricius Praeſes erat Tripoleos ſeu Tripolitanae provinciae. Is ſuper vaſtatione provinciae, et incurſu barbarorum relationem ad Principem miſerat cum decretis et deſideriis Concilii Tripolitanorum. VALES.

Immodica] liberius dicta. W.

23. *Sitiſim* (Setif) *Uticam* (Satkor). W.

Vicarii Crefcentis.] Crefcens Vicarius Africae fuit, Gratiano II. et Probo Coff. ut difcimus ex lege 17. Cod. Theod. de annona et tributis; qui fuit annus Natalis Dominici 371. Hoc itaque vel fequenti anno geftum id eft, quod memorat Marcellinus. VALES. Cf. omnino *Tillemont* T. v. P. 1. p. 42. ff. qui, quibus annis haec Romani fcelera tribuenda fint, expofuit. W.

Addicti] abfolute; fubintell. fupplicio, quod aliis locis, v. c. 15, 3. additum. W.

Conftanter faluti fuae (pro falute) *propugnans* cf. 18. 8. *Neceffaria ad expeditionales ufus* camelos cet. W.

24. *Sollicitatis cuftodibus*] vel corruptis vel deceptis. *Fatali lege* morte fua, naturali. W.

25. Sic ab hoftibus aeque ac Romanis vexata Tripolis, fed *ipfa Iuftitia non indefenfam* eam reliquit, et execrationes iniufte necatorum habuere eventum. — *Sacramento folutus* exauctoratus, paullo poft *proiecticius*, ergo cum ignominia dimiffus. W.

26. *Cum Theodofius veniffet in Africam* 29, 5. *Praefcripti* antea memorati *Romani rem mobilem fcrutaretur*, tabularia inprimis, chartas. (Ernefti exponit: *omnia praefcripta, eorumque quafi tabularium.* vereor ut recte; faltem tum verba *ut iuffum eft,* abundant vel pro gloffemate funt habenda.) W.

Apud aures facras.] Aures facras, et divinas aures Principibus tribuebant illo tempore: et ita loquitur, ut ceteros mittam, Symmachus in lib. x. Epift. 34. Eumenius in Orat. de fcholis, et Imp. in lege 9. Cod. Theod. de legatis. VALES.

27. *Quas criminum coxerit moles.*] Erneft. hac quaefita metaphora refpici putat ad diuturnitatem, qua fiunt maturae fruges et infinitae res aliae, ut etiam homines *cocti* dicantur, qui funt aevo maturi. At vero fimplicius videtur *coxerit* explicare *mifcuerit.* W.

In ftatione.] Id eft in manfione quadam militari, aut in mutatione. Stationem enim fic a Marcellino fumi folere fupra notavi: fed fi hic ita fumitur ftatio, cur ftationis feu opidi nomen praetermifit Marcellinus? VALES.

Fefto die Chrift. ritus in Ecclefia pernoctabant.] Mos erat veterum Chriftianorum, ut quo die Synaxis erat futura, de nocte in Ecclefiam convenirent, et orationi vacarent. Athanafius in Apologia ad Conftantium: *καὶ ἡμεῖς μὲν ηὐχόμεθα συνήθως, ἐπειδὴ παννυχὶς ἦν ἐσομένης συνάξεως.* Et multo poft: *νὺξ ἦν, καὶ τοῦ λαοῦ τινὲς ἐπαννύχιζον προσδοκωμένης συνάξεως.* VALES.

Fefto die Chriftiani ritus in Ecclefia pernoctabant.] *Pervigilia baptizandorum apud Tertull. de Baptifmo cap. 20. De Pernoctatione in Ecclefiis Athanafius in Apologetico pag. 538.* Antiquiffimum atque praecipuum Chriftianorum pervigilium fuit, quod in Pafchali fefto celebrabant, ipforum Apoftolorum fcitu inftitutum, ut autumant, qui Clementis Rom. fidem non furcillant. Sic enim ille Conftitut. Apoftol. lib. v. cap. 20. *Ἀπὸ ἑσπέρας πέμπτης μέχρις ἀλεκτροφωνίας ἀγρυπνοῦντες, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐν ἐκκλησίᾳ συναθροιζόμενοι γρηγορεῖτε προσευχόμενοι, καὶ δεόμενοι τοῦ θεοῦ ἐν τῇ διανυκτερεύσει ὑμῶν ἀναγινώσκοντες τὸν νόμον, τοὺς προφήτας, τοὺς ψαλμοὺς, μέχρις ἀλεκτρυόνων κραυγῆς.* Verusne an fuppofiticius hic Clemens, non difputo: certum equidem pri-

mogeniorum Christianorum hunc morem fuisse. Et Gregor. Nyss. his plane similia scribit *εἰς τὸ ἅγιον πάσχα*: *Τὸ μὲν γὰρ ὁρώμενον τοῖς ὀφθαλμοῖς, φῶς ἦν τῇ τοῦ πυρὸς νεφέλῃ διὰ τῶν λαμπάδων ἡμῖν ἐν τῇ νυκτὶ δᾳδουχούμενον· ὁ δὲ παννύχιος ταῖς ἀκοαῖς προσηχῶν λόγος, ἐν ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς.** Maximus Episc. Taurinens. Homilia 1. in nativitate Pentecostes: — *Sicut modo fecimus*, (in sollemnitate Paschali) *ieiunavimus sabbatho, vigilias celebravimus, orationibus pernoctantes institimus.* *Vid. Lactant. lib. 7. cap. 19. Accessere postea aliorum quoque sollemnium vigiliae, quas magno cum castu religiosiores peragebant, donec a vero cultu ad superstitionem sanctitas paullatim prolapsa est: solumque nunc id nocte, qua Dominus noster Christus natus, ex decreto Telesphori PP. et quibusdam in locis in honorem Iohannis Baptistae, pervigilium in Romana Ecclesia frequentatur.* Ausonius in Orat. Paschali:

> *Ut longum celebris devotio continuetur,*
> *Ad temet properant vigilatu convenientes.*
> *Nox lucem referet funalibus anteferendam,*
> *Nox lumen pariens credentibus indubitatum,*
> *Nox flammis operum mediatrix sidereorum.*

Ado Viennens. pag. 162. *Desperatione deposita reditur ad Ecclesiam, in eaque vigiliarum nocte sancti Paschae concepit animo Rogationes.* Euseb. Histor. Eccles. lib. 2. cap. 17. interprete Rufino: *Vigilias, sicut apud nos sollemnitas celebratur, cum in ieiuniis pernoctare, et lectionibus sanctis auditum praebere consuevimus.* Alcimus Avitus Episc. Viennens. de prima festi Rogationum institutione pag. 339. *Tracta sunt haec inter timores publicos et rumores privatos usque ad imminentem vigiliarum sollemnium noctem, qua celebrari festum Dominicae Resurrectionis annua consuetudo poscebat.* Tertull. lib. 2. cap. 4. ad Uxorem: *Quis* (gentilium uxorem suam Christianam) *nocturnis convocationibus, si ita oportuerit, a latere suo eximi libenter feret? Quis denique sollemnibus Paschae abnoctantem securus sustinebit?* Vide quae ad hunc locum Pamelius.* LINDENBR.

In ecclesia] templo. Sic XXII, 11. et alibi. — *Innodato gutture laquei nexibus interiit* gulam sibi ipse fregit. W.

28. *Linguas ut prodigas*] procaces, iusto liberiores. W.

Ad Hesperium Proconsulem.] Hesperius Proconsul Africae fuit, Valente V. et Valentiniano Iuniore Coss. ut scriptum est in lege 3. Cod. Theod. de Scenicis, qui annus fuit Natalis Dominici 376. Idem postea Praefectus Praetorio Galliarum fuit, una cum patre suo Ausonio, Consulatu Ausonii ipsius et Olybrii, ut est in Codice Theodosiano. Quod confirmat etiam Ausonius in Gratiarum actione ad Gratianum, quam dixit tum, cum e Consulatu decederet (p. 576. edit. Floridi): *Ad Praefecturae collegium filius cum patre coniunctus.* Et paullo post: *Et tui tantum Praefectura beneficii, quae et ipsa non vult vice simplici gratulari, liberalius divisa quam iuncta, cum teneamus ambo integrum, neuter desideret separatum.* Itaque tunc primum videntur duo simul fuisse Praefecti Praet. per Gallias. Ad hunc Hesperium exstant Epistolae Symmachi in lib. 1. VALES.

Et Flavianum Vicarium.] Flavianus Vicarius Africae memoratur in lege 2. Cod. Theod. ne sanctum Baptisma iteretur, Gra-

tiano IV. et Merobaude Coss. anno Christi 377. Idem postea Praefectus Praetorio Illyrici et Italiae Antonio et Syagrio Coss. lege 13. Cod. Theod. de poenis, anno Dom. 382. et iterum anno 391. Consulatu Tatiani et Symmachi Praefecturam administravit, ut praeter leges in Cod. Theod. de Apostatis, docet Symmachus in lib. 2. Epist. 61. Anno item sequenti cum Eugenius tyrannidem arripuisset, auctoritate sua Flavianus adhuc Praefectus Praet. eum impulit, ut se ad bellum pararet, *extis victoriam ei portendi* affirmans, ut scribit *Rufinus in libro XI. cap. 33.* et ex eo Sozomenus in lib. VII. cap. 22. Denique Consul fuit teste Symmacho in lib. 2. Epist. 82. et 83. ab Eugenio, ut opinor, factus: quo fit, ut nomen eius in Fastis non compareat. Huic Romae statua posita est cum hac Inscriptione: VIRIO NICOMACHO FLAVIANO. V. C. QUAEST. PRAET. PONTIF. MAIORI CONSULARI SICILIAE VICARIO AFRICAE. QUAEST. INTRA PALATIUM. PRAEF. PRAET. ITERUM COS. ORD. HISTORICO DISERTISSIMO Q. FAB. MEMMIUS SYMMACHUS V. C. PROSOCERO OPTIMO. *Eiusdem Flaviani Praef. Praet. meminit Paulinus in Vita Ambrosii.* VALES.

Auctoritate nixa iustissima.] Auctoritas hic pro imperiali praecepto ponitur, ut apud Symmachum, Sulpicium Severum, Ambrosium Epist. 29. et alios. Interdum etiam pro iudicum decretis et iussionibus sumitur, ut in Edicto Theodorici, et in veteri Inscriptione: *Ex auctoritate L. Turci. Aproniani. V. C. Praef. Urbis, etc.* Mss. tamen codices hoc in loco scriptum habent, *auctoritate mixta iustissima.* Sic enim in Regio et Valentino exemplari [et Colbert.] perscriptum reperi: quibus Augustana ac Basiliensis Editio suffragantur. VALES.

Caecilio] supra nominato Romani consiliario. W.

29. *Cothurni terribilis fabulae* tragoediae *hoc quoque post depositum aulaeum* (cf. ad 26, 6. notata) *accessit,* quasi *exodium* (Nachspiel). W.

Merobaudis, Magistri fortasse tum Officiorum, favore susceptus est, denuoque, ut provinciales aliqui evocarentur, impetraverat. W.

30. *Obsimulatis documentis probabilib.*] Hic locus mihi quidem corruptus videtur. Si enim haec documenta probabilia erant, quomodo simulata dicuntur? nisi forte *obsimulata* idem valet atque *opposita:* quod certe aut omnino dicendum est, aut emendandum hoc modo: *Frustraque se tractos ob simultates documentis probabilibus ostendissent.* VALES.

Laqueo vitam elisit] mire dictum pro suspendit sese. *Loco congruo* v. infra 30, 2. W.

AMMIANI MARCELLINI

LIB. XXIX. C. I.

2. *Traianus Comes*] Armeniae. v. Ind. I. W.

3. *Vagabanta*] locum Meſopotamiae. W.

4. *Utrimqueſecus*] ex utraque parte. cf. 21, 12. — *Ad ſedes* domum. W.

Antiochiam Imp. Rom. ingreſſus.] Valens Imperator Antiochiam ingreſſus eſt, Gratiano II. et Probo Coſſ. ut colligo ex lege 74. et 76. Cod. Theod. de Decurionibus. Quod etiam teſtimonio Libanii confirmari poteſt: qui in Vita ſua ſe quinquagenarium fuiſſe Ioviano adhuc imperante teſtatus pag. 46. poſtea pag. 48. annum aetatis octavum et quinquageſimum egiſſe ſe dicit, tunc cum Valens Aug. Antiochiam venit. Cum igitur ab exitu Ioviani ad Conſulatum Gratiani II. anni ſint octo, relinquitur Valentem eo quem dixi anno Antiochiam introiſſe. Adde Socratem in lib. 4. cap. 13. VALES.

Ut aperiet ſeries delata (Reineſ. mavult *dilatata*) *geſtorum.* cf. omnino Zoſ. 4, 15. W.

5. *Inquies*] cf. 19, 5. — *Palatinos* h. l. qui ſub Comite largitionum reditus exigebant. v. Ind. II. *Exigi iuſſos,* qui iuſſu Imperatoris de aerario intercepta reſtituere debebant. W.

Comiti Fortunatiano.] Comitem rerum Privatarum intellige, ſub cuius iurisdictione erant Palatini, qui rei Privatae titulos exigebant. Fortunatianus enim Comes rei Privatae dicitur Valentiniano Nobil. puero, et Victore Coſſ. in Codice Theod. de metallis, et titulo de aquae ductu: quam dignitatem etiam inſequenti geſſit anno, ut docet ſubſcriptio legis 2. Cod. Theod. de tironibus. De eodem Zoſimus in lib. 4. c. 14. ubi hanc hiſtoriam narrat: Φορτουνατιανὸς τῇ τῶν βασιλικῶν ἐφεστὼς ταμιείων φροντίδι, γοητείας γραφὴν φεύγοντα κρίνων ὑπέβαλεν αἰκισμοῖς. *Fuit porro inter praecipuos amicos Libanii, eumque Libanius virum doctiſſimum fuiſſe teſtatur, et tam proſa quam verſu diſertiſſimum: ut docet Epiſtola 262. libri 4. et 25. libri 5.* VALES. Reineſ. „Φορτουνατιανὸς τῇ τῶν βασιλείων ἐφεστὼς ταμιείων φροντίδι. Zoſ. 4, 14. Ad Fortunatianum eſt l. 2. Cod. Theod. de tironibus Impp. Valent. et Val. data prid. Kal. Febr. Marcianopoli Coſſ. Auguſtis ipſis, h. e. A. 365. it. ad Fortunatianum Com. rei privatae l. 5. de metallis et metallariis Antiochiae prid. Kal. Mart. A. 369." W.

Quia nimia asperitate.] In codice Regio [et Colbert.] ſcribitur, *qui animi aſperitate;* quam ſcripturam in Auguſtana etiam Editione reperi. VALES.

Pro poteſtatis auctoritate, quam regebat. Wopkens in Act. Soc. Traiect. T. II. p. 117. mavult *gerebat;* tum vero plura Ammiani loca eſſent corrigenda. W.

Heliodorum fatorum per genituras interpretem.] Eumdem infra Mathematicum appellat. Hi etiam Genethliaci dicebantur, ut in lib. 14. cap. 1. Agellii legitur; Graecis γενεθλιαλόγοι, et γενεσιαλόγοι. Sic enim Artemidorus in lib. 2. cap. 74. περὶ δὲ μαθηματικῶν τῶν γενεσιαλόγων: et Origenes contra Celſum, ni fallor. Unde in capite 60. Concilii in Trullo pro τὴν τύχην καὶ εἱμαρμένην καὶ γενεαλογίαν, ſcribendum videtur γενεσιαλογίαν. Cicero, Vitruvius, et plerique antiquiorum Chaldaeos vocabant, eo quod haec praedictionum ratio a Chaldaeis primum inventa ſit. Quamquam alii Aegyptios auctores faciunt, ut Arnobius in lib. 2. *Quando ſiderum motus, aut ratio coepta eſt Genethliaca ſciri? non poſt Theutatem Aegyptium, etc.* cui opinioni favere videtur Marcellinus noſter in fine lib. 22. quum ait de Aegyptiis: *Super his ſcientiam callent quae fatorum vias oſtendit.* De iisdem Genethliacis ſentit etiam in lib. 30. cap. IV. *Hi velut fata natalicia praemonſtrantes, etc.* Contra huius ſcientiae vanitatem disputat Favorinus apud Agellium in lib. 14. et Cicero in 2. de Divin. c. 47. cuius haec verba ſunt inprimis notanda: *Quam multa ego Pompeio, quam multa Craſſo, quam multa huic ipſi Caeſari a Chaldaeis dicta memini, neminem eorum niſi domi, niſi cum claritate eſſe moriturum? ut mihi permirum videatur, quemquam exſtare qui etiamnum credat iis, quorum praedicta videat re et eventis refelli.* VALES.

Praetor. iudicio tradidit Praefecturae.] Modeſti ſcilicet Praefecti Praetorio. Nam ut ſcribit Zoſimus in lib. 4. c. 14. cum Palatini illi, veneficii accuſati, a Fortunatiano tormentis ſubditi, multos conſcios nominaſſent: res cognitioni Modeſti praef. mandata eſt, eo quod perſonae exhibendae erant, iurisdictioni Comitis Privatarum haudquaquam obnoxiae. VALES.

6. *Rudentem explicuit immenſum* (qua eadem translatione uſus Cicero de Divin. I, 56.) longam narrationem incepit. W.

Fiduſtium Praeſidialem.] Id eſt Praeſidatu functum, ut ad lib. 22. c. 14. notavi. Huius autem Fiduſtii meminit Libanius in vita ſua p. 56. εὗρον ἕτερον λόχον, Φιδούστιόν τε καὶ οὗς ἐκεῖνος ἐπανέστησε τῷ σκήπτρῳ, etc. Irenaeum quoque et Pergamium eius factionis conſcios ibidem Libanius commemorat: quos cum interrogaſſet Valens num et Libanius particeps foret, illi ignarum et inſontem eſſe Libanium confeſſi ſunt, tametſi Pergamius Libanio eſſet infenſus. * De hoc eodem Pergamio loquitur in Epiſtola 101. ad Ariſtophanem Corinthium in libro 4. Epiſt.* VALES.

Deteſtandis praeſagiis (vaticinandi praeſagium 21, 1.) W.

7. *Abſolute*] clare, aperte, ſine tergiverſatione. — *Motas ſortes.* Movere vox ſolemnis de rebus ſacris, oraculis, ſortibus adhibita. Gronov. Obſſ. p. 99. W.

8. *Cunctantibus*] audiendi cupidis. *Theodorus, ſecundum inter Notarios adeptus iam gradum.* τοῖς βασιλικοῖς ὑπογραφεῦσιν ἐναριθμούμενος Zoſim. IV, 13. W.

Anti-

Antiquitus claro genere in Galliis natus.] Elogium Theodori habes etiam apud Chryſoſtomum in Epiſtola ad iuniorem viduam. Sed eum in Sicilia natum eſſe Chryſoſtomus affirmat his verbis, quae quoniam adhuc a nemine obſervata ſunt, hic praeteriri non debent. Θεόδωρον ἴσως ἀκούεις τὸν ἀπὸ σικελίας· καὶ γὰρ τῶν σφόδρα ἐπισήμων ἐτύγχανεν ὤν. οὗτος καὶ κάλλει καὶ μεγέθει σώματος καὶ παῤῥησίᾳ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα πάντων κρατῶν, καὶ δυνάμενος ὅσα τῶν ἔνδον στρεφομένων οὐδεὶς, οὐκ ἤνεγκε τὴν εὐπραγίαν πράως ἐκείνην· ἀλλ᾽ ἐπιβουλεύσας βασιλεῖ καὶ ἄλους, αὐτὸς μὲν ἀπετμήθη, ἡ δὲ τούτου γυνὴ πάντων ἄφνω γυμνωθεῖσα τῶν αὐτῆς, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐκπεσοῦσα, ταῖς ταμειακαῖς ἐρίθοις ἐγκατελέγετο. *Theodorum ſorte audiſti illum e Sicilia oriundum: ſuit enim vir in primis illuſtris. Hic cum et formae dignitate, et proceritate corporis, et erga Principem ipſum libertate omnes ſuperaret, tantumque poſſet quantum in palatio nemo, felicitatem ſuam moderate non tulit: ſed inſidias Principi ſtruens cum deprehenſus eſſet, ipſe quidem poenas capite dedit: uxor autem ipſius ſubito bonis omnibus et ipſa quoque libertate ſpoliata, inter cellarias ancillas relata eſt.* Igitur Theodorus natus quidem erat in Sicilia: ſed eius origo erat ex Gallia teſte Marcellino. Et ſic conciliandus eſt cum Marcellino Chryſoſtomus. Eadem ratione originem a patria ſeparari videas paſſim in Hiſtoria Auguſtorum. Nec aliter conciliare ſoleo Aurelium Victorem cum Victoris Epitome: ex quibus alter (de Caeſ. c. 12.) Nervam Cretenſem vocat, altera c. 12. Narnienſem. Nulla enim eſt disſenſio, ſi intelligamus Nervam Narniae quidem genitum, origine autem Cretenſem fuiſſe. VALES. Simile exemplum iam ſupra adfuit xv, 3, 4. W.

Semper officio, locoque quem ret. ſuperior videbatur] Eodem plane modo Valentinianum laudat Socrates in principio libri 4. ἦν δὲ καὶ μεγαλόψυχος ὁ ἀνὴρ, καὶ ἀεὶ τῆς παρούσης τύχης μείζων ἐφαίνετο: *et Gregorius Naz. de Caeſario fratre loquens in Orat. 10. pag. 166.* VALES.

9. *Per Euſerium.*] Scribendum puto *Eucaerium*, quod nomen originem Graecam habet εὐκαίριος: ſic *Eucaerus* quidam Alexandrinus memoratur a Tacito in lib. 14. c. 60. VALES. Reinelius legendum ſuſpicabatur *Euſemum*, εὔσημον, διάσημον, provocans ad Inſcript. 4. p. 1037. W.

10. *Geſtorum volumine*] actis criminalibus ad Imperatorem miſſis. W.

Praefecti Praet. tunc Modeſti.] Is Auxonio Praefecto Praet. ſucceſſerat ex anno Dom. 371. Gratiano II. et Probo Coſſ. Nam Auxonius ſub initium huius anni, aut ſub alterius exitum deceſſerat, ut docet lex 2. Cod. Theod. de patrociniis vicorum. Zoſimus in lib. 4. c. 11. τελευτήσαντος δὲ τοῦ τῆς αὐλῆς ἐπάρχου (Auxonium intelligit) Μοδέστῳ ταύτην παραδίδωσι τὴν ἀρχήν. Ex his patet graviter halucinatum eſſe Scaligerum, qui in lib. 2. Auſon. Lectionum cap. 17. affirmat Auxonium in Codice Th. vitioſe perſcribi, et Auſonium emendandum eſſe. Atqui Auxonius is de quo dixi, anno Dom. circiter 371. abiit e vita: Auſonius autem diu poſt hunc annum et Conſul et Praefectus fuit. Adde quod Auxonius Praeſ. Praet. Orientis fuit ſub Valente, cum Auſonius Praefectus fuerit Praet. per Gallias ſub Gratiano. Ceterum Modeſtus huic iudicio quod narrat Marcellinus, a Valente prae-

fectus est: et cum sedulam operam in hac quaestione navasset, Consulatum insequenti anno praemii loco accepit. *Hunc porro Modestum intelligit Gregorius Nazianzenus in Oratione funebri de laudibus Basilii Magni, ut testatur etiam Theodorus: quem quidem Arianum fuisse, utpote ab Arianis baptizatum, Gregorius refert, et variis blanditiarum artibus Valentem sibi conciliando, Praefecturam Praetorianam diutius retinuisse. Idque de ipso Marcellinus noster commemorat cum heic, tum in libro 30. VALES.

11. *Obumbratis blanditiarum concinnitatibus cavillando* obscuris tornatisque quasi verborum formulis, iisdem tamen ironicis reapse et delusoriis *Valentem subrusticum* insipidum *sibi commulcebat* conciliare studebat. — *Vanitiem* 21, 1. — *Sidera quoque exhiberi* sisti, coelo evocari, ut iussis eius parerent. W.

12. *Theodorus a Constantinopoli — rapi iubetur*] Antiochiam nempe adducendus, ubi tum versabatur Valens. *Ex praeiudiciis* antea habitis consultationibus. W.

13. *Carceres distenti*] plures in urbe. — *Catervas constipatione vaporata confertas* ita confertas, ut prae vapore ducere spiritum vix possent, paene suffocarentur. W.

14. *Aliquando tamen*] i. e. aliquando tandem. Sic cod. Colbert. monente Hadr. Vales. in Praef. p. LVIII. *Praemortuus* ante mortem quasi mortuus et *atratus* squalidus. — *Territorii* agri Antiocheni. — *Indagines* inquisitiones. W.

15. *Salutem tunc in extrema demersam*] vitam in summum periculum adductam — *discriminibus in Thracia* v. 31, 13. W.

16. *Vitae terminis* cet. *frenantibus* cum a Parcis praestitutus terminus conatus omnes irritos faceret. W.

17. *Ut sub Principibus Commodo et Severo nonnumquam accidebat*] Vide Herodian. lib. I. et III. Xiphilinum ex Dione Lib. LXXII. c. 4. Lamprid. in Commod. c. 4. *Tertullian. Apologet. cap. 35.* LINDENBR.

In amphitheatrali cavea] angusto aditu, qui ad amphitheatrum ducebat. W.

A Quintiano Senatore.] Sic eum Herodianus I, 8. nominat, quem ubique sequitur Marcellinus noster, ut recte Casaubonus notavit ad Scriptt. Hist. Aug. T. I. p. 482. At Xiphilinus in Commodo Lib. LXXII. c. 4. et Lampridius c. 4. Claudium Pompeianum vocant, itidemque Zonaras: sed non dubito, quin corrupti sint in hac parte Dionis codices, et Lampridium, et Zonaram, et Xiphilinum in errorem induxerint. Etenim Pompeianus Commodi manus evasisse dicitur ab ipso Dione in lib. 72. et Pertinaci quoque superstes fuisse in lib. 73. c. 3. et apud Capitolinum in Pertinace c. 2. vita quoque et moribus sanctissimus, planeque Commodi dissimilis fuisse proditur ab iisdem. Itaque certum habeo, apud Xiphilinnm pro his verbis, Κλαύδιος πομπηϊανὸς ἐπεβούλευσε, scribendum fuisse, Κουαδράτος ἐπεβούλευσε, quod ex sequentibus liquido confirmatur. Subiicit enim Xiphilinus eum cum Lucilla stupri consuetudinem habuisse, eique Lucillae filiam desponsam: eumdem ob lasciviam Commodo carum fuisse, quocum ludere et vagari solebat. Quae omnia in Pompeiani quidem gravitatem non cadunt: Quadrato vero optime conveniunt, ut docet Herodianus in lib. I. VALES. Reimarus ad Dionis 72, 4.

ita litem componit, ut dicat, more Romanis consueto duo nomina ei fuisse Quintiani Pompeiani, tresque omnino illius aetatis Pompeianos probe discernendos esse. cf. Tillemontium T. 2. p. 770. et 1070. W.

Alter (Septimius Severus) *a Saturnino consilio Plautiani Praefecti in cubiculo* paene *confoderetur.* Et hic dissentit noster a Dione 76, 2. qui Saturninum a Plautiano quidem ait subornatum, sed rem omnem ad Imperatorem detulisse. cf. Tillemont. T. III. p. 108. W.

18. *Nocentes innocentesque maligna infect.*] Idem scribit Libanius in vita sua, pag. 56. (Reisk. I. p. 113.) *καὶ ἐχώρει μὲν διὰ τῶν ἠδικηκότων ὁ βασιλεὺς τὴν ἀρχήν· προσετίθετο δέ τις καὶ τῶν οὐδὲν τοιοῦτον ἐπισταμένων. μάντις δὲ ἅπας ἐχθρὸς καὶ ὅτῳ τε ἐδέησε τῆς τέχνης διδάσκεσθαι περὶ τῶν ἰδίων. Et Imperator principio quidem nocentes supplicio afficiebat: postea vero quidam involuti sunt, qui nihil tale norant omnesque vates, et qui vatum opera in privatis suis negotiis usi fuerant, hostes publici habebantur.* Quibus consentanea scribit Sozomenus in lib. 6. cap. 35. VALES.

19. *Novos hiatus*] fontes ad avaritiam explendam. — *Institutum* ingenium hominis. W.

Mortem in acie linguae portantis.] Aut addendum aut tacite subaudiendum est hoc modo, *mortem et vitam in acie linguae port.* Alioquin quomodo intelligas quae sequuntur, *ad partem pessimam depravantes?* ad mortem scilicet. Haec autem explicatio confirmatur ex libro 18. cap. 3. ubi Aristoteles Callisthenem crebro monuisse dicitur, ut quam rarissime et iucundissime loqueretur apud hominem *vitae potestatem et necis in acie linguae portantem.* VALES. Vix opiner iustam aut comparationem aut ex ea argumentationem esse. Nunc enim non vitam quoque, sed unam mortem ab Valente in acie linguae portatam dicit, respiciens ad solam et praecipuam Principis eius saevitiam et voces condemnando adsuetas. Quae ut pronuntiarentur, quum ab animi propensione deberent proficisci, ab adulatoribus indoles (sic vocat *institutum*) et mos fere in naturam mutatus *in pessimam,* hoc est condemnando et occidendo indulgentem *partem,* non meliorem et lenem corrumpebatur. GRON.

20. *Expositus accessu* (Dat.) et *reclusus,* aures eius patebant semper. W.

Opertis susurris] clandestinis delationibus. W.

21. *Clementiae specie*] condonatae nempe vitae. *Quorum in aerario bona coacta* (sic Hadr. Vales. cuius Praefationem vide p. LIX. in honorem Cod. Colbert. antiquiores *in aerariUM,* quod facilius.) aerario adiudicata. W.

Et ipse ad quaestus proprios redigebat.] Foedam Valentis avaritiam hic et passim omnibus paginis insectatur: qui damnatorum bona non solum fisco vindicabat, sed etiam in proprios usus vertebat: cum modestiores Principes aut proximis ea relinquere solerent, aut petitoribus concedere, aut in aerarium publicum ad usus publicos referre. Sic Hadrianus teste Spartiano c. 7. extr. *damnatorum bona in fiscum privatum redigi vetuit, omni summa in aerarium publicum Pop. Rom. recepta.* Et Severus bona Albinianorum proscripsit, atque in aerarium publicum retulit, ut

ait Capitolinus in Albino c. 12. Vide titulum in Codice Th. de bonis proſcriptorum. VALES.

Suadet Theognis poëta] Cuius locus hic eſt v. 175.

Ἄνδρ' ἀγαθὸν πενίη πάντων δάμνησι μάλιστα
Καὶ γήρως πολιοῦ, Κύρνε, καὶ ἠπιάλου·
Ἣν δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
Ῥίπτειν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων. LINDENBR.

23. *Expediuntur pondera plumbea*] Imp. Conſtantinus L. 2. C. de exactor. *Plumbatarumque verbera aut pondera, aliaque ab inſolentia iudicum reperta ſupplicia.* LINDENBR.

Pondera plumbea] h. l. non de loris cogitandum, quibus globuli plumbei erant innexi, uti 28, 1. ſed pondera ſunt *compedes plumbei*, in equuleo acuminato ſedentibus appenſi. (Imaginem vide ap. Magium de equuleo p. 46.) W.

Abde] uſitatius obnube caput. W.

24. *Addici*] abſolute pro ſuppliciis affici poſt *cruciabiles poenas* tormenta. — *Penitiſſima*, exactior, accuratior. W.

25. *Introvocatu*] vix alibi reperias. — *Imprecationibus praeſciſſe nefariis* i. q. ſupra: deteſtandis praeſagiis didiciſſe futura. — *In verba periculoſa proiectus* furioris linguae 25, 4. in damnum, perniciem aliorum. — *Ab extremo Atlante*, ab ultimis orbis terrarum finibus. — *Conſarcinante ardua*, cum crimina undique in homines innoxios cumulare videretur. W.

26. *Salia Comes Theſaurorum*] v. Ind. II. W.

27. *Cognitoribus praeſcripta oſtentantibus legum*] ad leges provocantibus. — *Momenta* rationes decidendi. W.

Si admotus quisquam fabricae diffugiſſet.] Per fabricam videtur intelligere murum qui podium ab arena diſtinguebat: de quo vide Lipſium in cap. 12. de Amphitheatro: vel ſane cancelloſos poſtes, quibus admoti beſtiarii ſubita converſione ferarum impetus eludebant, ut refert Caſſiodorus in lib. 5. epiſt. 42. VALES.

28. *Patricius et Hilarius.*] Patricius e Lydia, Hilarius ex Phrygia erat oriundus teſte Zoſimo L. IV. c. 15. Utriusque elogium habes apud Suidam ex Eunapii Hiſtoria, ni fallor: Ἱλάριος ὁ ἐκ Φρυγίας ἐπὶ Ἰοβιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων κατὰ παιδείαν μὲν ἦν ἀνὴρ οὐ γνώριμος· κοινωνεῖν δὲ αὐτῷ θεὸς ἐδόκει τῆς τοῦ μέλλοντος προγνώσεως· ὥστε ἦν μάντις ἄριστος. De Patricio vero haec habet: Πατρίκιος· οὗτος ἤκμασεν ἐπὶ Ἰοβιανοῦ βασιλέως· ἦν δὲ ἐκ Λυδίας· ὃς τῆς ἀπὸ τῶν φαινομένων ἢ παρατρεχόντων σημείων τεκμάρσεως ἀκριβὴς ἦν ἐξεταστής. Sed utrobique ἐπὶ Οὐάλεντος ſcribendum exiſtimo. VALES.

Ordinem replicare] omnia ex ordine exponere. — *Fodicatis* per forcipes *lateribus* in equuleis extenſorum. W.

29. *Conſtruximus, inquit, magnifici iudices*] Vid. Zoſimus lib. IV. c. 13. Socrates lib. IV. cap. 15. Niceph. Calliſt. lib. XI. cap. 45. Georg. Cedren. pag. 257. *Haec erat τραπεζομαντική, de qua videndus Tertullianus in Apologetici cap. 23.* LINDENBR.

Menſulam] tripodem. Sic enim aliquot verſiculis ante. — *Imprecationibus carminum ſecretorum* formulis magicis. — *Choragiis* variis inſtrumentorum apparatibus adhibitis (Vorrichtungen) — *Ritualiter* rite *conſecratam* ad hunc myſticum uſum dedicatam *movimus* collocavimus, ea uti coepimus. W.

30. *Domus emaculatae odoribus undique*] ſuffumigatae thure. W.

Lance rotunda pure ſuperpoſita.] Sic etiam tripodi Delphico ſuperpoſita lanx erat, quae Graece dicitur κύκλος ſeu ὅλμος· Pollux in lib. x. c. 23. τοῦ δελφικοῦ τρίποδος, inquit, ἐπίθημα κύκλος καὶ ὅλμος. De hoc diſco Artemidorus in lib. 5. ἔδοξέ τις ἐπὶ κύκλῳ τρίποδος διαπλεῖν πέλαγος μέγα. VALES.

Lance patera *rotunda pure* plane rotunda. — *Elementorum viginti quatuor ſcriptiles formae* literae, quod vocamus, alphabeti. — *Inciſae* ita tamen, ut in ſuperficie paterae prominerent. *Diiungebantur ſpatiis examinate dimenſis,* ut litera quaeque pari undique ſpatio ab altera diſtaret, uti in deſcriptione horarum in horologiis noſtris. W.

Spatiis examinatae dimenſis] Magis placet Baſilienſis Editionis ſcriptura, *examinate dimenſis.* VALES.

31. *Linteis indumentis — linteis ſoccis*] Veſtimenta lintea, alba erant omnino perſonarum ſacrarum geſtamina. W.

Torulo capite circumflexo.] In Regio codice, *et Toloſ.* ſuperſcriptum eſt *capiti:* quam ſcripturam equidem vulgatae praetulerim. Eſt autem torulus tum hic, tum in lib. XVI. c. 12. §. 24. faſcia ſeu vitta. VALES.

Verbenas] quae ſunt omnes herbae in locis ſacris procreſcentes, vel frondes arborum Numini alicui conſecratarum, v. c. lauri, olivae, myrti cet. h. l. *lauri,* quod ſuadet ſtatim ſequens Apollo. *felicis arboris,* in qua nihil mali ominis eſſet, ut cypreſſi, taxi cet. W.

Litato placato *conceptis carminibus* ſollemnibus formulis *numine praeſcitionum auctore* Apolline *caerimoniali ſcientia,* rituum omnium peritus, ad eiusmodi actum praeſcriptorum. W.

Superſiſtit cortinulas.] Hunc locum ex fide et auctoritate non modo Regii codicis, ſed etiam Editionis Auguſtanae diſtinxi et emendavi. Id tantum mihi licere volui, quod cum in exemplari Regio *et Toloſ.* ſcriptum eſſet *cortinules ..... penſilem, etc.* in Editione autem Auguſtana *cortinales ...... penſilem,* ſic emendare auſus ſum: *Cortinulis penſilem anulum librans.* Sunt autem cortinulae vela, ut apud D. Ambroſium in Ep. 33. *Suggeſtum eſt mihi cortinas regias eſſe collectas.* In Epiſt. 32. ad Marcellinam ſororem vela Regia pro eodem dixerat. Apparet igitur longe diverſa ſignificatione cortinulas hic ſumi, ac ſupra cortina ſumitur. Nam cortina Delphica in eo loco nil aliud erat quam tripus. At cortinulae nunc ſunt vela, ex quibus anulus magicis carminibus conſecratus dependet. VALES. Quum haec ita videantur perſanata, cur ab Hadriano relinquitur tantum vacui ſpatii, quaſi mancus eſſet locus, qui in libris ſcriptis iure hiat, librariis ſententiam non adſequentibus? Utique nec Henricus nec Lindenbrogius indulſerunt huic vaſtitati. Sed unde has cortinulas hauſit vel Henricus vel Ammianus ex huius arbitrio? idque in tanta vicinitate primitivi *cortinae* longe alia ſignificatione? ſed et hoc detur. Quis vero concipiat *anulum cortinulis* talibus *penſilem?* at nos videmus eiusmodi cortinulas anulo vel magis anulis penſiles. Opiner fuiſſe aliud genus ligamenti flexilis et non ſic ampli, ut ſupponitur latitudo cortinularum, inſtar et in ſpeciem funiculorum, quod ille ſuperſiſtens nunc levando, nunc demittendo, fa-

ceret recellere anulum. Nec video propius vel integrius, quam si legatur *superſiſtit, corticulis penſilem anulum librans, ſartum etc.* Neque enim poteſt requiri amplius; ideo puncta vitium denotantia abegi. GRON.

Penſilem anulum librans arctum] Hic anulus de genere illorum fuit, quos magicos ſive phyſicos, aut φαρμακίτας καὶ γεγοητευμένους vocant: (vid. Kirchmann. de annulis c. 21. W.) quales fuere illi, quos Execeſtus Phocenſium tyrannus habuit, quorum ſtrepitu de rebus ſuis admoneri ſolitus fuit, quemadmodum ex Ariſtotele ſcribit Clem. Alexandr. Stromat. lib. I. Ἐξήκεστός τε ὁ Φωκέων τύραννος δύο δακτυλίους φορῶν γεγοητευμένους, τῷ ψόφῳ τῷ πρὸς ἀλλήλους διῃσθάνετο τοὺς καιροὺς τῶν πράξεων. ἀπέθανεν δὲ ὅμως δολοφονηθεὶς, καίτοι προσημήναντος τοῦ ψόφου, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Φωκέων πολιτείᾳ. Huius generis fuerunt Iarchae Indorum ſapientiſſimi Principis anuli VII, Apollonio Tyaneo dono dati, apud Philoſtrat. lib. III. Item Eleaſari Iudaei apud Ioſephum, et Gygis apud Herodot. lib. I. c. 8. Platon. de Repub. 2. haud longe a princip. Cicer. Officior. lib. III. c. 9. Plin. lib. XXXIII. cap. I. Mira de hisce anulis narrat Lucianus in Navigio (T. VIII. Bipont. p. 192.): Ἐγὼ δὲ βούλομαι τὸν Ἑρμῆν ἐντυχόντα μοι δοῦναί τινας δακτυλίους τοιούτους τὴν δύναμιν· ἕνα μὲν, ὥστε ἀεὶ ἐῤῥῶσθαι καὶ ὑγιαίνειν τὸ σῶμα, καὶ ἄτρωτον εἶναι, καὶ ἀπαθῆ, ἕτερον δὲ, ὡς μὴ ὁρᾶσθαι τὸν περιθέμενον, οἷος ἦν ὁ τοῦ Γύγου. τὸν δέ τινα, ὡς ἰσχύειν ὑπὲρ ἄνδρας μυρίους, καὶ ὅ, τι ἂν ἄχθος ἅμα μυρίοι κινῆσαι μόλις δύναιντο, τοῦτό με ῥᾳδίως μόνον ἀνατίθεσθαι. ἔτι δὲ καὶ πέτεσθαι, πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀρθέντα, καὶ πρὸς τοῦτό μοι εἶναι δακτύλιόν τινα, καὶ μὴν καὶ ἐς ὕπνον κατασπᾷν, ὁπόσους ἂν ἐθέλω. καὶ ἅπασαν θύραν προσιόντι μοι ἀνοίγεσθαι, χαλωμένου τοῦ κλείθρου, καὶ τοῦ μοχλοῦ ἀφαιρουμένου. ταῦτα ἀμφότερα εἷς δακτύλιος δυνάσθω, *et quae ſequuntur.* De his porro anulis, qui geniis malis pellendis ſunt, exſtat locus apud eumdem Lucian. in Philopſeud. et eorum qui morbis averruncandis, crebra mentio apud Alexandrum Trallian. lib. 9. Marcellum Empir. cap. 29. Scholiaſten Ariſtophan. Suidam, Iſidorum. LINDENBR.

Arctum ex carpathio filo.] Editionis Auguſtanae ſcripturam quis non praeferat, *anulum librans ſarctum ex carpathio filo.* Quin etiam pro *carpathio* paene adducor ut credam a Marcellino ſcriptum eſſe *carbaſio*, id eſt lineo. Ceterum de his anulis magicis, quos φυσικοὺς et τετελεσμένους vocat Scholiaſtes Ariſtophanis in Plutum, copioſe agit Lindenbrogius ad hunc locum. Talis fuit anulus ille Perſinae Reginae apud Heliodorum in lib. 4. c. 8. cuius virtute ac praeſidio Chariclea flammas evadit; apud eumdem in lib. 8. Eorum anulorum vis omnis erat in pala quae litteris quibusdam ſacris inſignita, et magicis conſecrationibus initiata erat: gemma quoque ſimiliter conſecrata includi ſolebat, ut apud Heliodorum Pantarba. VALES.

Cortinulis penſilem anulum librans ex Carpathio filo perquam levi.] Totius loci obſcuri haec tamen verba obſcuriſſima, cui lucem afferre fruſtra tentarunt interpretes. Valeſius in eo quidem recte fecit, ut *Carpathio* mutari vellet in *carbaſio*, i. e. linteo, eoque tenuiſſimi fili; quod fere *cortinulas* accipiat de *velis*, ex quibus anulus conſecratus pependerit, id ego vix aſſequor. Faciliorem totius rei notionem animo informare mihi vi-

debar, si cum Iac. Gronovio *cortinulas* sumerem pro *funiculis*. Obstat tamen, quod haec significatio probari non possit, nisi velis legere *chordulis*, nam quod Gronovius deinde suadet *corticulis*, nihili est. — *Sartum.* Hoc ex Augustana adoptavit Valesius, cum Cod. habeant *arctum.* Neutrum placet, nam anulus ipse ex Carpathio filo confectus fuisse non videtur, quod filum potius referendum ad cortinulas. Forsitan librarius turbavit contextum, qui primitus ab Ammiano ita constitutus fuerat: *cortinulis ex Carpathio filo perquam levi pensilem anulum librans sartum* (arctum vel *aptum*, i. e. mensulae aptatum, impositum, affixum). Facilius etiam esset, si *sartum* mutes in *sartis*, ut ad *cortinulis* pertineat. *Retinentibus singulis litteris* cum motus eius sisteretur, haereret anulus *incidens saltuatim*, Saltuatim? ex quo probabile fit, quod etiam Gronovio videtur, anulum non in orbem agitatum, sed sursum trahendo et remittendo motum fuisse. Cf. paullo post *adsiliens anulus perstrinxerat syllabas.* — *Heroos versus* hexametros *ad numeros conclusos* ut machina moveretur, donec versus esset completus.

Totum igitur locum sic satis intelligere mihi videor, si rem ita actam esse suspicer. Adstitit vates in scabello vel alio tali fulcro (nam quod mensulae eum superstetisse ait Ammianus, id proprie sumi non potest, cum *mensula* fuerit eaque laureis *virgulis* contexta) ut brachiis supra mensam elatis machinulam in ea positam regere posset, anulum deinde e funiculis pendentem sublatum remisit, ut in mensulam subsiliret, literaeque huic vel illi adhaereret, e quibus, quo ordine perstrictae sint, observatis nomen, quod quaerebatur, prodiit. Ceterum alii aliter rem narrant. W.

Ex oraculis editi Branchidarum.] Photius in Biblioth. ex Cononis λγ. Lutat. Statii Scholiast. ex Varrone, lib. 3. et lib. 8. LINDENBR.

Ex oraculis editi Branchidarum.] Branchidae locus erat in agro Milesio supra Panormum portum; celebris Apollinis oraculo, quem Iones et Aeoles olim consulere solebant, ut scribit Herodotus in lib. 1. c. 157. Postea is locus Didymi dictus teste Pomponio Mela in lib. 1. c. 17. Branchidae autem dicti sunt a Brancho Apollinis amasio, qui primus oraculi Apollinis Didymaei antistes fuit, ut ait Strabo in lib. 9. p. 421. Almel. Conon in narratione 33. et 44. Evangelum ei successisse prodit. Ac Branchidae quidem proprie sunt successores veteris illius Branchi: eadem ratione qua Iamidae, Telliadae, Clytidae dicti sunt olim familiae vatum in Graecia, de quibus Herodotus et Pausanias scribunt. Postea vero Branchidae nomen loco dedere. VALES. Conon Narrat. 33. secundum a Delphico locum apud veteres obtinuisse Branchidarum oraculum tradit. Conf. etiam Hemsterhus. ad Aristoph. Plutum p. 357. W.

32. *Omni parte expolitus*] perfectus, egregius. W.

Duas perstrinxerat syllabas cum adiectione.] Cum in codice Regio *et in Tolos.* et in Editione August. scriptum reperissem, *perstr. syllabas et cum adiect.* statim coniicere coepi sic a Marcellino relictum fuisse: *Et assiliens anulus duas perstrinxerat syllabas* θεο *cum adiectione litterae postrema* (scilicet δ) *etc.* Cere quin hic locus ita intelligi debeat, dubium non est. Ce-

terum a Marcellini nostri narratione dissentiunt Zonaras ac Cedrenus. Neque enim ope anuli consecrati, sed per ἀλεκτρυομαντείαν nomen imperaturi post Valentem quaesitum esse memorant. Ea autem divinatio erat huiusmodi, ut aiunt: litterae 24. pulveri erant inscriptae: singulis granum tritici vel ordei imponebatur. Tum recitatis quibusdam magicis carminibus gallus gallinaceus dimittebatur: et ii quibus id curae erat, sollicite attendebant, quibus e litteris grana colligeret. Eae litterae inter se iunctae id quod quaesitum fuerit praedicere creduntur. Haec Zonaras et Cedrenus. At Socrates in lib. 4. necromantia usos esse tum maleficos in quaerendo Valentis successore narrat. Sed Sozomenus in lib. 6. cap. 35. cum Scriptore nostro consentit. VALES.

Duas syllabas ΘΕΟ *cum adiectione litterae postremae*] sc. Σ. (paullo aliter Zosim. 4, 13.) W.

33. *Signate*] aperte. *Ex fide sortium quas agitabant* agitassent, movissent, usitatius consuluissent. Quae *sustinerent* tormenta mortemque instantem. *Scrutandi sublimiora* quae scire velle nefas est. cf. 19, 12. W.

Flatantes] spirantes. Sic dedit Hadr. Vales. ex cod. Colbertino. vid. Praef. eius p. LIX. Editio Ernestiana habet *flagitantes* operarum incuria, quod patet e Glossario v. Flatare. W.

ΟΥ' ΜΗΝ'.] Scribe οὐ μὰν ἀτίμητον, etc. quemadmodum in Ms. Flor. et Aug. Editione legitur: et ita apud Homerum occurrit aliquoties. Potest etiam legi οὐ μὲν, ut Apollonius Rhodius ponit pro οὐ μὴν, teste Scholiaste. *Pro ἀτίμητον in codice Mar. Accursii legitur νηποινὶ: et sic fere in codice Florentino. Quare non dubito, quin haec scriptura praeferenda sit vulgari lectioni, cuius auctor fuit Gelenius. νηποινὶ autem Graece idem est quod impune: ut docent Hesychius et Suidas.* In secundo versu Ms. Flor. et Augustana Editio habet, ἐφοπαήσει κακὸν οἶτον. legerem ἐφώπασεν. nisi syllaba repugnaret. VALESIUS. Caput solum cur tangat, postrema quae summam fati continent, relinquat, vix dixerim; nec de mss. nec de sententia sua quidquam proferens. An causa fuit, ut potius differret lectorem ad libri XXXI. caput 14? Ibi sane et de Ms. Regio audimus, et ipsum ita haec tractantem, ut magis voluerit ostendere Homerum sibi lectum, quam ex veteri scriptura restitutum Ammianum cupere. Pater Lindenbrogianae editioni adscripsit geminam coniecturam ἀηθῶς καιόμενος γὰρ, vel Οὐάλης καιόμενος γὰρ. Sed attendens scripturam exemplaris Regii et Colbertini alterutrum collegi adhibendum, vel ἄνα λιλαιόμενος κὰρ, Principem appetens et arripiens fatum, vel ἄνα λιλαιόμενον πῦρ, Principem opperiens et cupiens ignis. In secundo versu ex Ms. Flor. (cur non additur de Regio aut Colbertino?) et Aug. editione corrigendum ἐφοπλίσει. Hesychius: Ἐφοπλίζει, παρασκευάζει, ἑτοιμάζει. GRON.

Ἀλλα καιομένοις κὰρ] Casaubonus notat in suo codice, legendum: ἀλαλκομένη σεο κῆρας. LINDENBR. Mihi admodum probabilis videtur Hermanni mei coniectura, ἀλαλκομένοισιν ἄρηα, *Martem*, impetum hostium, *avertentibus*. Rimare, si placet, codicum apices, et, quae sit corruptelae origo, ipse reperies facillime. ERF.

Unguibus] uncis, forcipibus tortorum. *Separantur* amoventur. W.

34. *Honoratorum* nobilium *inducitur globus, vertices ipſos continens rerum,* vel ſummates, primos urbium magiſtratus, ut alibi, v. c. 14, 7. vel qui efficaciſſimi fuiſſent in futuro principe ſciſcitando. — *Nihil praeter ſe quisque cernens* ſuae tantum vitae conſulens — *Arctius* accuratius *reſpondere* (ſic *arctius* ſcrutari 15, 5.) W.

Euſerium.] Ita quidem Codices, ſed quum ſupra Valeſius, ut Graeca vocis origo pateret, mutaſſet in *Eucaerium*, neſcio cur hic retinuerit Euſerium in contexto. Ego vero, ut ſibi conſtet Valeſius, *Eucaerium* repoſui. W.

35. *Literae per ambages* obſcurius *ſcriptae.* — *Tempus patrandae cupidinis,* patrandi, impetrandi, quod cuperet. W.

36. *Quibus ſequeſtratis*] dimiſſis, uti alibi. W.

Eutropius Aſiam Proconſ. obt. poteſtate.] De quo Libanius in vita ſua, p. 54. (Reisk. 1. p. 106.) ubi de Feſto loquitur Aſiae Proconſule: περὶ τούτου μόνος πρὸς μόνον τὸν βάλεντα εἰπὼν, ὡς ἐμέ τε ῥαδίως ἐν αὐτῷ καὶ τὸν Εὐτρόπιον ἕλοι. *De eodem Eutropio loquitur in libri 4. Epiſtola 191. ad Themiſtium, ubi eum Acacii Sophiſtae diſcipulum, et fratris filium fuiſſe ait, ac nondum quidem Magiſtratum geſſiſſe, ſed brevi eſſe geſturum.* Eumdem Eutropium memorat Gregorius Nazianzenus in Epiſt. 137. et magnum Eutropium appellat. In Epiſtola autem 138. eumdem Proconſulem Aſiae fuiſſe non obſcure ſignificat his verbis, ἐμοί τε πρὸς πᾶσιν οἷς τετίμηκας οὖσι τοιούτοις, ἡνίκα τὸν ὑψηλότατον εἶχες θρόνον ἔχοντα τὸ ἐπίφθονον ἔτι, κατὰ τὴν Ἀσίαν περιτυχὼν, εἰ μέμνησαι, etc. *Atque ut omnia praeteream beneficia, quibus me affeciſti, cum tu ſummum Magiſtratum teneres, qui adhuc invidiam tibi creabat, reperto me in Aſia, ſi memoria tenes, etc.* Idem poſtea Praefectus Praet. fuit anno Dom. 380 et 381. ut ex Codice Theodoſiano colligere eſt. Ac niſi coniectura fallor, is ipſe eſt Eutropius vir Cl. qui Breviarium Hiſtoriae Rom. ſatis eleganti ſermone ſcripſit ad Valentem Aug. (Id non poſſe ad liquidum perduci pronuntiat Tzſchuckius in Praef. ed. maior. p. 13. W.) VALES.

Paſiphilo.] Eiusdem nominis fuit is cui Palladius Aemilianus carmen ſuum de re ruſtica inſcripſit: ad quem directa eſt lex 8. Cod. Th. de iurisdictione, Olybrio et Probino Coſſ. Male in Codice Regio et Aug. Editione legitur *Parſiphilo.* VALES. Contra Valeſium disputat Corſinus de Praeff. Urbi p. 309. W.

Perverteret] in vitae discrimen adduceret. W.

37. *Simonides.*] Eius meminit etiam Zoſimus in lib. 4. c. 15. καὶ μετὰ τοῦτον ὁ ἐκ Φρυγίας Ἱλάριος, καὶ Σιμωνίδης ἐπὶ τούτῳ, καὶ Πατρίκιος ὁ Λυδὸς, καὶ ὁ ἐκ Καρίας Ἀνδρόνικος· ἦσαν δὲ οὗτοι πάντες εἰς ἄκρον παιδείας ἐληλυθότες. *Et poſt Maximum Hilarius e Phrygia, et Simonides poſt hunc, et Patricius Lydus, et Andronicus e Caria, ſupplicio affecti ſunt: omnes doctrinae laude praeſtantes.* *Adde Suidam in Σιμωνίδης.* VALES.

38. *Perſpicaciter*] accurate. W.

Imperator cognitorum conſultationi reſpondens.] *Cum ex ſuggeſtionibus procerum, ſi dubitatio in litibus oriatur, et ſeſe non idoneos vel ſufficientes ad deciſionem litis illi exiſtiment, ad nos decurratur.* L. ult. Cod. Theod. de Legibus et Conſtitutionibus Principum. Eius rei exempla paſſim in utroque Codice,

et in Plinii Epistolis ad Traianum, Symmachi ad Valentinianum, etc. Ut ad Legem unicam Codicis, Si quis Imperatoribus maledixerit, notavi.* LINDENBR.

Cognitorum consultationi respondens pronunciatam a iudicibus sententiam confirmans, *sub uno proloquio* (elogio) *cunctos iubet occidi*, h. e. uti 30, 8, 3. effertur, *ut nullum damnatorum morte eriperet subscriptionis elogio leni. Multitudine onerante quaestibus caelum* invidiam Diis faciente. W.

39. *Vitam ut dominam fugitans rabidam*] Gravius iusto vitae contemtum hic exprimit vel Simonides vel Ammianus. — *Ridens subitas momentorum ruinas* vitae humanae vicissitudines. W.

Peregrinum illum imitatus Protea] De Peregrino hoc multa Lucianus, qui vitam eius fere totam narrat in Peregrino, iterumque in Demonacte; Philostratus de Vitis Sophistar. lib. 2. Athenagoras in Apologet. Tertullianus ad Martyr. cap. 4. Euseb. in Chronic. Olympiad. CCXXXVI. A. Gelliu lib. *VIII. cap. 3.* lib. XII. cap. XI. Tertulliani verba haec sunt: *Minus fecerunt Philosophi, Heraclitus, qui se bubulo stercore oblitum exussit. Item Empedocles, qui in ignes Aetnaei montis desiluit, et Peregrinus, qui non olim se rogo immisit.* Illustre aliud similis facti exemplum in Calano est, qui toto Alexandri M. exercitu inspectante rogum ardentem adscendit. Tullius de Divinat. lib. I. c. 23. Aelianus Varior. lib. V. cap. 6. *Vid. Athenaeus Dipnos. lib. X. pag. 437. A.* LINDENBR.

Peregrinum imitatus Protea.] Peregrinus Philosophus Cynicus cognomento Proteus, cum Herculis mortem aemulari vellet, in conspectu totius Graeciae se in rogum immisit. Olympiade 236. cum proxima ante Olympiade facturum id se pollicitus, ad hoc spectaculum omnibus condixisset. Huius honorificam mentionem facit Agellius in lib. 8. cap. 3. Maximus Tyrius in Orat. 37. sed Lucianus eius mortem ac vitam peculiari libello proscripsit. Et Pausanias gravissimus Scriptor, qui iisdem temporibus vixit, hanc de eiusmodi desperatis hominibus sententiam fert in lib. 2. Eliacorum c. 8. Cum enim Timanthem quemdam athletam retulisset, solutis prae senio viribus se in rogum coniecisse, subdit: ὁπόσα δὲ ἤδη τοιαῦτα ἐγένετο ἐν ἀνθρώποις ἢ καὶ ὕστερόν ποτε ἔσται, μανίᾳ μᾶλλον ἢ ἀνδρείᾳ νομίζοιτο ἂν κατά γε ἐμὴν γνώμην. *Quaecumque porro aut superiori memoria facta sunt, aut deinceps fient eiusmodi, equidem insaniae potius ac furori quam fortitudini tribuenda esse censeo.* Ceterum hic Peregrinus natus erat ex opido Hellesponti Pario, teste Luciano: eique mortuo Pariani statuam in foro posuerunt, ex qua oracula reddi dicebantur, ut ait Anaxagoras in legatione pro Christianis. VALES.

Peregrinum Protea] Vide Lucianum inprimis, qui vitam huius, si Diis placet, philosophi non semper philosophicam descripsit, et, qui Lucianis omnibus mihi potior, Wielandium, Germaniae nostrae decus, in libro singulari huius nominis praestantissimo. W.

40. *Multitudo in plagas calumniarum coniecta*] criminibus falsis irretita. (paullo post de Diogene: *laqueis impiae falsitatis constrictus.*) *plumbo* et *verberibus* equuleo et plumbatis. — *Sine spiramento* respiratione 14, 6. W.

41. *Ut illiciti*] eo praetextu, quod vetitas artes docerent: quamquam plurimi eorum *liberalium disciplinarum et iuris indices* erant, titulos praeferebant. Verissime observat Ill. *Heynius* ad Zosim. 4, 14. infamem hanc Valentis quaestionem in veneficos et magos maioris momenti ad res humanas fuisse, quam vulgo putetur. Saevitum enim esse in philosophos et philosophorum bibliothecas tanta cum rabie, ut ab hoc inde tempore (A. 374.) gentilium philosophorum omne fere nomen exstinctum sit, regnaverit vero, per Orientem maxime, Christiana philosophia et religio. W.

42. *Maximus ille Philosophus.*] Rem omnem fuse narrat Eunapius Sardian. in Maximo p. 109. (et in Chrysanthio p. 190. W.) LINDENBR.

Ad scientiam copiosus Iulianus] e cuius consuetudine multum ad eruditionem, philosophiam profecerat (in magno ideo ab eodem habitus honore 22, 7.) W.

Professionis consideratione] quod philosophus esset. — *Suppliciis poenabilibus* aliis pluribus locis *poenalibus*. W.

Ephesum ad genuinam patriam.] Maximus Philosophus oriundus fuit ex Ionia, uti testatur Libanius in Orat. pro Aristophane Corinthio his verbis: *ὥσπερ τῷ δαιμονίῳ τῷδε, τόν τε ἀπὸ τῆς Ἠπείρου καὶ τὸν ἐκ τῆς Ἰωνίας.* Priscum Epirotam et Maximum ex Ionia Philosophos intelligit. Idem in Oratione funebri p. 299. Maximum vocat *ἄνδρα Ἴωνα φιλόσοφον.* Recte igitur Marcellinus noster Ephesium fuisse dicit, ex Epheso urbe Ioniae. Eunapius tamen Sardianus Smyrnaeum facere videtur. Nymphidianum enim, qui Maximi Philosophi frater fuit, oriundum fuisse ait e Smyrna, quae fuit etiam Ioniae civitas. Sed Marcellino subscribunt Socrates in lib. 3. et Sozomenus in 5. At Suidas in v. *Μάξιμος* eum Epirotam aut Byzantium fuisse dicit magno errore. Maximum quidem Byzantium patrem Euclidis ab hoc nostro Ephesio distinguit aperte Socrates in principio libri 3. VALES.

Ibique capite truncatus.] A Festo Asiae Proconsule, quem ad hoc maxime miserat Valens, ut scribit Eunapius in Maximi vita. Et quidem eo miserabilior fuit haec Maximi caedes, quod gravissimo morbo tum tenebatur, ex quo intra brevissimum temporis spatium erat moriturus. Itaque Libanius in Vita sua, pag. 52. (Reisk. 1. p. 105.) gratias agit Fortunae, quae sibi odium potius quam amicitiam Festi conciliaverit, hominis praesertim ea crudelitate praediti, ut vereretur, ne morbus quo Maximus Philosophus laborabat, eum gladio suo subtraheret: *τοῦ μίσους δὲ οἶδα τῇ τύχῃ χάριν, ἣ με οὐκ ἐποίησε φίλον ἀνδρὶ δείσαντι μετὰ ταῦτα ὕστερον μὴ φθάσῃ τὸν ἐκείνου σίδηρον ἡ νόσος ἀπενεγκοῦσα τὸν Μάξιμον.* VALES.

44. *Alypius ex Vicario Britanniarum*] cf. 23, 1. W.

Repositam vitam.] Id est, tranquillam. Galli similiter dicunt, *une vie reposée.* LINDENBR. *Otiosam* privatam. W.

**Hierocle filio indolis bonae.*] Eamdem laudem tribuit Hierocli Libanius in libri IV. Epistola 284. ad Alypium eius patrem scripta: *παῖς δὲ ὢν ἔτι γερόντων ἐδόκει σωφρονέστερος εἶναι· καὶ πολλοὶ τοῖς υἱέσιν ἐπιτιμῶντες, εἰς τὸν σὸν ἐκέλευον βλέπειν, ὡς οὕτως ἂν ἀγαθῶν γένοιντο πατέρες.* Ex hac autem Epistola discimus, eum discipulum fuisse Libanii Sophistae, Iuliani Aug. temporibus.* VALES. Plures huius nominis enumerat Burmann. ad Valesii Emendatt. p. 219. W.

Urgente Diogene cet.] Fortaſſe aliquid excidit, non enim video, cur Diogenes iſte, non accuſatus, ſed ipſe accuſator, (urgens) omni laniena excruciatus ſit, ita, *ut poenis membra non ſufficerent* ut tormenta uncique non haberent amplius, quod dilaniarent. — *Arceſſitori* accuſatori. W.

Filium miſ. ductum ad mortem, caſu quodam proſpero rev.] Omnis ſiquidem populus Antiochenus una cum opificibus cum conveniſſet in Hippodromum, Hieroclem, qui iam frenato ore ad ſupplicium trahebatur, clamoribus ac precibus ſuis ſervavit: ut ſcribit Chryſoſtomus in Orat. 3. de incomprehenſibili Dei natura. Ubi cum vim et efficaciam precantis ad Deum multitudinis Antiochenſibus oſtendere vellet, hoc exemplo utitur: πρὸ γὰρ δέκα τούτων ἐτῶν ἑάλωσαν ἐπὶ τυραννίδι τινὲς, καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἴστε. εἶτα τῶν ἐν δυναστείᾳ τις ὄντων ὑπεύθυνος τοῖς ἐγκλήμασι φανεὶς, σπαρτίον ἐπὶ τοῦ στόματος λαβὼν ἐξήγετο τὴν ἐπὶ θάνατον ὁδόν. τότε δὴ πᾶσα ἡ πόλις ἐπὶ τὸν ἱππόδρομον ἔτρεχε, καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἐργαστηρίων ἐξῆγε, καὶ κοινῇ πᾶς ὁ δῆμος ἀνελθὼν ἐξήρπασε τῆς βασιλικῆς ὀργῆς τὸν καταδικασθέντα, etc. *Nam ante hos decem annos, ut meminiſtis, quidam coniurationis adverſus Imp. conſcii ſunt deprehenſi: et cum ex civitatis primatibus neſcio quis reus eius criminis viſus eſſet, freno in os iniecto ad ſupplicium ducebatur. Tunc tota civitas ad Hippodromum cucurrit, et opifices e tabernis eduxit: ac ſimul univerſus populus ad regiam progreſſus, damnatum hominem nulla dignum venia, Imp. furori ſubtraxit, etc.* Quin hic Chryſoſtomi locus de Theodori motu intelligendus ſit, dubitari non poteſt: nam et tempus ipſum apte convenit, et quod eam coniurationem Antiochiae ait eſſe detectam. Quo poſito ſequitur, hunc primatem qui populi precibus liberatus eſt, eſſe Hieroclem Antiochenum; quem Marcellinus noſter caſu quodam proſpero revocatum eſſe ait, cum duceretur ad mortem. Ceterum in verbis Chryſoſtomi notanda ſunt haec, σπαρτίον ἐπὶ τοῦ στόματος ἔχων: quae ſic vertimus, *freno in os iniecto.* Sic Pacatus in Panegyrico de quibusdam Chriſtianis Antiſtitibus ait: *Cum lictorum arma, cum damnatorum frena tractaſſent, pollutas poenali manus ſanguine ad ſacra referebant.* Et hunc morem antiquiſſimum eſſe docet Herodotus in lib. 3. de Aegyptiis loquens, quos Cambyſes ad ſupplicium duci iuſſit: et in lib. 4. c. 69. de vatibus Scythicis. Denique Ariſtophanes in Nubibus v. 588.

Φιμώσητε τούτου τῷ ξύλῳ τὸν αὐχένα.

Ex illo autem freno habena ſeu funis aptabatur: quo carnifex damnatos ad ſupplicium trahebat. Itaque σπαρτίον, quod eſt funem, pro freno dixit Chryſoſtomus in eo loco, et in Homilia 15. ad populum Antiochenum, et in Orat. 1. de Machabaeis. VALES.

CAPUT II.

1\. *Coagulum aerumnarum.*] Sic Varro vocavit *vinum coagulum conviviorum,* apud Non. Marcell. *Aimoinus lib. 5. cap. 17. pag. 301. *Coagulo benivolentiae firmato.** LINDENBR.

Coagulum omnium aerumnarum.] *Coagulum* quod proprie eſt lac ſpiſſius, mire translatum ad hominem. Aliis locis utitur Am-

mianus verbo *confarcinare* in fimilibus, v. c. criminibus, mendaciis, infidiis cet. W.

Quem captum a Fortunatiano docuimus primum] c. 1. W.

2. *Diftantia*] discrimine, 31, 6, 7. W.

3. *Signatis domibus.*] Id eft obfignatis. Obfignabantur autem aedes appofitis fifcalibus titulis. Sic in lege 3. Cod. Theod. de aquae ductu, fundus fifcalis tituli profcriptione fignatus dicitur. *Et in Martyrologio Notkeri IV. Kal. Septemb. *Romae Sabinae Mart. quae paffa eft Hadriano imperante fub Praefecto Urbis Elpidio, omnesque eius facultates Dominicis vel publicis titulis infignantur.* Item VII. Kal. Iulii: *Tunc Gallicanus in pauciffimis cafis, quas ad minifterium pauperum refervatas habebat, ita Chriftum defenforem invenire merebatur, ut quicumque eas malitiofe vel ad ponendos titulos fifci intrare praefumeret, ftatim diabolo repleretur.** Hi tituli nil aliud erant quam tabulae infcriptae cum velis feu cortinis purpureis, ut declarat Agathias in lib. 5. *αἱ γραπταὶ σανίδες ἐκεῖναι καὶ τὰ ῥάκη τὰ ὑποπόρφυρα ἐς τόδε αὐτῷ ἀπετελεύτησεν, ἃ δὴ πολλὰ τοῖς τῶν εὐδαιμόνων οἴκοις θαμὰ ἐπέβαλε.* Graeci *ἀποσημαίνεσθαι* dicunt, ut Xenophon in lib. 2. rerum Graecarum c. 3. §. 15. et *ἀποσφραγίζεσθαι.* Sic enim Teles apud Stobaeum in cap. 237. *καὶ ὃν τρόπον ὅταν ὁ βασιλεὺς ἢ δυνάστης τὰ ὑπάρχοντα παρασφραγίσηται, οὐκ ἔξεστιν ἅψασθαι.* *Athanafius in Apologia de fuga: *ἐπεσφραγίσθησαν οἰκίαι:* et in Epiftola ad Solitarios: *πόσων ἐπεσφραγίσθησαν οἶκοι.** Ceterum hi tituli aedibus reorum appofiti, non ftatim eas fifco vindicatas effe fignificabant.*) Plerumque enim ante fententiam latam, ftatim ac comprehenfus fuerat reus, aedes eius obfignabantur, quo chartae omnes in iudicio proferri poffent, ex quibus documentum iudici fuppeteret. Quod fi reus fententia iudicis erat abfolutus, refixis titulis rem fuam recuperabat: fin erat condemnatus, aedes fifco applicabantur. Chryfoftomus in Orat. 13. ad populum Antiochenum: *τὰς οὐσίας ἐδήμευον καὶ σήμαντρα ἐν ταῖς θύραις ἁπάντων ἦν ἰδεῖν. Bona publicabant, et in fingulorum veftibulis titulos fifcales cernere erat.* Idem in Orat. in Iuventinum et Maximum. VALESIUS. Hanc pofteriorem mantiffam credo effe Valefianam, et quidem quantivis pretii: fed qui priori parti fimilem periodum primus appendebat, eft Iacobus Gothofredus ad cod. Theodofian. tit. IX. lib. X. pag. 425, unde mirum nifi ad hanc concipiendam ὁ πάνυ formatus fuit. GRON.

Poenis addicti.] Regius codex *et Tolof.* [ac Colbert.] cum Editione Aug. habet *patris addicti,* id eft patrisfamilias. VALES. Suppleviffe apparet ex libro XXII. cap. 3. *Eufebium alte fpirantem et dirum addixere poenae letali.* Sic alibi *addicere fupplicio,* et paullo infra *exfilio et pecuniariis addicti difpendiis.* Id Valefio in mente haefit. Ac tamen maritos paulo ante appellavit; quo refpectu eum nunc patremfamilias dicet? Crediderim igitur veteres libros indicare *paris,* hoc eft, modo mariti. GRON.

---

*) Reinefius: „Salmafius de modo ufurar. p. 647. refutat iftam fententiam, et confundi ait affixionem titulorum cum obfignatione aedium." W.

Incantamenta quaedam anilia] ſcidulam quandam ad morbos pellendos. cf. 16, 8. init. *ludibrioſa amatoria* formulas ad philtra paranda *ſubderent* furtim admiſcerent. *Membris omnibus capti* paralytici. *Sellis geſtatoriis* cf. Scheffer de re vehicul. Lib. II. p. 83. W.

4. *Libraria omnia*] *Librarium*, βιβλιοθήκη, ut *Lignarium*, ξυλοθήκη. Gloſſar. * Gell. lib. 5. cap. 4. librariam dixit.* LINDENBR.

Tantus univerſos invaſerat terror.] Atrocitatem eorum temporum ſatis declarat Sozomenus in lib. 6. cap. 35. ubi Valentem refert praecipiti iracundia adverſus omnes Philoſophos ferri primum coepiſſe, deinde vero comprehenſos eſſe multos, qui Philoſophi quidem non erant, pallio tamen philoſophici ſimili erant amicti: adeo ut omnes eo tempore prae metu pallia abiicerent. Caedes porro damnatorum tanta fuit, ut eam mactationi pecudum in epulis ac viſcerationibus comparet Eunapius in Maximi vita, et Marcellinus noſter ſupra in hoc libro. VALES.

Paria convivis Siculi Dionyſii.] Damoclis hiſtoriam intelligit, de qua fuſe Plato lib. III. de Repub. Tull. 2. de Finibus, et Tuſcul. lib. V. c. 21. Sidonius Apollin. lib. 2. Epiſt. 13. Iohan. Salisberienſ. lib. 8. cap. 23. LINDENBR.

5. * *Baſſianus procerum genere natus.*] Hic videtur eſſe Baſſianus filius Thalaſſii Praefecti Praetorio, gener autem Elpidii Praefecti etiam Praet. cognatus ac diſcipulus Libanii, adoleſcens optimus: ut teſtatur Libanius in libri 4. Epiſtola 269. ad Rufinum.* VALES.

Notarius militans inter primos] Tribunus et Notarius. v. Ind. II. v. Notarius. *De qualitate partus uxoris*, marem, an femellam editura eſſet coniux. W.

6. *Heliodorus mathematicus*] ſupra c. 1. fatorum per genituras interpres. *Colloquiis ex aula abſtruſis* paullo inferius: clandeſtinis Regiorum confabulationibus *praepigneratus* corruptus, illectus. — *Funebres aculeos* quaſi ſcorpionis. W.

7. *Cibo mundiſſimo*] lautiſſimo, exquiſitiſſimo. *Ad largiendum pellicibus*, ut dona mittere meretriculis poſſet. W.

Incedebat paſſim elate.] In Editione Auguſtana legitur: *Et incedebat paſſim ac late os circumferens vultuoſum.* Cui Editioni ſubſcribit Regius codex, *et Toloſ.* VALES.

Os vultuoſum] dirum et triſte. — *Lupanar* gynaeceum (Harem, Serail). W.

Liberius ſervabatur.] Forte *verſabatur.* VALES.

Quo liberius verſabatur.] Quod alias non licebat niſi eunuchis. W.

Elogia parentis publici.] Id eſt ſententias et edicta Imperatoris, qui parens publicus dicitur a Symmacho in Epiſtolis et alibi ſaepe. Elogium autem quid ſit, notavi ad librum XIV. c. 5. §. 5. Gloſſae veteres, *Elogium*, διάταγμα. VALES.

Parentis publici] εἰρωνικῶς pro Imperatoris. W.

In primis orationis partibus] primariis argumentis. W.

8. *Perque eum ut forenſium cauſarum patronum.*] Ex his neceſſario colligitur, Heliodorum Advocatum fuiſſe: ut fortaſſe is ipſe ſit Heliodorus, de quo Libanius loquitur in Orat. adverſus

doctrinae ſuae obtrectatores, pag. 602. (Reisk. III. p. 450.) qui ex viliſſimo gari mercatore celebris cauſidicus evaſit. Nam cum Corinthum veniſſet gari vendendi cauſa, et hoſpes apud quem divertebat, morbo laboraret, nec ſe in iudicio die dicta ſiſtere poſſet: ipſe eius loco ſe exhibuit: auditisque cauſidicis in ſpem venit ſe quoque, ſi cauſis agendis operam daret, non poſtremum cauſidicum futurum. Quare cum tempus diſpenſaſſet partim mercibus vendendis, partem cauſis audiendis, brevi celebris Advocatus exſtitit: erat enim admodum impudens, et ob mercaturam gari ſubinde ridebatur: ſed ipſe ridentibus potior, magnas ex cauſidicina opes ſibi comparavit: eius enim patrocinio omnes certatim ſe committebant. Peracto tandem advocationis tempore, fiſci Advocatus fuit, et poſtea magiſtratum geſſit. VALES.

Figurarum commentis] floſculis. W.

Splendida loca.] Intelligit quos locos communes vulgo Rhetores vocant. *Valentem certe ſtudioſum inprimis fuiſſe eloquentiae, teſtatur Themiſtius in Oratione quinquennali.* VALES.

Quae cruciarius ille.] Cruciarius eſt cruce dignus, apud Apuleium in lib. x. initio, (furcifer W.) et Senecam in controverſia 21. [et in crucem ſublatus apud Petronium (p. 242, 6. Elmenh.)] Vide Iſidorum in lib. x. Originum. VALES.

Quamquam praecipiti.] Scribendum ſine dubio eſt: *Hoc unum ediſſeram, quam praecipiti confidentia Patriciatus columina ipſa pulſavit.* VALES.

Patriciatus columina] ſummos, nobiliſſimos. *Pulſavit* aggreſſus ſit. Praeter neceſſitatem Reineſius malebat *pulſaverit.* W.

9. *Euſebium et Hypatium*] Cf. 18, 1. 21, 6. Conſules una fuerant A. 359. *Conſtantii adſines,* qui ſororem eorum Euſebiam in matrimonio habuerat. *Itineri,* ab iſtis viris, ut mentiebatur Hilarius, ſuſcepto. W.

10. *Quibus hauſtis aventer*] cupide auditis, arreptis. W.

**Cui nihil licere debuerat, quia omnia ſibi licere exiſtimabat.*] Sumtum eſt ex Seneca in libri 3. de Ira capite 12. *Nihil tibi liceat dum iraſceris. Quare? Quia vis omnia licere.* Vel certe ex Conſolatione ad Polybium capite 26. *Caeſari quoque ipſi, cui omnia licent, propter hoc ipſum multa non licent.* Adde caput eius octavum de Clementia.* VALES.

Exhibitis perductis ex ultimis provinciis *profunda ſecuritate,* cum iſti homines alia omnia timerent, quam eiusmodi ſibi ſcribi dicam. — *Suſcipi quaeſtionem criminoſe praecepit.* τὸ criminoſe referas ad ſuſcipere (den Criminalproceſs anfangen). W.

11. *Nodoſis coarctationibus aequitate diu iactata.*] Vix equidem haec intelligo. Coarctatio eſt plurium rerum vel hominum in unum locum conſtipatio. De carceribus et vinculis non puto cogitandum, quae cur *nodoſa* dicantur, non apparet; tolerabilior ſenſus exiſtet, ſi de accumulatis in miſeros homines perplexis criminibus exponas. Aptius tamen fortaſſe pro *coarctationibus* aliud verbum *captationibus, captionibus, captiunculis,* vel ſimile aliquod ponas, ut hoc voluerit Ammianus: quaeſtionibus captioſis *aequitatem,* veritatem vel falſitatem criminum eſſe *iactatam* dilatamque. Aeque obſcura difficilisque explicatu eſt, quae ſtatim ſequitur *nexibilis nebulonis adſeveratio,* quam Gesnerus in Theſ. ex-

plicat *mendaciis callide connexis;* recte ad ſenſum, propius tamen ad etymologiam vocis *nexibilis* accedi poſſe putem, ſi *adſeverationem* intelligas eam, cui nequam ille cauſidicus veriſimilitudinem aliquam addere ſciverit. — *Ablegatos.* Erneſt. *dimiſſos,* non adhibitos ullo pacto in conſcientiam huiusmodi, vel ſimplicius *alienos* ab hac conſcientia. Hóc magis placet. W.

12. *Poenitenda*] turpia. *Repreſſius* moderatius. — *Recte inſtitutis* qui ad virtutem humanitatemque mores compoſuerant. W.

Nihilque ſit tam iniquum, quam ad, etc.] Haec Marcellinus ſumpſit ex eleganti illa Ciceronis Epiſtola ad Quintum fratrem. Sic enim ait Cicero de iracundia: *Quod vitium cum in hac privata quotidianaque vita levis eſſe animi atque infirmi videtur: tum vero nihil eſt tam deforme, quam ad ſummum imperium etiam acerbitatem naturae adiungere.* Unde paene adducor ut credam ſic a Marcellino relictum eſſe: *Nihilque ſit tam deforme, quam, etc.* Accurſius quidem ita ediderat, *nihilque ſit tam dirum, quam, etc.* At Gelenius ſic edere maluit, *nihilque ſit tam iniquum. etc.* uterque ex coniectura, ut equidem non dubito. Nam in Regio codice adiectivum deeſt. Sic enim in eo exaratum eſt: *Nihilque ſit tamquam ad ardua, etc.* [et ita in Colbert.] VALES.

13. *Quadam excogitata vi*] inimicorum ſine dubio, quos innumeros habebat. W.

Pullati praecedere honorati compl.] Mos erat apud veteres, ut cum funus efferebatur, propinqui et amici cum clientibus ac ſervulis honoris cauſa praecederent. Hieronymus ad Paulam de obitu Blaeſillae. *Ex more,* inquit, *parantur exſequiae: et nobilium ordine praeeunte aureum feretro velamen obtenditur.* Idem in Epiſtola ad Riparium adverſus Vigilantium: *Ergo Martyrum immundae ſunt reliquiae? et quid paſſi ſunt Apoſtoli, ut immundum Stephani corpus tanta funeris ambitione praecederent?* Auctor Hiſtoriae Miſcellae in lib. 12. de Athanarico Conſtantinopoli defuncto loquens, *Cuius exſequias,* ait, *Imperator ipſe praecedens, dignae eum tradidit ſepulturae.* Idem ait Iordanes in Geticis. Omitto locum Sulpicii in fine libri 2. de vita Sancti Martini, Hegeſippum in lib. 5. cap. 2. Petrum Chryſologum Serm. 121. Hinc Graeci προπέμπειν dicunt, ut Iamblichus de vita Pythagorae, Chryſoſtomus in Homilia de morte, et acta Synodi contra Chryſoſtomum habitae. VALES.

14. *Caries ſtoliditatis* (cf. cariem negligentiae 28, 4) *eſt profanata* palam facta. — *Inconſolabili malo abſtinere,* quo ad tam turpe officium cogeret honoratos. W.

15. *Nudatis capitibus.*] Honoris ſcilicet cauſa. Sic Iulianus capite nudo, et poſito diademate, funus Conſtantii deduxit, teſte Gregorio Nazianz. in Invectiva 2. Ceterum ex hoc loco colligi videtur, Romanos ac praecipue nobiles ea aetate minime ſolitos eſſe capite nudo incedere, maxime extra civitatem. Ibi enim cadavera humabantur, ut notavi ſupra. VALES.

Buſtuarii] latronis. cf. 28, 1. *libitinam,* funus, ſandapilam, feretrum. (aliter exponit Erneſti, ut *buſtuarii* Genitivum putet eſſe, cuius Nominativus ſit BuſtuariVM, non BuſtuariVS. Vix credo.) W.

Ince-

Incedentes pedibus.] Scribendum videtur: *Nudatis capitibus adusque ſepulcrum incedentes et pedibus.* Sic Suetonius in Auguſto c. 100. ſcribit, reliquias eius collectas a primoribus Equeſtris ordinis tunicatis diſcinctisque et pedibus nudis, ac in mauſoleum conditas eſſe. Confirmatur autem haec emendatio ſequentibus verbis. Sequitur enim, *quosdam etiam complicatis articulis praeire mandavit.* Ubi exaggerationem gradatim factam agnoſcas: primo enim nudare capita iuſſi ſunt, quod leve eſt: dein nudare pedes, quod gravius: poſtremo digitos complicare. Quod ſi vulgatam ſcripturam retineas, languet oratio. VALES.

Quosdam etiam complicatis articulis.] Veteres in maerore ac luctu manus complicabant: quem habitum eleganter deſcribit Apuleius lib. 3. init. *Complicitis denique pedibus, ac palmulis in alternas digitorum viciſſitudines ſuper genua connexis, ſic grabatum coxim inſidens, ubertim flebam.* *Et Gregorius Nyſſenus in Oratione contra feneratores: κάθηται τὼ χεῖρε συνδήσας, στένει συνεχῶς. Nilus in libro de caede Monachorum in Monte Sina pag. 115. eumdem habitum lugentis deſcribit: ἐκάθησα τὰς χεῖρας περιπλέξας τοῖς γόνασι, καὶ τὸ πρόσωπον ἐπὶ τούτων κατακλίνας, τοὺς κόλπους ἐπλήρουν δακρύων. Hanc porro hominum ſtultitiam graviter arguit Dio Orat. 16. (Reisk. 1. p. 458.) de aegritudine, qui non contenti praeſenti moleſtiae animum ſubmittere, alia etiam extrinſecus adiumenta luctus excogitarunt, ut pullas veſtes, manuum complicationes, et humiles ſellas: τὸ δὲ μὴ μόνον εἴκειν τῇ φθορᾷ τῆς διανοίας, ἀλλὰ καὶ προσμηχανᾶσθαί τινας ἔξωθεν, οἷον μέλαιναν ἐσθῆτα, καὶ συμπλοκὰς χειρῶν, καὶ ταπεινὰς καθέδρας, οὐχὶ σφόδρα εὐηθες; Quintus Smyrnaeus lib. 14. v. 382. de Captivis mulieribus Troianis, quae in Graeciam abducebantur:

Αἱ δ' ἄρα παπταίνεσκον ἐς Ἴλιον ἀχνύμεναι κῆρ
Ληϊάδες· καὶ πολλὰ κινυρόμεναι γοάασκον.
Καί ῥ' αἱ μὲν περὶ γούνατ' ἔχον χέρας.

Hippocrates *in Symbolico ſive de Signis apud Euſtathium Iliados III. pag. 642.* ἀσπαζόμενοι, ὑπισχνούμενοι, κελεύοντες, εὐφημέοντες, εὐχόμενοι, ὀλολύζοντες, εὐαγγελιζόμενοι, ἐς πᾶσαν ἴησιν ἀγαθοί. αἰάζοντες δὲ ἢ κλαίοντες, ἢ συμπεπλεχότες τὰς χεῖρας ἢ περιηγκωνισμένοι καὶ ἑξῆς ἐς πᾶσαν ἰατρείην κακοί. VALES.

**Horret animus reminiſci.*] Sic primus emendavit Accurſius. Nam in Editione Gelenii legitur: *Horret nunc reminiſci*, prout in codice Regio, [Colbert.] et Toloſ. ſcriptum reperi. *Horret* igitur imperſonaliter poſitum eſt ex more loquendi ſaeculi illius. Sic Hilarius in libro contra Conſtantium Aug. pag. 295. *Sed tibi ſtatim quod utraque Fide continebatur, exhorret:* et Rufinus in lib. 8. Hiſt. Eccleſ. capite 6. *Cumque iam illis ipſis ſpectatoribus nimietas crudelitatis horreſceret.* In Actis quoque Praeſidialibus Tarachi, Probi et Andronici, capite 7. *Vultus tuus mihi horret.* Cyprianus item in Epiſtola ad Iubaianum, Ambroſius in Epiſt. Pauli ad Corinthios capite 12. ſeu quis alius Auctor iſtorum Commentariorum, Auguſtinus in Epiſtola 70.* VALES.

[*Quo iuſtitio humiliati tot rerum apices viſebantur.*] In codice Colbertino lego *humilitati:* quo modo Marcellinum ſcripſiſſe puto. Ab *humilis* enim fit *humilitare* ſaepius quam *humiliare*, ut a *nobilis nobilitare*, a *debilis debilitare*, a *facilis facilitare*, ab *habilis habilitare*, a *ſtabilis ſtabilitare* apud Ennium pro

ſtabilire.] HADR. VALESIUS. Prima verba citationis huius illuſtravit Iuretus ad Symmachum lib. VII. epiſt. 103. GRONOV.

Quo *iuſtitio* iuſtitia omni neglecta (cf. 28, 1. iuſtitium eſſe, non iudicium aperte conſtabat.) *Humilitati* dedecorati *tot rerum apices,* alias vertices, viri clariſſimi. W.

Poſt ſcipiones et trabeas.] Inter Conſulum inſignia fuit ſcipio eburneus cui aquila inſidebat, ut docet Iuvenalis in Sat. X. 43. Caſſiodorus in Formulis, Iſidorus, aliique Graeci σκῆπτρον vocant. Sic Libanius in Oratione Conſulari ad Iulianum: *καὶ τὴν ἐσθῆτα ταύτην ἐνδῦναι, καὶ τὸ σκῆπτρον ἐνεγκεῖν*: et Themiſtius in Oratione XI. Iuvenalis quoque et Claudianus ſceptrum vocant. VALES. Conf. Salmaſius ad ſcriptt. H. A. T. II. p. 450. Wernsdorf ad Himer. p. 219. et qui ibi laudantur plures. W.

Faſtorum monumenta mundana] quibus nomina Conſulum per totum terrarum orbem propagantur. (Locus ſimilis 14, 6. in mundanum fulgorem ſurgit Roma.) W.

16. *Adoleſcentia et virtutum pulchritudine.*] Nullum hic editorum offendiſſe miror. Adoleſcentia commendabilis non exputo quomodo appellari potuerit Hypatius *Conſularis.* Conieceram olim *ex adoleſcentia virtutum p.* nec nunc poenitet, ideoque recepi in textum. W.

Honeſtatem lenium morum velut ad perpendiculum (cf. 21. 16.) *librans* quidquid ageret, ad lancem quaſi humanitatis exigens. — *Maiorum claritudini gloriae fuit* propagatam ad ſe a maioribus gloriam non deminuit. W.

Actibus Praefecturae geminae decoravit.] Flavius Hypatius Praefectus Praetorio Italiae fuit Antonio et Syagrio Coſſ. et ſequenti anno qui Merobaudem II. et Saturninum Coſſ. habuit: hoc eſt anno Natalis Dominici 382. et 383. ut ex multis Codicis Theod. legibus colligitur. Quae non duplex Praefectura, ſed una eademque videtur fuiſſe. Fuit autem Hypatius eodem anno Praefectus Urbi, ut legitur in lege 26. Cod. Theodoſ. quorum appellationes. Geminam ergo Praefecturam recte geſſiſſe dicitur. Ceterum cum Hypatius Praef. Praet. Italiae fuerit, apparet eum relicto Oriente poſt obitum Valentis ad Occidentis Imperium migraviſſe. VALES.

Praefecturae geminae] Duplex haec Praefectura ad ſeriora tempora referri debet, eamque ita explicat Corſini p. 268. ut Praefecturam *Urbis* A. 379. Praefecturam *Praetorii* A. 382. et 383. adminiſtratam eſſe ex utriusque Codicis legibus confirmet, Ammianum vero ex eo coniicit opus ſuum poſt annum 383. edidiſſe. W.

17. *Ut poenarum moras.*] Haec eſt coniectura Gelenii. Nam in Mſſ. Regio, *Toloſ.* [ac Colbert.] et Flor. et in Editione Auguſtana ſic legitur hic locus: *Ut poenarum maturis ..... ferret, etc.* unde ſic arbitror commodius ſcribi potuiſſe: *Ut poenarum atrocitatem aegre ferret finiri cum morte.* VALESIUS. Quaeſo quid, ſi non hoc, eſt quidlibet ex quolibet? Et ſane atrocitas, quae dicitur reſpectu infligentis, cuius animus atrox facit atroces poenas, poenarum, in quibusdam criminibus non finitur cum morte, quum et mortuorum iam corpora lanientur, aut diritate alia illis inſultetur, etſi iudex, ſub quo tale quid contingit, non ideo debeat dici ſaevire infeſte. Sed et *poenarum amaritudinem* potius conieciſſet ad literas priſcae ſcripturae. Requirebatur aliquid ἐμφατικώτερον, tale ſcilicet, cui finis ſolet dari in morte,

quod nescio an tetigerim suspicando *poenas humanas aegre ferret cum m. f.* Ex Ciceronis libri II. Offic. cap. 5. *Tantaque poena officiamus, quantam aequitas humanitasque patitur.* CRON.

Exsecto vivae mulieris ventre atque intempestivo partu extracto.] Artis magicae facinus horrendum sine quo tamen vix est ut abstrusiora secretioraque venefici peragere possint. Iuvenalis Satyr. VI. 551.

Pectora pullorum rimabitur, exta catelli,
Interdum et pueri.

Adhibitum itaque, ubi maius aliquid tentatum. *Vid. Clementis libb. Recognitionum, ubi de Simone mago agit. Vid. Spart. in Heliogabalo, Vierius de Praestigiis daem. lib. I cap. 7. Zonaras de Maxentio in Vita Constantini Magni.* De Maxentio Imp. Eusebius Pamph. Histor. Eccles lib VIII. cap. 14. pag. 98. *ἡ δὲ τῶν κακῶν τῷ τυράννῳ κορωνὶς, ἐπὶ γοητείαν ἤλαυνε μαγικαῖς ἐπινοίαις· τοτὲ μὲν γυναῖκας ἐγκύμονας ἀνασχίζοντος, τοτὲ δὲ νεογνῶν σπλάγχνα βρεφῶν διερευνωμένου, λέοντάς τε κατασφάττοντος, καί τινας ἀῤῥητοποιΐας ἐπὶ δαιμόνων προκλήσεις καὶ ἀποτροπιασμὸν τοῦ πολέμου συνισταμένου. διὰ τούτων γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς νίκης κατορθωθήσεσθαι, ἡ πᾶσα ἐτύγχανεν ἐλπίς.* Sic post mortem Iuliani Caesaris in officina artium vetitarum inter instrumenta, quibus Imp. ad res magica usus fuit, *viderunt mulierem a capillis appensam, extensas habentem manus, cuius uterum aperuerat, ut Persarum victoriam in iecore eius inspiceret.* Cassiodorus in Histor. Tripart. lib. VI. cap. 48. Theodoretus lib. III. cap. 21. LINDENBR.

Infernis manibus excitis] evocatis sanguine embryonis ventre adeo exsecti, nam pueros in his vetitis artibus adhibitos probat Canidia Horatiana. cf. Iuvenal 6, 551. *Pectora pullorum rimabitur, exta catelli, Interdum et pueri.* — *De permutatione imperii* futuro mox principe alio. W.

Familiaritatis eius intuitu.] In codice Regio *et Tolos.* [ac Colbert.] scriptum reperi, *familiaritate eis contuitu:* neque aliter Augustana praefert Editio: quare ita puto Marcellinum scripsisse, *familiaritatis contuitu.* VALES.

Ordine omni populi. — *Invidendas ἀφθόνους opes et militiae statum integrum retenturum* non abiectum sacramento, uti est 25, 1. W.

18. *O praeclara informatio doctrinarum*] philosophia. W.

Nihil aliud esse Imperium nisi curam salutis alienae.] Eamdem sententiam usurpavit in lib. XIV. cap. 11. et in lib. XXV. cap. 3. his verbis: *Reputansque iusti esse finem Imperii obedientium commodum et salutem.* Praeclare. Hoc enim maxime inter Regem ac tyrannum interest, quod tyrannus quidem omnia sui unius causa facit, et ad utilitatem suam aut voluptatem cuncta refert: Rex vero subditorum commodis servire debet, et Agamemnonem imitari, quem Homerus et bonum Regem, et fortem appellat pugnatorem: *Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.* Nam quemadmodum fortis bellator dicitur Agamemnon, non quod perite plagam hosti inferre, ac rursus sibi cavere novit, sed quia exercitum ducere, aciem instruere ad referendam de hoste victoriam egregie callet: sic idem egregius Rex dicitur, non quod in summa rerum omnium felicitate vitam transigit, sed

quod eorum quibus praeeſt, commodis utilitatique proſpicit, ut ait Socrates apud Xenophontem in 3. Commentar. In quam ſententiam Cicero in Epiſt. 1. ad Quintum fratrem: *Ac mihi quidem videntur huc omnia eſſe referenda ab iis qui aliis praeſunt, ut ii qui erunt in eorum imperio, ſint quam beatiſſimi. Eſt enim non modo eius qui ſociis et civibus, ſed etiam eius qui ſervis, qui mutis pecudibus praeſit, eorum quibus praeſit, commodis utilitatique ſervire.* Et in libro 1. de Officiis c. 25. *Omnino,* ait, *qui Reip. praefuturi ſunt, duo Platonis praecepta teneant: unum, ut utilitatem civium ſic tueantur, ut quidquid agunt, ad eam referant obliti commodorum ſuorum. Ut enim tutela, ſic procuratio Reip. ad utilitatem eorum qui commiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt, gerenda eſt.* Quam ſententiam Plato hauſit ex Archyta Tarentino, qui in lib. de Lege et Iuſtitia idem dixerat: ἄριστος δέ κ᾽ εἴη ἄρχων ὁ ἀρχοντικωτάτῳ νόμῳ. οὗτος δέ κ᾽ εἴη ὁ μηθὲν αὐτοῦ ἕνεκα ποιέων, ἀλλὰ τῶν ὑπ᾽ αὐτόν. ἐπειδήπερ οὐδὲ ὁ νόμος αὐτοῦ ἕνεκα, ἀλλὰ τῶν ὑπ᾽ αὐτόν. *Optimus autem is Princeps erit, qui ex maxime principali lege imperabit. Is vero erit, qui nihil ſui ipſius ſed ſubditorum cauſa faciet; quemadmodum lex non ſui ipſius, ſed ſubditorum cauſa manet.* Adde Platonem in Politico, Ariſtotelem in v. Eth. cap. x. VALES.

Reſtringere poteſtatem] de iuribus potius aliquid remittere. — *Ut Caeſar Dictator aiebat* cuius tamen hoc effatum in libris, quos habemus, non legitur. Cf. Fabricii Bibl. Lat. 1, 275. W.

Miſerum eſſe inſtrumentum ſenectuti.] Ad verbum Graece, κακὸν τοῦ γήρως ἐφόδιον εἶναι τὴν ὠμότητος ἀνάμνησιν. Inſtrumentum enim apud Marcellinum noſtrum idem eſt quod ἐφόδιον, hic et ſupra in lib. 28. c. 6. §. 6. et alibi. Sic apud Stobaeum in cap. de ſenectute, Socrates rogatus, τί ἂν εἴη γήρως ἐφόδιον ἄριστον, quod eſſet optimum inſtrumentum ſenectuti, Idem, inquit, quod iuventuti. Et apud Aſterium in Homilia 2. σοὶ μὲν γὰρ ἀκολουθήσει πικρὸν ἐφόδιον ἡ ἁμαρτία τὴν ἀναγκαίαν πορευομένῳ πορείαν. *Graeci quoque dicunt eleganter, οὐκ ἀγαθὴ γηροτρόφος ἡ ὠμότης: ut apud Themiſtium initio Orationis 17. Eodem fere ſenſu dixit Plutarchus in vita Catonis Cenſorii: κάλλιστον αὐτὸς ἐγγήραμα τὴν πολιτείαν ποιησάμενος.* VALES.

De vita et ſpiritu hominis laturum ſententiam diu multumque cunctari oport.] Caſſiodorus lib. VII. Var. 1. *Cunctator eſſe debet qui iudicat de ſalute; alia ſententia poteſt corrigi, de vita transactum non patitur immutari.* Iuvenalis Satyr. VI. 221.

Nulla umquam de morte hominis cunctatio tarda eſt.

Plato in Apologet. Socratis pag. 37. a. Νόμος ἄλλος ἀνθρώπους περὶ θανάτου μὴ μίαν μόνον ἡμέραν κρίνειν, ἀλλὰ πολλάς. LINDENBR.

Hominis, qui pars mundi eſt, et animantium numerum complet] particula animae, quam vocabant, mundanae. W.

19. *Apud Proconſulem Aſiae Dolabellam Smyrnaea.*] Valer. Max. lib. VIII. cap. 1. A. Gell. lib. XII. cap. 7. LINDENBR.

Apud Proconſ. Aſiae Dolabellam.] In Regio codice *Dolobellam* ſcriptum inveni. Neque aliter hoc nomen ſcribitur in Appiani, Plutarchi, Dionisque codicibus, et in vetuſtis Editionibus aut Mſ. exemplaribus Latinorum Auctorum. Ceterum hic vi-

detur esse Dolabella, qui Consul fuit cum Antonio, et provinciam Asiam post mortem C. Caesaris sibi decrevit. VALES.

Materf. filium proprium.] Sic Gelenius edidit: Accursius vero *sobolem propriam*. At in codice Regio tria haec deerant verba, et lacuna erat relicta. In lib. 8. c. 1. Valerii Maximi, et Agellii 12. c. 7. legitur tantum virum et filium ab ea muliere occisum. Itaque filium non de propria mulieris sobole, sed privignum intelligendum puto. In Ms. Vaticano legitur, *Smyrna....... propriam, etc.* VALES. Itaque miror cur τὸ *Smyrnaea* ut dubium virgulis Hadrianus incluserit, quod non debebat, ut vere genuinum. Sed tamen ita reliqui. GRON.

Filium proprium] Non alius esse potest, nisi *privignus*, quod tota orationis series suadet. Fortasse aberravit librarii oculus, nam si *proprium* iungas filio versiculi sequentis, tunc omnia recte habebunt. W.

Ex priore viro ab eis occisum comperisset.] Sic Gelenius ex coniectura supplevit. Nam in Regio codice legitur tantum *caermonio*. [In Colbert. *cavermonio.*] Accursius vero ita emendaverat, *ex alio marito ab eis comperit necatum.* VALES.

Comperendinata] alio tempore denuo se sistere in iudicio iussa est. — *Consilium* iudices *anceps quid inter ultionem et scelus statui debeat* ultionis an sceleris in ista causa ratio habenda esset. W.

Ad Areopagitas missa est, Athenienses iudices tristiores; quor. aequitas Deor.] Nota est fabula. Cum filiae iniurias gladio Mars ultus esset, idcircoque a Neptuno (eius enim filium Halirrhothium interfecerat) accusaretur, apud Areopagum causa dicta fuit. *Vid. Augustinus de Civitate Dei lib. XVIII. cap. 10. Stephan. de Urbibus in Areopag. Aristid. Orat. Panathen. p. 6. a. in fine.* Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 92. Ἐπὶ τοῦ Ἀρείου πάγου ὑπὸ τοῦ Ποσειδῶνος αἰτιαθεὶς καὶ ἁλοὺς, αὐτὸς μὲν δίκην δέδωκε, τῷ δὲ τόπῳ πρὸς τὸ στηλιτεύεσθαι τὴν αἰσχύνην τοὔνομα καταλέλοιπε. Idem Epist. 90. Oecumenius in Acta Apost. cap. 17. Apollodorus Biblioth. lib. III. Photius in Biblioth. pag. 374. *Vel etiam de Neptuni et Minervae dissidio intelligendum. Et videtur Ammian. ad Varronis locum respexisse, cuius etiam auctoritate utitur August. de Civitat. Dei lib. XVIII. cap. X.* LINDENBR. Cf. Wernsdorf. ad Himerium p. 163. W.

Tristiores] severiores. W.

Absolverent veneficam.] Codex Regius *veneficium:* quam scripturam confirmat Agellius in lib. 12. c. 7. VALES.

20. *Impressas foede corporibus liberis* ingenuorum *notas* latera sulcando. — *Inconnivens* h. l. oculos non claudens, ut scelera hominum videre nolle videatur. W.

[*Namque caesorum ultrices dirae, perpetium numeratione querelarum iustiss. commovente.*] Sic in libro XXVIII. c. 6. *Sed accelerarunt ultrices dirae caesorum.* Sic vulgatae Editiones utrubique praeferunt. At codex Colbertinus utroque loco *ultimae*. Et quidem in libro 28. *sed accelerarunt ultimae dirae caesorum.* In libro autem 29. *Namque caesorum ultimae dirae, perpetuum numen ratione querelarum iustissima commoventes, etc.* Quae certissima et optima est scriptura. *Caesorum ultimae dirae* dicun-

tur Ammiano iniuſte damnatorum ultimae preces, imprecationesque et iniquorum iudicum exſecrationes. Diras *impia vota* et *querelas* vocat Virgilius in Diris. *Accelerare* autem *ultimas diras caeſorum* dixit Ammianus, ſive ultimas morientium preces et exſecrationes: ſicuti apud veterem Poetam *preces ire* dicuntur.

Et fama eſt iunctas fortius ire preces.

Qui in utroque loco Ammiani *ultrices dirae* poſuere, in mente habuere Furias ſeu Eumenidas, quae alio nomine *Dirae* a Latinis ſunt appellatae, *Ultricesque* nonnunquam cognominatae A. Victoris Epitome c. 21. init. de Baſſiano: *Hic fratrem ſuum Getam peremit. Ob quam cauſam furore poenas dedit Dirarum inſectatione, quae non immerito ultrices vocantur.* Sed a melioris notae codicibus Mſſ. ſine cauſa recedere non licet, quum optime nobis ſenſus ratio conſtat.] HADR. VALESIUS. Ultrices diras ſuppleverunt ex Virgilio lib. IV. Aen. 473. *Ultricesque ſedent in limine dirae* Sed Ammianus etiam nunc, ut ſaepe, videtur imitatus Florum, cuius verba ſunt lib. II. cap. 6. *Quaſi has inferias ſibi Saguntinorum ultimae dirae in illo publico parricidio incendioque mandaſſent.* GRON.

Perpetuum (ſupernum 17, 13) *numen* deos immortales. — *Fides oraculi* v. c. I. verſiculos Graecos. W.

21. *Poſt inconvolutos caſus*] Inconvoluti caſus qui ſint, vix divinare audeo. Vocabulum in Ammiani officina procuſum. Originem ſi ſpectes, fortaſſe dici poſſit caſus *aerumnas* voluiſſe, ſine involucro quaſi immiſſas, ne ſpecie quidem iuris atque aequitatis praetexta, non diſſimulatas, apertas, ut fere idem ſit, quod noſtrates dicunt *unumwunden*. W.

Cervicibus Aſiae totius inſedit] Erneſt. comparat Liv. IV, 12. *regno prope per largitionis dulcedinem in cervices accepto.* W.

22. *Feſtus quidam.*] De quo Zoſimus in lib. 4. c. 15. [ubi vid. Reitemeier. p. 585. W.] haec dicit: τῶν δ' ἀτοπημάτων ἦν κολοφὼν Φῆστος, ὃν εἰς πᾶσαν εἰδὼς ὠμότητα πρόχειρον ὄντα, τῆς Ἀσίας ἀνθύπατον ὁ βασιλεὺς ἔστειλε. *Porro omnium calamitatum cumulus fuit Feſtus quidam, quem Valens ad omne genus crudelitatis promptiſſimum eſſe probe ſciens, Aſiae Proconſulem deſtinavit.* Eiusdem elogium extat apud Suidam in Φῆστος ex Eunapii Sardiani Hiſtoriis, et apud eumdem Eunapium in Vita Maximi Philoſophi. Hic eſt, ut opinor, Rufus Feſtus V. Cl. qui Breviarium ſcripſit ad Valentem Aug. non autem ad Valentinianum, ut habent vulgatae Editiones, et ſcripti codices.*) Annon enim haec libri eius clauſula Valentem reſpicit? *Ut ad hanc ingentem de Gothis, etiam Babylonicae tibi palma pacis accedat.* Accedit quod in duobus Mſſ. antiquiſſimis *Feſti Dictatoris Breviarium* exaratum eſt, ut in Notis ad Victoris Epitomen teſtatus eſt Andr. Schottus. Eſt autem Dictator, qui ad memoriam dictat, qui et ἀντιγραφεὺς Graece dicitur, ut notatum eſt a Cl. Salmaſio ad Vopiſcum in Caro c. 8. (Scriptt. Hiſt. Aug. T. II. p. 785.) Cum igitur Marcellinus Feſtum Magiſtrum fuiſſe memoriae prodat, et reliqua egregie conveniant nihil vetat quo minus hunc Feſtum eumdem cum Hiſtorico eſſe credamus. VALES.

---

*) Rectius libelli auctor *Sextus* Rufus exiſtimatur. W.

In nexum germanitatis ut frater germanus *dilectus a Maximino* funesto illo Praefecto Praet. cuius immania facta 28, 1. narrantur. W.

Et contogatus.] Id est togatus, seu Advocatus in eodem foro. VALES.

Administrata Syria.] Festus Consularis Syriae fuit Valente II. et Valentiniano II. Coss. ut colligo ex lege XI. Cod. Theod. de cohortalibus. Certe Libanius in vita sua Festum Consularem fuisse Syriae dicit, antequam Valens Antiochiam venisset. Idem Festum ait hominem fuisse furiosum, et linguae Graecae prorsus ignarum. VALES.

Reverentia exempla.] Sic reposuit ex Colbertino Hadr. Valesius Praef. p. LIX. quum eo priores editores habeant *reverentiae*, quod sensu carere cum eodem Valesio non existimaverim, si exponas *pudoris*, reverentiae (legum) exempla. *Reverens* ut recte potuerit passive pro *reverendus* usurpari, vehementer vereor. W.

Regere Asiam proconsulari potestate exorsus.] Proconsul Asiae vir Spectabilis erat, sub cuius administratione erat Asia proprie dicta, Hellespontus, et insulae. Nullatenus autem erat obnoxius Praefecturae Praetorianae eo quidem adhuc tempore. Nam postea imperante Arcadio, cum omnia perturbata essent, Proconsularis etiam potestas imminuta est, ut scribit Eunapius in Vita Maximi. De Proconsulatu Festi scribit Eunapius, et Zosimus, et Libanius in vita sua, cum dicit: σπεύδων ᾤχετο εἰς ἰωνίαν ἐπὶ τὴν ἀρχήν. VALES.

Velificatione tranquilla] tuto (velificatione plena 18, 5.) W.

23. *Exsequiis suffragantibus ad Praefecturam venisse*] id ipsum quod multos iniuste trucidaverit, apud Imperatorem ita eum commendasse, ut Praefectum faceret. *Exsequiae* h. l. dictae pro cadaveribus, quam significationem pluribus scriptorum istius aevi locis, nec Ammiani nostri immemor comprobavit V. D. in Miscell. Obss. T. x. p. 53. W.

24. *Ratio est ubique.*] Hoc *ubique* respicit ad praecedens *Romae*, et Ammianus hoc vult: nihil conferre ad recte secusve factorum vel laudem vel vituperium, in maiori an minori urbe peracta sint. W.

25. *Philosophum q. Coeranium.*] Aegypto oriundum. Eunapius de Festo: ἀλλ' ἐπὶ τοσόνδε παραφορᾶς ἐῤῥύη καὶ φόνων, ὥστε καὶ Μάξιμον ξίφει διέφθειρε, Κοίρανον αἰγύπτιον ἐπισφάξας αὐτῷ. *Sed eo furoris processit et crudelitatis, ut etiam Maximum gladio occideret, et Coeranum Aegyptium quasi succidaneam ei victimam mactaret.* Fuit etiam alter Coeranus Aegyptius temporibus Severi, ut refert Dio: et alius Graeci generis sub Nerone, de quo Tacitus in fine XIV. VALES. *Coeranus* est etiam apud Suidam v. Φῆστος. W.

ΣΥ ΔΕ ΝΟΕΙ.] De hoc adagio nihil legi. VALES.

Νόει, καὶ στέφε τὴν τύλην.] Casaubonus suo codici adscripserat, στρέφε τὴν τύλην: vel στέφε τὴν πύλην. Utrumque ex coniectura. De more ianuas coronandi Iuvenalis, et alii.* LINDENBR.

Στέφε τὴν τύλην] Quod proverbialiter dici monet ipse Ammianus, additque adhiberi de eo, cui *altius* aliquid agendum in-

iungatur. Τύλη vero quum ſit vel culcita, vel callus, aliusve tumor corporis, vel *cervix*, neſcio an ſatis poetice cervix pro capite poſita ſit; magis tamen inclinat animus ad coniecturam, quam Caſaubonus olim, teſte Lindenbrogio, orae adſcripſerat, ΠΥΛΗΝ, portas enim in rebus laetis coronatas fuiſſe novimus. W.

26. *Intervallatis* intermittentibus *febribus*. *Filiam ſuam* Feſti. W.

27. *Scrutari* inquiri *ex negotio* ob neceſſariam aliquam cauſſam. — *Genitura*. Statim ſequitur *conſtellatio*. W.

Cum obiectaretur illi quamobrem conſtellationem Principis collegiſſet.] Maieſtatis crimen contrahit, quisquis ſuper Principis geneſi vel fato ſcrutatur, ut de Lepida ait C. Tacitus Annal. lib. III. c. 22. cui inter alia crimina hoc quoque obiectum fuit, quod per Chaldaeos in domum Caeſaris quaeſiviſſet. *Rationem Tertullianus reddit Apologet. cap. 35. *Cur opus eſt perſcrutari ſuper Caeſaris ſalute, niſi a quo aliquid adverſus illam cogitatur vel optatur, aut poſt illam ſperatur et ſuſtinetur?** Unde Paulus l. C. Sent. lib. V. Tit. 21. *Qui de ſalute Principis vel ſumma Reipublicae mathematicos, hariolos, haruſpices, vaticinatores conſulit, cum eo qui reſponderit, capite punitur.* Apud Wiſigothos mitior hic poena decreta: ſic enim in eorum LL. habetur, lib. VI. Tit. II. §. I. *De Salute Principis vel cuiuscumque hominis Hariolos conſulentes, ingenui flagellis caeſi cum rebus omnibus Fiſco ſerrituri aut Regi aſſocientur: ſervi in transmarinas inſulas deportentur et veneant.* Bene itaque mundani motus ſcrutatorem Iul. Firmicus ſic monet lib. 2. cap. 33. *Cave ne quando de ſtatu Reipub. vel de vita Romani Imperatoris aliquid interroganti reſpondeas: non enim oportet, nec licet, ut de ſtatu Reipub. aliquid nefaria curioſitate dicamus; ſed et ſceleratus atque omni animadverſione dignus eſt, ſi quis interrogatus de fato dixerit Imperatoris: quia nec dicere poteris de eo aliquid, nec invenire.* LINDENBR.

Collegiſſet.] Hoc verbum conſtellationi iungit etiam Spartianus in Aelio Vero c. 4. W.

28. *Marmori*] marmoreis gradibus, qui ad balneum ducebant. *Septemque vocales literas* Graecis A. E. H. I. O. Υ. Ω. *numeraſſe* cet. Locum ſine nota dimiſerat Valeſius, ſed poſtea temporis adiecerat ad Socratis Hiſt. Eccleſ. 5, 17. inſerta eſt etiam paucis mutatis eiusdem Emendationibus a Burmanno editis p. 5. ubi plura de hac ſuperſtitione attulit Burmannus. W.

CAPUT III.

1. Ab his in Oriente crudeliter perpetratis Ammianus *ſtilum vertit* in Gallias, res ibi geſtas enarraturus, ſed et hic denuo incidit in *Maximinum* dirum illum Praefectum Urbi 28, 1. *Iam Praefectum* Praetorio. W.

Qui poteſtate late diffuſa ſcaevum Imp. acceſſerat incentivum.] Sic Mſ. Flor. ut *Scaevum crimen*, L. 19. de Haereticis. *Scaevae interpretationes*, Novel. unic. Theod. et Valent. de libertis. *Scaeva tempora*, leg. 9. Cod. Theod. de infirmand. his quae ſub tyran. LINDENBR.

Scaevum infelix *Imperatori* Valentiniano *incentivum* 14, 1. W.

2. *Retentante*] retinente, uti 24, 4. W.

3. *Adultus*] puer. 26, 6, 15. ergo nomen proprium non videtur. *Paedagogiani* pueri erant nobiles, quos in aulis noſtris nominant *Pagen*, Edelknaben. — *Spartanum canem*, ad venationem enim aptiſſimi Spartani, Cretenſes, Arcadici habebantur, v. ſcriptores cynegeticos. — *Abſolvit* dimiſit. W.

4. *Praepoſitum Fabricae*] armorum. v. Ind. II. *Species ferrea*, is ipſe thorax, quem offerebat artifex, *quam ille* Imperator *formarat* vel animo conceperat vel praeſcripſerat. W.

Epiroten aliquem ritus Chriſtiani Presbyterum.] Recte quidem et ordine fecit Gelenius, qui quaterniones transpoſitos primus reſtituit. Sed nos hoc amplius praeſtitimus, quod haec et ſequentia verba in Gelenii Editione ob lacunas, ut opinari datur, omiſſa Auctori ſuo reddidimus: nec reddidimus ſolum, ſed etiam ſenſum eorum perſpeximus. Inter exempla enim crudelitatis Principis Valentiniani hoc vel praecipuum Marcellinus refert, quod Epiroten quemdam Presbyterum gladio occidi iuſſerit, idcirco quod Octavianum ex Proconſule Africae, (cuius mentio fit in lib. 23. c. 1.) alicuius criminis reum, apud ſe latentem prodere noluiſſet. Eamdem hiſtoriam refert Hieronymus in Chronico Anno Domini 372. *Presbyter Syrmii nequiſſime decollatur: quod Octavianum ex Proconſule apud ſe latitantem prodere noluiſſet.* VALES.

Offenſarum auctore] delatore. W.

5. *Strator*] H. l. is eſt, qui in provincias mittebatur ad equos ſtabulo Imperatoris vel bello aptos (*militares*) exquirendos, *probandos*, deducendosque, qui ſi quosdam lucri cauſa cum aliis commutaret, poena quidem dignus erat, nec tamen capitali. Aliud ſtratorum genus vide infra 30, 5. et omnino Ind. II. W.

**Ad quos probandos miſſus erat in Sard.*] Stratorum munus id erat, ut equos eos maxime, qui Imperatorum uſui erant deſtinati, diligenter probarent: ut apparet ex Codice Theodoſ. de Stratoribus. Themiſtius in Oratione quinquennali ad Valentem A. pag. 462. καὶ ἵπποις μὲν ἴσως οὐκ ἂν ἐχρήσαντο μὴ λίαν ἐξητασμένοις. Machinae quoque et tela bellica probabantur, ex Themiſtio pag. 239.* VALES.

Favorabilis auriga] cui populus et ipſe Imperator prae ceteris favebant. *Vulgari levitate* nam omnia ſibi, veneficia adeo, licere iſti homines opinabantur. cf. Ind. I. v. Auriga. W.

Cuius non multo poſtea beneficiis.] Prima illa vox ad ſenſum explendum a Gelenio adiecta eſt: ſed cum in Mſ. Regio, et in Editione Aug. ſimiliter deſit, locus ita commodius concipi poſſe videtur: *Quem non multo poſtea veneficiis uſum ferebatur,* (Sic tamen malim *ferebant.* W.) *etc.* vel ſane: *Quoniam non multo poſtea, etc.* VALES.

Beneficiis uſum.] ἴσ. *veneficiis uſum.* LINDENBR.

6. *Africanus*] Nepotem vel ἀπόγονον ſaltem C. Corn. Africani Fabiani Honorati fuiſſe coniicit Reineſius ex Inſcript. I, 364. W.

Poſt adminiſtratam provinciam.] Advocati peracto Advocationis tempore ad regendam provinciam mitti ſolebant, ut ex Co-

dice, et vetuſtis Inſcriptionibus notum eſt. Unde Libanius in Orat. adverſus doctrinae ſuae obtrectatores, Heliodorum illum Advocatum poſt Advocationem fiſci ait provinciam adminiſtraſſe, ut mos erat: ὁ δὲ καὶ ἦρχεν ὡς δὴ τὰ τῶν ῥητόρων πεπονηκώς. VALES.

Cuius ſuffragatori.] Suffragatores dicuntur viri primates in Comitatu, qui cum gratia apud Principem multum valeant, clientibus ſuis et humilioris fortunae hominibus ad aliquid a Principe impetrandum ſuffragationem ſuam commodant. Hi a Graecis προσήγοροι, et συνήγοροι dicuntur, ut docet Suidas. Themiſtius in Orat. 4. καὶ ταῦτα οὔτε λιπαρήσαντα, οὔτε θωπεύσαντα, οὔτε ἑτέρῳ προστάτῃ χρησάμενον καὶ προσηγόρῳ. Itaque ſuffragator paene idem eſt quod patronus: *et optime in Gloſſis veteribus explicatur, διὰ πρεσβειῶν, per ſuffragia. Seneca in libro de brevitate vitae: *Candidati* (inquit) *laborare deſinimus; ſuffragatores incipimus.* Ambroſius in caput 1. Epiſtolae Pauli A. ad Romanos: *Nam ideo ad Regem per Tribunos aut Comites itur, quia homo utique eſt Rex, et neſcit quibus debeat Rempublicam credere. Ad Deum autem, quem utique nihil latet, promerendum ſuffragatore non opus eſt.** VALES. Conf. XXII, 6. W.

Subagreſti verbo] inſipido verborum luſu. W.

7. *Pollicitus quod eum revocabit ad ſupplicium raptum*] promiſit, ſe eo ipſo tempore, quo ad ſupplicium duceretur, veniam ei daturum, vitam condonaturum eſſe. W.

8. *Replicatis denſe*] repetitis crebro. — *Protectores* ſatellites. v. Ind. II. Ad *exhibendas* ſiſtendas, arceſſendas *perſonas.* W.

De fuſtibus caeſi] Τὸ *de* abeſſe poterat; quoniam vero Colbertinus habet Valeſiusque (Praef. p. LX.) operis iraſcitur, quae ſe invito omiſiſſent, quod vitioſum putarent, ego voculam, quam ſerior aetas omnino ſaepe pleonaſtice ponit, (cf. 31, 5. *de* habitu prudentiae) reſtitui. W. Neſcio quo caſu factum ut in hac etiam editione ſit omiſſa. ERF.

9. *Ex profeſſo quaeſiſſe videatur.*] Mallem *videamur*, ut in Regio codice ſuperſcriptum eſt: et paullo poſt ſcribe ex eodem libro *ac Toloſ.* [ac Colbert.] *alia commodiſſimi.* VALES.

Alia commodiſſimi] indulgentiſſimi Erneſt. Malim ego omnino principis optimi. W.

[*Cum duas haberet urſas ſaevas hominum ambeſtrices, earum caveas prope cubiculum ſuum locaret.*] Valentinianus, natus in Pannonia Provincia Illyrici, prope cubiculi ſui fores velut fidas corporis cuſtodes habuit urſas duas caveis incluſas, in laniandis ipſo ſpectante cadaveribus comedendisque hominibus exercitatas. In quo imitatus videtur Galerium Maximianum, ortum ex Dacia Illyrici quoque provincia, qui homines vivos urſis abſorbendos obiicere conſueverat, eoque privato ſpectaculo paſcebat oculos, ac maxime delectabatur. Sic enim ſcribit Lactantius in libri de mortibus Perſecutorum capite XXI. quem librum nuper Vir doctiſſimus Baluſius publicavit. *Habebat urſos ferociae ac magnitudinis ſuae ſimillimos,* (Galerius) *quo toto imperii ſui tempore elegerat. Quoties delectari libuerat, horum aliquem afferri nominatim iubebat. His homines non plane comedendi, ſed abſorbendi obiectabantur; quorum artus cum diſſiparentur, ridebat ſuaviſſime,*

nec umquam ſine humano cruore cenabat. Ceterum a patre Valentiniano non degeneravit Valentinianus iunior Auguſtus, qui urſorum et leonum venationibus maxime delectabatur, ut Philoſtorgius in libro XI. Hiſt. ſcribit.] HADR. VALES.

Ambeſtrices] Vox Ammiani propria. W.

Cura agebat enixa.] Haec eſt coniectura Gelenii: a qua longe diſcrepat exemplaris Regii, *Toloſ.* [et Colbert.] ſcriptura, *cultant acerabat enixo:* in Auguſtana autem Editione ſic legitur, *cultans accelerabat enixe.* Unde coniicere eſt ſic a Marcellino ſcriptum fuiſſe, *cultu ita curabat enixo.* VALES.

Rumperetur.] In Mſſ. Flor. et Regio, *Toloſ.* [et Colbert.] et in Aug. Editione legitur *debetur.* Forte ſcribendum eſt *deleretur.* VALESIUS. Niſi id quidem nimium eſt, et Imperator non utique vetuerit deleri, ſed ne minima quidem parte imminui, et Ammianus ediderit *delibetur.* GRON.

Ne deleretur luctificus calor] ne quid a carnis humanae appetitu remitterent. W.

[*Innocentiam, poſt multas quas eius laniatu cadaverum viderat ſepulturas, ut benemeritam in ſilvas abire dimiſit innoxiam.*] Veteres non domeſticas modo beſtias, ſed etiam feras, quibus aliqua in re uſi erant, velut de ſe bene meritas libertate remunerari conſueverant, et in agros ſilvasque dimittere; ita ut incuſtoditae vagarentur, et tamquam ſacrae a nemine violarentur. Eum morem ſecutus Statius fingit Liberum Patrem duas tigres manſuefactas et domitas, quas in bello Indico ad currum iunctas habuerat, cum victor Thebas rediiſſet ex India, ceu optime meritas, aut ſi mavis emeritas conſecraſſe, et in agrum Thebanum dimiſiſſe: quae et e manu paſcerentur, et nunc per campos errarent, nunc etiam urbem Thebas intrarent innoxiae. Statii in libro VII. Thebaidos verſus tales ſunt: (564. ſſ.)

Errabant geminae Dircaeae ad flumina tigres,
Mite iugum, belli quondam vaſtator Eoi
Currus: Erythraeis quas nuper victor ab oris
Liber in Aonios meritas dimiſerat agros, etc.

Ab Statio ſua verba accepiſſe Ammianum putes: *Liber tigres ſuas in Aonios agros meritas dimiſit:* Valentinianus urſam ſuam *ut bene meritam in ſilvas dimiſit innoxiam.* Ea dimiſſione homines feris gratiam referre ſe exiſtimabant. Iulius Caeſar equorum greges (quibus nimirum in bello Gallico uſus erat) *in traiiciendo Rubicone flumine conſecravit, ac vagos et ſine cuſtode dimiſit:* ſicuti tradit Suetonius Tranquillus in Caio Iulio Caeſare capite LXXXI. Hic mos a nemine obſervatus, illuſtrari merebatur.] VALES. Memoria fefellit Valeſium; idem enim Caſaubonus ad Suetonii Caeſarem c. 81. animadverterat. Non tamen erat, quod Crenius in Animadverſſ. T. x. p. 203. virum praeſtantiſſimum ideo inter plagiarios referret. W.

Dimiſit innoxiam.] Poſt haec verba in Mſſ. Flor. *Toloſ.* [et Colbert.] et Regio, et in Editione Aug. ſic legitur: *Exop...... ſimile ſedit...... Et haec quidem, etc.* Ex quibus veſtigiis hanc fere ſcripturam colligas, *quae exinde ſimiles edidit ſtrages.* VALES.

CAPVT IV.

1. *Nusquam* (malim *usquam*) *digredientis* aberrantis. W.

Quod maius pretium operae forsitan regendis verius milite barbaris quam pellendis.] Sic dedit Valesius ex Colbertino et ita explicat (Praef. p. LX.): Valentinianum, qui in barbarorum finibus munimenta statuerit, quibus longe eos a limitibus Imperii Rom. repellere conaretur, multo melius forsitan facturum fuisse, si voluntaria barbarorum opera in bellis uti, eorumque auxiliis militaribus Romanos duces praeficere maluisset. Editiones ante Valesium pro *milite* habent *limite*, quod et ipsum haud incommodum fundit sensum: melius *faciebat* (non *fecisset*), quod barbaros intra limites coerceret, eorum incursionibus obicem poneret castellis, quam ut fines nostros ingressos non sine difficultate repelleret. W.

Et cum dedisset.] Quinque linearum hiatus in libris est, nexum tamen cum praecedentibus fortasse invenias, si de castellis, munimentis, turribus, speculis sermonem fuisse coniicias. W.

2. *Macrianum regem*] Alamannorum 18, 2. 28, 5. Cf. Gibbon T. VI. p. 192. — Inter *mutationes crebras sententiarum* quum bella contra eum mox decernerentur, mox differrentur. *Superstitem raperet* vivum in potestatem redigeret, *ut Vadomarium Iulianus* 21, 4. W.

Et praevisum negotium.] Sic Gelenius edidit. In Editione vero Augustana legitur *praevium*. Ego vero cum in codice Regio [et Colbert.] ita scriptum deprehendissem, *et praevi* ...... *negotium, etc.* veram huius loci emendationem statim odoratus sum: quis enim neget ita ab Marcellino scriptum fuisse? *Et provisis quae negotium poscebat, et tempus, etc.* sic enim alibi loquitur. VALES.

3. *Contra Mattiacas aquas.*] Plinius lib. XXXI. cap. 2. *Sunt et Mattiaci in Germania fontes calidi trans Rhenum, quorum haustus triduo fervet.* Ita autem hae aquae dictae a Mattio oppido, uti id Tacitus vocat Annal. lib. I. c. 56. *Caesar incenso Mattio (id genti caput) aperta populatus, vertit ad Rhenum.* Ptolemaeus *Mattiacum* appellat, in Notitia civitatum Septemtrionalium: Βούδαρις, Ματτιακὸν, Ἄρτανον. LINDENBR.

Mattiacae aquae. De his multa disputarunt interpretes ad Taciti Annal. I, 56. et in Hassia nostra quaerendas esse dubio caret. cf. Mannerti German. p. 134. et 563. Auctor Itinerarii ante aliquot annos editi (Reise durch den Harz und die Hessischen Lande Brunsv. 797. S. 219. et 239.) nomen priscum servari testatur in pago Metz in Praefectura Gudensberg sito. W.

4. *Scurrae*] Valesius ad 15, 9. ubi et ad locum nostrum provocat, Scurras comparat cum Bardis Gallorum: utrosque iocis ac gesticulationibus milites inter convivia delinire solitos. Sed haec significatio nostro non convenit loco. Propius accedit Salmasius ad Lampridii Alexandrum Severum c. 61. qui *satellites* eo illa aetate nomine venisse pluribus exemplis comprobavit. Ego vero, cum Glossae veteres pro synonymis ponant: *assecla, buccellarius, scurra,* malim h. l. nundinatores castrenses intelligere; quod suadent *venalia mancipia* et *merces direptae.* W.

5. *Iudices*] duces militares 18, 6. 27, 5. — *Tapetes* vestes villosae 16, 5. W.

Equirat erat...] Lacuna eſt trium linearum et paucula, quae reſtant, ſine ſenſu. Ex ſequentibus tamen colligi poteſt, Valentinianum ipſum affuiſſe, ſed Romanos ipſos incendiis, rapinis et clamoribus inconditis rem totam irritam feciſſe. W.

Suſpecti] active pro ſuſpicioſi (nec aliter 16, 12. *ſuſpectiores* de obſcuris). vid. Salmaſ. ad Scrr. Hiſt. Aug. T. 1. p. 615. Non opus eſt Erneſtii coniectura *ſuſpectati*, cui ipſe non multum tribuit vir optimus. W.

6. *Quinquagenteſimum*] alii *quingenteſimum*. W.

7. *Leo morſus vacuos concrepans.*] Valer. Flaccus III, 588. *leo frangit abſentem vacuis ſub dentibus hoſtem.* — *Disiecta hoſtium* i. e. disiectos hoſtes. — *Bucinobantibus*, quorum ſedes ipſe Ammianus conſtituit e regione Moguntiaci. cf. Mannert p. 296. W.

Fraomarium] unum ex magnatibus. — Reineſ. adſcripſit: „Frumarit Saio ap. Caſſ. 21, 19. (Quis ille Caſſius? W.) Fromar, Frummer.“ W.

Alamannorum] eorum, qui in fide permanſerant, ſociorum. *Numero* legioni. W.

Bitheridum] Reineſius: „lege Bertfridum. Bertvridum — Breed — breet i. e. late equitans.“ — *Hortarium.* Reineſius: „lege Hrotarium. Rothai — Rothui — Ruadſari — Ruadſeri q. d. quietis dominus.“ W.

Proditus opera Florentii Mogontiaci Ducis.] In codice Regio, *Toloſ.* [et Colbert.] ſcribitur hoc modo, *proditus peratione Florentii Germaniaca Ducis:* neque aliter Accurſius ex codice ſuo edidit, niſi quod, *deſperatione Florentii*, iuſſit excudi. Ego vero non dubito, quin Marcellinus ita ſcriptum reliquerit, *proditus relatione Florentii Germaniae Ducis.* VALESIUS. Quae vox mentem viri doctiſſimi pepuliſſe videtur ex eo, quod ſequitur, *Romani quidem relationes.* Quae tamen videntur differre ab hoc genere, quod verbo *proditus* adiungi meruit. Ex quo crederem ab Ammiano ſcriptum *delatione*, quum et prima litera per inverſionem hoc videatur monſtrare. GRON.

Conflagravit flamma poenali] vivus combuſtus eſt. W.

CAPUT V.

1. Quae de rebus in Africa geſtis coeperat narrare Ammianus 28, 6. ea nunc perſequitur et *narratione* quidem, uti ipſe ait, *continua* unoque tenore. Inde vero factum, ut, quae non uno anno accidiſſent, uno tamen loco complexus ſit. Oroſius certe 7, 32. ſeditionem *Firmi*, de qua monente Reineſio etiam Zoſimus Lib. IV. c. 6. et Paulus Diac. Lib. XII. poſt exceſſum demum Valentiniani et Valentis motam eſſe tradit. cf. qui ſuo quodque anno aſſignare conatus eſt, Tillemontium V, 42. ſſ. W.

Nubel vita digrediens] decedens 17, 4. — *Multa et formidanda*, et paullo poſt *multa et aſpera* uti Graecorum πολλὰ καί. — De Romano et Remigio vide ſupra 28, 6. W.

2. *Potiores Imperatoris neceſſitates*] negotia. W.

3. *Ad obruendam*] supprimendam, (paullo post *amandatis* eodem fere sensu.) *Contumeliosus.* Sic e cod. Colbert. pro *contumax* dedit Valesius (Praef. p. LX.). W.

Ab imperii ditione descivit.] Et diademate assumpto Regem se ipse constituit, ut scribit Victoris Epitome, et Orosius in lib. 7. c. 32. Quare non assentior Goltzio, qui in Thesauro suo hunc Firmum Augustum fuisse censet, nummumque eius hunc profert: DN. FIRMUS. P. F. AUG. Sed non dubito, quin de altero Firmo nummus iste intelligendus sit, cum Firmus, de quo hic sermo est, numquam Augusti, sed Regis dumtaxat nomen adsciverit. *Zosimus XIV, 16. Βασιλέα dicit. Augustinus in libro I. contra Epistolam Parmeniani capite 10. *Quae a Donatistis Rogatus ille Maurus per Regem barbarum Firmum, quam saeva et quam acerba perpessus sit.* Et paullo post: *Non enim tam saeva sunt, quae adversus Maximianistas per iudices egerunt, quam quae etiam ad persequendum Rogatum Maurum, ab eis per Firmum barbarum gesta sunt: etsi illum licet hostem immanissimum Romanorum in legitimis numerent.* Ubi vides Firmum pro legitimo Imperatore habitum esse a Donatistis: et nomen Βασιλέως apud Zosimum supra ambiguum est, quippe quo et Rex et Imperator ex aequo significatur.* VALES.

Ab imperii ditione descivit] nostro imperio se subduxit: erat enim Comes Africae. W.

4. *Hostis implacabilis.*] Ante has voces lacuna erat exigua in MSS. Flor. et Regio, et in Editione Augustana: quae sic videtur non incommode posse suppleri: *Quocirca ne hostis, etc.* VALES.

Comitatensis militis] v. Ind. II. W.

Theodosius Magister equitum mittitur, cuius virtutes ut impetrabiles ea tempestate prae caeteris nitebant.] Lego heic et aliis similibus in locis *impenetrabiles.* OISELIUS. Ibi Lindenbrogius subdit, sibi non placere coniecturam, quod *impetrabilis* nomen est Ammiano frequens. Certe et codd. MSS. inprimis Colbertinus, Loiselli coniecturae adversantur. HADR. VALES.

Theodosius Magister equitum] 28, 5. — *Impetrabilis* strenui 15, 8. 31, 11. cet. W.

Prae ceteris nitebant.] Apparet scribendum esse *enitebant,* ut modulatior sit clausula. VALES.

Domitii Corbulonis.] Multa de hoc Tacitus Annal. XIII, 8. Dio Cass. LXII, 19. — 23. LXIII, 17. et alii eius saeculi Scriptores. LINDENBR.

Domitii Corbulonis, et Lusii.] Utriusque elogium exstat in Fragmentis Dionis quae ante biennium publicavi. Corbulo quidem a Dione Κουρβούλων semper dicitur, et ab Evagrio in lib. 3. cap. 41. Lusius vero Quintus Κύντος Λούσιος ab eodem Dione nominatur, ortus e Mauritania. Uterque tandem gladio occisus est, cum ob egregia merita invidiam in se et aulicorum et Principum concitassent. Ac fortasse consulto Theodosium iis comparat Marcellinus, qui et ipse similem exitum sortitus est, ut notabimus infra. VALES.

Et Lusii.] Lusius Quietus vocatur a Spartiano in Hadriano c. 5. Vide Xiphilin. LXVIII, 3. 8. cet. LXIX, 3. et Historiam Augg. LINDENBR.

Lusii] Reinef. „Lusius Quietus praefuerat gentibus Mauris, exarmatus ab *Adriano.*“ W.

5. *Emeato* traiecto *mari.* W.

Mauritaniae littus, quod appellant accolae Igilgitanum.] Mf. *Gilgitanum.* Et Plinii fcripta exemplaria *Gilgili*, non *Igilgili*, habent. Quod fi Ptolemaeum et Antoninum Aug. fequimur, *Igilgilitanum* apud Ammian. legendum erit. LINDENBR.

Igilgitanum.] Etiam in codice Regio *Gilgitanum* fcriptum inveni, * ut et in Tolof. * [et Colbert.] neque fecus in Editione Mariangeli: fed *Igilgitanum*, ut Gelenius edidit, amplector. Nam et in Notitia Africae quam Iacobus Sirmundus ante aliquot annos edidit, inter Epifcopos Mauritaniae Sitifenfis quartus numeratur *Domitianus Igilgitanus.* In Collatione Carthagin. Eguilguilitenfis Epifcopus dicitur. HENR. VALESIUS. [Veteres *Igilgilitanum* dixere ab urbe *Igilgili*, quae Plinio *Gilgili opidum*, et vulgo *Gigeri* dicitur.] HADR. VALES. Quod pofterius iam ante quoque elegerat Holftenius in notulis ad Patriarchatum Romanum pag. 90. GRON.

Sitifenfis Mauritaniae (Setif) *litus, quod appellant incolae Igilgitanum* (Gigeri). cf. Weffeling. Itineraria p. 12. et 28. W.

Parum] minus quam poffit (cf. 17, 4. 28, 1.). *Super his, quae verebatur*, Theodofius nempe, qui Romanum veram feditionis Firmi caufam fuiffe non ignorabat. W.

6. *Caefarienfem*] Mauritaniam. W.

Gildonem Firmi fratrem.] Is ipfe eft, qui mortuo Theodofio Augufto, cum effet Comes Africae, ab Honorio defcivit, ut teftatur Claudianus de bello Gildonico: apud quem Theodofius Senior haec ait v. 335.

— — aufus Latio contendere Gildo:
Germani nec fata timet, etc.

id eft Firmi. VALES. Cf. Zofim. v, 11. et ibi Reitem. p. 606. W.

Vincentium] Romani vicarium. Paullo inferius §. 19. vocatur Tribunus, fi idem eft. — *Incivilitatis* infolentiae. Paullo poft *iniquitatis licenter graffantis.* W.

7. *Cuftodiendum protectoribus.*] Quorum inter alia id munus fuiffe docet Iuretus ad Symmachum lib. x. epift. 49. ubi etiam ipfe venditat reftitutionem huius loci, quum legeretur *protutoribus.* Mox edidi *multa cum animo verf.* ex prioribus, quum nugari opinarer Hadrianum et Parifienfes, qui in poftrema mutarunt *multa enim an.* GRON. Similiter eft *cum animo disputans* xx, 8. W.

Proeliorum ftabilitate] iuftis, apertis proeliis. Opponitur enim infidiis. W.

8. *Spectatiffimi ducis adventu praeftrictus*] in timorem coniectus (cf. 21, 9. imperatorii nominis metu praeftrictus) et paullo infra hoc ipfo capite. W.

Veniam confeffionis praeteritorum.] Emendo, *veniam cum conceffione praeteritorum*, ut loquitur Marcellinus in lib. XVII. c. 12. et in lib. XXX. et in fine huius libri. VALES. Merito affentitur Erneftius in Gloff. f. v. Confeffio. W.

Legiones qui Africam tuebantur.] Recens haec menda. itaque legendum ut in Mf. *Legiones quae Afric.* LINDENBR.

10. *Residua* (h. e. *alia*, ut et aliis locis). W.

Messes et condita hostium virtutis nostrorum horrea.] Quae hic *condita*, eadem libro XXXI. c. 6. vocat *conditoria*, id est, apothecas sive horrea. Panegyr. Constant. Aug. *Tu fructus meritorum tuorum statim nos metere et in conditis referre iussisti.* L. 2. C. Theod. de his quae ex pub. coll. *Quod refertur in conditis, vel in arca continetur.* L. 4. C. de erogat. mil. ann. *In veteranis castris constituti milites duas alimoniarum partes de conditis sumant.* *B. Eucherius in Homil. pag. 380. *Ut utiles procuratores facere videmus, qui a patronis suis praesidia ac patrimonia longinqua et peregrina suscipiunt, quidquid colligunt, quidquid adquirunt, ad dominos suos dirigunt. Numquid ibi reponetur, ubi laboratur? Sed magis illic sunt condita, ubi perpetua deputantur habitacula.** Vide Spartian. in Hadriano c. 11. init. Capitolin. in Gordianis c. 28. LINDENBR.

Messes et condita] segetes et frumenta in horreis reposita. W.

11. *Tubusuptum*] Ms. *Tubusoptum.* Antoninus Aug., p. 32. Wesseling. *A Sitifi Saldas, Lesbi Tubusuptus.* Ptolemaeus: Αὔξινα, Τουβουσουπτος, Ῥόβουδα. LINDENBR.

Tubusuptum opidum Ferrato contiguum monti.] In Itinerario Peutingerorum Mons Ferratus dicitur a Rusuccuro Colonia Saldas usque pertingens: in quo itinere Tubusuptum fuisse docet Itinerarium Antonini, iuxta Saldas. Fuit autem Tubusuptus Sitifensis Mauritaniae opidum, unde in Notitia Africae inter Episcopos Mauritaniae Sitifensis recensetur Maximus Tubusubditanus. In Collatione Carthaginensi Florentinus nominatur Episcopus a Tubusuptu. VALES.

Ferrato contiguum monti] Vide Aethici Cosmogr. LINDENBR.

Ferrato monti (Iuriura). De gentibus et urbibus deinceps commemoratis vide Cellarium Geogr. ant. p. 197. Wesseling. Itineraria p. 32. W.

Mascizel.] Hic est frater Gildonis, qui ab Honorio Augusto cum exercitu missus in Africam, Gildonem vicit, et peremit, ut Claudianus et Orosius scribit. Idem postea iussu Stiliconis in fluvium e ponte praecipitatus interiit, teste Zosimo in lib. V. c. 11. [cui est Masceldelus. Ab aliis appellatur Mazescel et Mascelzel. W.] VALES.

13. *Clades eminuere fundi Petrensis*] Sic inf. laudatur *fundus Mazicanus.* Et apud Gregor. PP. lib. I. Epist. 9. *Fundus Saloniacus, fundus Gerdomiae collimitans.* Vett. Inscription.

LOCA	LOCA
....	SEPULTURAE
CULTORUM	CULTORUM
HERCULIS	HERCULIS
BEATIN. IN FUNDO	IN FUNDO
QUADRIGANO	DOMITIANO.

LINDENBR.

Fundi] praedii cum adiacentibus agris. *In modum urbis exstruxit.* cf. fundum Macelli 15, 2. castellum ubi Gallus et Iulianus pueri continebantur. W.

Lam-

Lamſocienſe oppidum.] In Mauritania Sitifenſi, ut exiſtimo. Nam in Notitia Africae, inter Mauritaniae Sitifenſis Epiſcopos recenſetur Vindemius Lemphactenſis. [*Iamphotenſe opidum* in Mſ. Colbert. ſcribitur.] VALES.

16. *Oſculo ſuſceptus* non amicitiae documento et amoris, ſed *quoniam id reipublicae* politicae, quam vocant, prudentiae pro tempore *conveniebat.* W.

Icoſium oppid. cuius ſupra docuimus conditores] Quos etiam Solinus indicat cap. 28. LINDENBR. Liber, in quo eos docuerat Marcellinus, deperditus eſt. W.

Coronam Sacerdotalem] Quae aurea erat. Vide quae notat M. Velſerus Rerum Auguſtanarum lib. v. pag. 74. et in adnotationibus ad Paſſionem S. Afrae pag. 24. Tertullianus de Spectaculis c. 23. *Sacerdos coronatus, velut coloratus leno.* Idem de Corona Militis cap. 10. de Idolol. c. 18. *Coronae aureae Sacerdotum provincialium.* LINDENBR.

Et coronam Sacerdotalem.] Sacerdotes provinciarum, de quibus ad ſuperiorem librum c. 6. §. 10. [ubi ipſe ſacerdos nominatur, cui corona illa rapta, Ruſticianus. W.] notavi, coronas aureas capite geſtabant, ut teſtatur Tertullianus in lib. de Idololatria, cum dicit: *Quo more nunc praetextae, vel trabeae, vel palmatae, vel coronae aureae Sacerdotum provincialium:* et in libro de Corona. *Hinc explicandus eſt canon 55. Concilii Eliberitani: *Sacerdotes qui tantum coronam portant nec ſacrificant, nec de ſuis ſumtibus aliquid ad idola praeſtant: placuit poſt biennium accipere communionem.* De coronis Sacerdotum loquitur Feſtus in voce *Stropus.** Hi Sacerdotes provinciarum Graece ἀρχιερεῖς dicebantur, ut notavi ad lib. 28. c. 6. Sic Euſebius in lib. 8. Hiſt. c. 27. *ἱερέας τε εἰδώλων κατὰ πάντα τόπον καὶ πόλιν, καὶ ἐπὶ τούτων ἑκάστης ἐπαρχίας ἀρχιερέα, τῶν ἐν πολιτείαις ἕνα γέ τινα τὸν μάλιστα ἐμφανῶς διὰ πάσης ἐμπρέψαντα λειτουργίας. Flamines omnium locorum et urbium, et praeterea cuiusque provinciae Sacerdotem, qui inter Decuriones munera publica magnificentiſſime obierit.* Ita et in lib. IX. cap. 3. VALES.

17. *Tipoſam.*] Weſſeling p. 15 et 42. W.

Legatis Mazicum.] Mazices populi ſunt, qui ad Orientem Caeſarienſis Mauritaniae incolunt, ut ſcribit Ptolemaeus in lib. 4. Eorumdem meminit Vegetius in lib. 3. c. 22. et Expoſitio totius mundi, nuper a Iac. Gothofredo viro doctiſſimo in lucem edita. Euſtathius in Scholiis ad Dionyſium de ſitu orbis: *τοῦ δὲ νομάδων καὶ μαζίκων βασιλέως Ἰάρβαντος:* qui Gaetulus Iarbas a Virgilio dicitur in 4. Aeneidos v. 326. Poſtremo in Excerptis Chronologicis a Scaligero ad Euſebii calcem editis, Mazici dicuntur, *Mauri, Vacuati, Gaetuli, Afri, Mazici.* VALES.

Mazicum] de quibus optime egiſſe inveni Belin de Ballu ad Oppian. p. 224. W.

18. *Caeſaream tendebat.*] Quam Firmus ſub initia tyrannidis occupatam ac direptam incenderat, ut ſcribit Oroſius in lib. 7. *Interea in Africae partibus Firmus ſeſe excitatis Maurorum gentibus Regem conſtituens, Africam Mauritaniamque vaſtavit: Caeſaream urbem nobiliſſimam Mauritaniae dolo captam, deinde caedibus incendiiſque completam, barbaris in praedam dedit.* VALES.

Caesaream] Sic dictam a *Iuba* in honorem Caesaris Augusti, antea Iol. cf. Eutrop. 7, 5. W.

Horridas canitie silices] vias 14, 6. W.

19. *Vincentius Tribunus*] supra Vicarius Romani huius nominis, a nostro sine dubio diversus. *Per speciem faventis et supplicis* simulato favore et obedientia. W.

20. *Sugabarritanum municipium.*] Opidum Caesariensis Mauritaniae, Zuchabbari a Ptolemaeo dicitur. In Africae Notitia inter Episcopos Caesariensis Mauritaniae nominatur Stephanus *Zucabiaritanus* *pro *Zucabarritanus.** Sed in Collatione prima Carthaginensi Zugabbaritensis Episcopus exaratur rectius, ut videtur. VALES.

Sugabarritanum] Ptolemaeus in Descriptione Mauritaniae Caesariensis, Ζουχάββαρι nominat. LINDENBR.

Accline] Male alii *acclive*. Conf. XIV, 8, 9. XXI, 2, 16. et Casaub. ad Scriptt. Hist. Aug. T. II. p. 713. W.

Tigavias venire] Plinius *Tigavas* vocat, Antoninus *Tigava castra*, Ptolemaeus Τιγαῦα. LINDENBR.

Tigavias.] Et hoc Caesariensis Mauritaniae opidum fuit. In Notitia Africae inter Caesariensis Mauritaniae Episcopos Crescens Tigabitanus ponitur. Et in Codice Canonum Ecclesiae Africanae, titulo 97. civitas Tagavensis dicitur. VALES.

21. **Fericium gentis Praefectum.*] Cum *Bellenem* unum *e Principibus Mazicum* Marcellinus fuisse dicat, *Fericium* vero *Praefectum gentis*: quaeri potest, quaenam sit differentia inter *Praefectum* et *Principem*. Equidem sic opinor, *Principes* quidem fuisse Optimates et Regulos. Sic in veteri saxo fit mentio Arreti *Chanartae Principis gentium Baquatium*. *Praefectos* vero fuisse reor Duces, qui a Rom. Imperatoribus erant constituti, ut barbaris gentibus praeessent. De quibus exstat locus illustris in Epistola 79. S. Augustini ad Hesychium: *Sunt apud nos barbarae innumerabiles gentes. Pauci tamen anni sunt, ex quo quidam eorum qui pacati Romanis finibus adhaerent, ita ut non habeant Reges suos, sed super eos Praefecti a Romano constituantur Imperio: et illi, et ipsi eorum Praefecti Christiani esse coeperunt. Interiores vero, qui sub nulla sunt potestate Romana, etc.* Iordanes quoque in libro de Successione Regnorum, Praefectos gentium Mauricarum commemorat. *Mauris*, inquit, *partis adversae per pacificos Mauros superatis, una die* XVII. *Praefectos exstinxit.* Quod scribit Spartianus in Hadriano A. c. 5. extr. Praefecturam Mauritaniae datam esse Martio Turboni, quam Lusius Quietus antea gesserat: eodem referendum videtur. Marcellinus noster in ipso libro 29. (infra §. 35.) *Theodosius regionum maxima parte vastata, gentibus* Mauricis, *per quas transibat, apposuit fidei compertae Praefectos.** VALES.

Contubernales devoti] Allocutio adulatoria: commilitones fidi meique amantes. W.

Prisco more militiae dedit occidendos] Is mos talis erat. Accepto fuste Tribunus vix tantum adtingebat damnatum: quod ubi factum, omnes qui in castris erant, caedendo feriendoque gladiis lapidibusque eumdem porro conficiebant; uti ex Polybio L. VI. c. 37. constat. Tacitus Annal. I. c. 44. *Stabant legiones pro concione districtis gladiis, reus in suggestu per Tribunum*

ostendebatur: si nocentem adclamaverant, praeceps datus trucidabatur. Lampridius in Commodo c. 6. *Hostis appellatus, lacerandusque militibus est deductus.* Et in nostra quoque militia similis poena observatur: castrensique vocabulo Teotisce dicunt, *durch die Spiesse lauffen.* Vel etiam ad palum ligabantur rei, sagittisque conficiebantur. Rufus in LL. militaribus: Κελεύομεν τοὺς στρατιώτας ἐκείνου τοῦ τάγματος πρώτου φεύγοντος καὶ ὑπαναχωροῦντος ἐκ τῆς τάξεως ἀποδεκατοῦσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν λοιπῶν ταγμάτων κατατοξευθῆναι. Quomodo S. Sebastianus, utpote militaris vir, et qui principatum primae cohortis gerebat, iussus est sub titulo Christianitatis a Diocletiano Imperatore ligari in medio campo, atque a militibus sagittari. Usuardus et Beda in Martyrol. XIII. Kal. Ianuar. LINDENBR.

Manus incidit] amputavit. Paullo post *manus ademptae.* W.

Ad aemulationem Curionis] Epitome Livii lib. 95. *Caius Curio Procos. Dardanos in Thracia domuit.* Florus lib. III. cap. 4. LINDENBR.

Ad aemulationem Curionis.] De quo consulendus est Frontinus in lib. 4. Strateg. c. I. VALES.

23. *Subsignanos*] non externos hostes, sed sub signis nostris militantes, *ad unum* non nisi semel *prolapsos errorem.* W.

24. *Tullianum illud advertens.*] Quod legitur in Epistola 2. M. Tullii ad Brutum. VALES.

26. *Mazices licet bellicosum genus*] Ptolemaeus in Mauritania Caesariensi: Μαχούσιοι ὑφ' οὓς τὸ ζάλακον ὄρος, καὶ μετὰ τοῦτο μάζικες. LINDENBR.

27. *Suggen eorum ductorem*] Quid homine actum sit, dici non potest ob quatuor versiculorum hiatum. *Romanum* munere semotum credere iubent sequentia, ubi de successore ei dato sermo est. W.

Actibus congregaverat Firmi] partibus eius iunxerat. W.

29. *Plebis*] multitudinis hostium. cf. 31, 7. W.

30. *Turbulenta concussio*] inconditus impetus. W.

32. *Ut antiquus ille Cunctator*] Q. Fab. Maximus, de quo Ennius apud Cicer. de Senect. c. 4. *et Servium Aeneid. 6, 847. *Unus homo nobis cunctando restituit rem.* Seneca de Ira cap. 11. *Quo alio Fabius affectas imperii vires recreavit, quam quod cunctari et trahere et morari scivit? quae omnia irati nesciunt.* LINDENBR.

Pro negotio] rerum conditione. *Commentis et prudentia* prudentibus commentis, artibus, strategematis. *Impetrabilem* strenuum. W.

34. *Praesidiorum*] castellorum. W.

35. *Particulatim*] per singulas gentes. W.

36. *Specierum*] rerum. Sic species de rebus venalibus XXVII, 3. W.

Uxorem fessam] cuius fata trium linearum hiatu intercepta, simul vero mentio pugnae, si vera coniectura Valesii, qui in sequentibus nulli parcens *adeuntium* mutat in *cadentium.* W.

37. *Nullique parcens.*] In Regio codice legitur, *nullique adeuntium parcens:* atque ita fere in Ms. Florentino, et Aug.

Editione. [In Colbert. Mſ. *nullique ad eum...tium parcens.*] Nec dubito, quin Marcellinus ita ſcriptum reliquerit: *Nullique cadentium parcens.* Sic enim loquitur in lib. XIV. ſub init. et alibi. VALES.

Mundiore victu] meliore, exquiſitiore 29, 2. W.

Abannisque eorum vicinis.] Abennae dicuntur a Iulio Honorio Oratore, qui Cosmographiam ſcripſit: cuius etiam meminit Caſſiodorus de divinis Lectionibus cap. 25. Is igitur inter gentes Oceani Meridiani recenſet Quinquegentianos, Mazicas, Bacuatas, Maſſylios, Abennas. At haec gentium nomina deſunt in Coſmographia Ethici, quae tota ex Iulio Oratore transſcripta cum ſit, non Aethici, ſive Ethici, ſed Iulii Honorii Oratoris Coſmographia dici debet. VALES.

Ad municipium properavit ...... enſe] Certum eſt nomen caſtelli hic deſiderari, cuius infra iterum mentio. Sed *Audienſe* an *Duodienſe* vocetur, haud ita in facili eſt diiudicare: utroque enim modo ſcribitur. Tamen non duo munimenta, ſed unum fuiſſe verba Ammiani innuere videntur. LINDENBR.

Amfracta] abrupta undique (15, 2.) — *Repedando*, referendo pedem, redeundo, 25, 1. et alibi. *Agentium* habitantium, 27, 5. W.

38. *Sine ſui reſpectu*] temere — *Averterunt* recedere coegerunt — *Inaeſtimabilium* innumerabilium, 16, 12. W.

39. *Immite quiddam* (Graeco more φοβερόν τι) terribiliter — *Manipuli furentium* noſtrorum. — *Agmine quadrato*, non, ut vulgo putant, capitibus hoſtem verſus undique directis, quod eſſet potius, uti paullo poſt acies *in rotundo habitu figurata*, ſed iuſtis ordinibus et ad aciem ſtructis. W.

Flexit iter intrepidum; ubi timens noſtros Firmus.] Sic Gelenius edidit ex coniectura, ut reſtitutis ordini ſuo quaternionibus ſenſus aliquis exſiſteret. Secundus enim quaternio qui male praepoſitus fuerat, ſic finiebatur, *flexit iter intrepi*..... poſt quae verba recurrendum erat ad tertium quaternionem, qui ſic incipiebat *noſtros Firmus*, et cetera iam ſuo ordine: ſoli enim duo quaterniones erant transpoſiti. Idque tum ex Regio codice, [et Colb.] tum ex Auguſtana Editione liquido apparet. Proinde non dubito, quin hic locus ita ſit corrigendus: *Ad civit. Contenſem flexit iter intrepidus, ubi captivos noſtros Firmus, ut in munimento abſtruſo locarat et celſo:* quam emendationem ſequentia confirmant. VALES.

40. *Magni nominis adiumento.*] In Regio codice ſuperſcriptum erat *numinis:* quam ſcripturam etiam in codice Fauchetii exſtare monuerat Gruterus. Idem error in Panegyrico Sidonii ad Maiorianum Aug. v. 353.

— — *Vindex tibi nomine Divum*
Maiorianus erit:

cum ſcribendum ſit *numine.* VALES.

Neceſſitudinibus] cognatis, amicis ſuae parti faventibus. W.

42. *Dilatato* ab ipſo *vulneris hiatu.* W.

43. *Municipem*] civem. *Temeratorem quietis*, rebellem, perduellem Firmum, paullo poſt §. 45. *otii turbatorem.* *Confutatos* convictos. W.

45. *Munimentum Medianum.*] Castellum Medianum in Caesariensi Mauritania ponitur in Notitia Africae. VALES.

46. *Comes*] modeste dictum. Erat enim Magister militum. cf. ad XVIII, 8, 6. W.

Orbis terrarum domini] Sic enim Imperatores sese appellari patiebantur. Antonin. Pius L. penult. D. lege Rhodia τοῦ κόσμου κύριος. Constantius ap. Gruter. Inscript. p. 180. Iulianus ibid. p. 1086. — *Invictus.* Et hoc elogium principum. v. Iul. Capitol. in Maximo et Balbino 17. — *Latronem funereum* i. q. bustuarium 28, 1. ubi vide. W.

48. *Clamoribus magis hortari*] Credidi ignaro praeside sic nuper edidisse Parisienses, restituique quod erat in Augustana et Henrici editione. In eadem Augustana videbam paulo ante haberi *defectis lateribus,* quod plane dirigit ad *densetis,* ut dixerunt. GRON.

Saevium] saevorum (sic 15, 9. saevium tyrannorum). W.

49. *Partibus tenebrarum obvolutis horrore*] per tenebrosam noctem acie utraque dissoluta. W.

Ad Duodiense castellum.] Codices MSS. scriptum habent, *ad Vodiense castellum.* Editio autem Augustana, *ad Audiense.* Paene omiseram superiori linea scribendum esse, *partibus tenebrarum obvolutis horrore* (pro *errore.* W.): sic enim loqui solet Marcellinus, ut notavi ad librum 28. c. 1. §. 54. VALES.

50. *Cum apparere non possent,* clam *castra tentare* irrepere. *Incendit* vivum comburi iussit. W.

51. *Commerciis vetitis*] societate cum Firmo; alio sensu *commercia vetita* dicuntur 27, 5. qui tamen huic loco non convenit. W.

52. *Immineret*] insisteret. *Mutaret in metum,* terrore impleret. [Similiter Tacitus Annal. XII, 29. *mutans* (i. e. mutans se) *in superbiam.* ERF.] W.

53. *Diuturnis* remotis *latebris.* W.

54. *Obscurius gesta*] Igmazenis cum Theodosio de se clanculum capta consilia. — *Calcare* abiicere *vivendi cupiditatem.* W.

Vinoque consulto distentus.] Qui mortem sibi consciscere volunt, ut omnem sensum sibi doloris adimant, solent vino et epulis largius indulgere: sic enim homines ad quidvis suscipiendum audaciores efficiuntur. Atque hoc fecisse dicitur Brennus, non ille qui Romam cepit, sed alter paullo recentior, qui Gallos in Graeciam duxit. Nam cum profligatas res suas cerneret, taedio ac desperatione victus, cum se mero ingurgitasset, manus sibi attulit, ut scribit Diodorus in lib. 22. (Bipont. IX. p. 301.) et Pausanias in Phocicis c. 23. §. 8. Eadem audacia XXVII Senatorum Campanorum refertur a Livio in lib. 26. c. 14. qui epulati, et quantum facere potuerant alienatis mentibus vino ab imminentis sensu mali, venenum omnes sumpserunt. Idem de Caecilio Agricola scribit Dio in lib. 76. c. 5. et de Themistocle Plutarchus c. 31. [de Cleopatra Aegypti Regina idem in Antonio; de Scapula quodam auctor libri de bello Hispaniensi c. 33. de Iudacilio Picentium duce Orosius in libro V. de Iuba Rege Mauritaniae et Petreio Florus in libri IV. capite 11.] VALES.

[*Et crapulis.*] In codice Colb. ſcriptum reperio, *et crapulentus:* et ſuperpoſitum *is,* id eſt *crapulentis,* aut certe *crapulis. Crapulas* in plurali numero illorum temporum Latinitas uſurpavit, et ab ebrietate diſtinxit. Nam Petrus Chryſologus in Sermone XII. *Ille cibum noſtrum deducit in crapulam; potum noſtrum in ebrietatem diffundit.* Et in Sermone XIII. *Per crapulam, per ebrietatem, etc.* Legendum tamen puto ex Mſ. Colb. *Vinoque conſulto diſtentus et crapulentus,* magis quam, *vinoque conſ. diſtentus et crapulis,* vel *crapulentis.*] HADR. VALES.

Inſonis greſſibus] ſubmiſſo gradu (cf. 27, 12. ſuſpenſis paſſibus 14, 2.) W.

55. *Vinctum ducere perduellem.*] In codice Regio, et Auguſtana Editione ſcriptum reperi, *vivum ducere perduellem;* [in cod. Colb. *vilium* male.] HENR. VALES.

Tentoria adventaret] ad tentoria veniret. Cf. XVIII, 2. W.

Ad Subicarenſe caſtellum.] Suſpicor hic ſcribendum eſſe *Ruſubbicarenſe caſtellum,* quod eſt in Mauritania Caeſarienſi, ut docet Antonini Itinerarium p. 16. ed. Weſſeling. *Icoſium m. p. m.* 22. *Rungoniae Colonia m. p. m.* 15. *Ruſubbicari m. p. m.* 24. Ptolemaeus in lib. 4. inter Mauritaniae Caeſarienſis opida ponit *ἰκόσιον. ῥουστόνιον. ῥουσίκιβαρ.* ſed ſcribendum eſt *ῥουσγόνιον. ῥουσιβίκαρι.* In Itineraria Tabula Peutingerorum, *Ruſibicari Matidiae* dicitur. Et in Collatione I. Carthaginenſi Conſtantinus memoratur Epiſcopus Ruſubiccarienſis. Denique in Notitia Africae, inter Mauritaniae Caeſ. Epiſcopos recenſentur *Bonifatius Rusgunienſis,* et *Paulinus Rubicarienſis.* corrupte pro *Ruſubicarienſis.* VALESIUS. An credibile eſt *τὸν πάνυ* conſuluiſſe iſto loco Itinerarium Antonini, non vidiſſe ab eruditiſſimo Surita coniecturam hanc in Ammiano illic ante multos annos publicatam cum ipſa illa Ptolemaei citatione? Certe honoris eius cauſa mallem, ut veneratus fuiſſet memoriam eius, per quem profecerat, certe profeciſſe credo. GRON.

56. *Armatis et plebeiis*] militibus et indigenis imbellibus. (Eadem oppoſitio 20, 9.) W.

Sitifim triumphanti ſimilis rediit.] Gratiano III. et Aequitio Coſſ. ut videtur: qui erat annus Natalis Dominici 374. Fruſtra autem a Marcellino noſtro exſpectes, quid poſtea Theodoſio factum ſit, et utrum is ad Comitatum Valentiniani reverterit. Caedem quinetiam ipſius reticuit, quod equidem valde miror. Quod utrum memoriae vitio imprudens admiſerit, an reverentia Theodoſii illius filii, qui tunc temporis, cum haec Marcellinus ſcriberet, imperium obtinebat, an denique vitium paſſi ſint codices noſtri, nequeo dicere. Ceterum quod a Marcellino, ſeu antiquario praetermiſſum eſt, id nos quoad eius fieri poteſt, ſupplere debemus. Theodoſius igitur exſtincto Firmo Mauro cum Africae ſtatum reſtituiſſet, ſtimulante quorumdam aulicorum invidia iuſſus interfici apud Carthaginem baptizari petiit: ac poſtquam ſacramentum Chriſti quod quaeſierat, aſſecutus eſt, poſt glorioſam ſaeculi vitam et iam de aeternitate ſecurus, percuſſori iugulum ultro praebuit, ut loquitur Oroſius in lib. 7. cap. 33. Cuius rei meminit Ambroſius in Sermone de exceſſu Theodoſii his verbis: *Portavit iugum grave Theodoſius a iuventute, quando inſidiabantur eius ſaluti, qui patrem eius triumphatorem occiderant.*

Portavit iugum grave, quando ſubiit pietatis exſilium, quando inſuſis Rom. Imperio barbaris ſuſcepit Imperium. Porro haec Theodoſii Magiſtri militum caedes contigit anno Dom. 377. ut ſcribit Hieronymus in Chronico: *Theodoſius,* ait, *Theodoſii poſtea Imperatoris pater, et plurimi nobilium occiſi.* Occiſo patre Theodoſius iunior ex Duce Moeſiae, ſponte in Hiſpaniam ſeceſſit, ut praeter Ambroſium docet Theodoretus in lib. 5. Hiſt. cap. 5. unde poſtea evocatus a Gratiano Magiſter militum, ac mox Auguſtus creatus eſt, Gratiano caedem patris, quam malo conſilio ductus admiſerat, honore filii compenſare cupiente. VALES.

Celebrabili favore] laudibus et favore. W.

CAPVT VI.

1. *Hoc pulvere anhelat*] vix ſpiritum ducere poſſet prae belli laboribus. *Quadorum natio* victorum antea a Iuliano. Cf. omnino Ind. 1. W.

Mota eſt inſultu repentino.] In Mſ. Flor. Regio [et Colb.] ſic legitur, *mota eſt in excita repentino.* Quare amplector prae illa Gelenii coniectura hanc Editionis Aug. ſcripturam, *motu eſt excita repentino.* VALES.

Ut indicant properata.] In Aug. Editione, et in codice Regio, et Vat. hic locus ita perſcriptus eſt: *Ut indicat properata quoniam raptim proclivia obſeſſaque ab iisdem, etc.* Unde fortaſſe quispiam ſic ſcribendum eſſe coniiciat: *Ut indicant properata quondam raptu proclivi, obſeſſaque, etc.* Sane haec omnia uno ductu ac tenore continuanda eſſe non dubito. VALES.

Opitergium (hod. Oderzo in Marchia Tarviſana). W.

Per celeres acta procinctus.] In codice Regio ſcriptum inveni, *perceleri acta procinctu.* In Vaticano et Colbert. *perceleris acta procinctu.* In Toloſ. *perceleri facta procinctu.** VALES.

Primicerio quem ante docuimus Marico.] Quis ſit hic Maricus, aut quo tempore vixerit, obſcurum eſt. Videtur tamen temporibus Diocletiani vixiſſe: eo enim imperante victi ſunt Marcomanni et Quadi, ut docent Panegyrici veteres, et Idatius in Faſtis. Sane vox haec Primicerius haud multo antiquiorem hunc Maricum fuiſſe demonſtrat: recens enim eius dignitatis appellatio eſt. Significatur autem, ut puto, Primicerius Protectorum. *Suſpicor tamen altius heic mendum ſubeſſe, quod fortaſſe ſic emendari poſſit: *Vix reſiſtente perruptis Alpibus Iuliis Principe ſerio, quem ante docuimus, Marco.* Quadorum enim et Marcomannorum motus contigit Principatu Divi Marci, quem *ſerium Principem* Marcellinus vocat perinde ac Valentinianum in lib. XXVI. c. 2. Mamertinus in Gratiarum actione *ſerios Principes* opponit *communibus.** VALES.

Marco] Antonino, cf. 31, 5. *Ut barbaris* cum barbari eſſent. W.

2. *Studio muniendorum limitum glorioſo quidem ſed nimio*] Reineſ. „In hanc rem conſentiunt Inſcriptiones duae, altera Viennae, altera Strigonii ap. Gruterum 3. et 4. p. 164." W.

Legatione tenus] nonniſi legatis miſſis. W.

3. *Maximinus*] truculentus ille Praef. Praet. Italiae 28, 1. ff. *Consulens in commune* reipublicae. W.

* *Si parvo suo Marcelliano deferretur potestas per Valeriam Ducis*] *Parvo suo*, id est filio suo. Statius Silvarum libro 1. v. 732.

Una vescitur omnis ordo mensa:
Parvi, femina, plebs, eques, Senatus.

Vincentius Lirinensis libro 2. Commonitorii *Faciunt, quod hi solent, qui parvulis austera quaedam temperant pocula.* Virgilius in Ciri de Cupidine v. 138.

Idem tum superis acuebat parvulus iras.

Solinus in capite XIII. *Galactites scrupulus ater, feminis nutrientibus illigatus fecundat ubera: subnexus parvulis, largiusculos haustus facit salivarum.* Ammianus ipse in libro 31. c. 8. §. 7. *Implicatos alios matribus parvulos*, id est filiolos.* LINDENBR.

Marcelliano, (Zosimo 14, 16. est Celestius.) *Potestas Ducis per Valeriam* v. Ind. 1. W.

4. *Turgens ut filius*] turgentis patris. — *Nullis adfatibus placido sermone delenitis* iis, quibus nostros limites invadendi cupiditas temere affingebatur. *Admissa copia rogandi* concessa ad Principem legatione *suspensum* interpellatum. W.

5. *Corrogavit*] Sic 18, 2. *ad convivium corrogatos.* W.

7. *Iudiciali carpento*] Honoratiore puta, et quali Praesides Provinciarum, Praefecti Urbis, aliique in magistratu positi tantum utebantur. Exstatque etiam nunc Lex Grat. Valent. et Theod. Imperat. de Honoratorum vehiculis. Sic Fl. Vopiscus Syracusius a Iunio Tiberiano P. V. in consessum se vehiculi iudicialis iusceptum scribit, in Aureliano Imp. c. 1. *Vehiculo suo me et iudiciali carpento Praefectus Urbis Vir Illustris, ac praefata reverentia nominandus, Iunius Tiberianus accepit.* Contra vero carpento privato, velut viliori, Gallus Caes. in contemptum imponitur. Ammianus lib. XIV. c. 11. §. 20. Quae autem ratio in carpentis, eadem quoque in lusoriis; quarum aliae iudiciariae fuerunt et elegantius fabrefactae, aliae agrarienses et minus ornatae. L. 1. C. Theod. de lusor. Danubii. LINDENBR.

8. *Clades*] Post hanc vocem commate distinxi, suadente Gryphiana. Plena interpunctio, nisi *virgo* legas pro *virgine*, locum habere non potest. W.

Secus] sexum, 16, 11. cet. W. *Praedas hominum virile et muliebre secus*, i. e. κατὰ secus. Conf. Wolfius ad Sueton. Octavian. c. 44. ERF.

9. *Propinqua*] circumiacentes regiones. *Probus Praef. Praetorio* per Illyricum, *nullis bellorum terroribus adsuetus* nam Praefecti Praetorio magistratus erant civiles. v. ad 20, 4. W.

10. *Latebris*] montium vel silvarum. W.

11. *Detersit*] purgavit. W. Sueton. in Octaviano c. 18. *detersit fossas Nili.* ERF.

Contemptam] neglectam. W. Recte. Non opus est Wakefieldii coniectura *corruptam* existimantis legendum ad Lucret. VI, 562. ERF.

Et ſubverſas.] Scribendum videtur, *et ſubverſum*, ſupple *murorum partem*. [In codice quidem Colbertino et in aliis legitur *ſubverſas.*] VALES.

Expediit perfecit *adusque celſarum turrium minas* pinnas Virgil. IV. 88. et ad 24, 2. — *Studio aedificandi coalitus* natura proclivis. W.

Impenſas aedificandi cauſa.] Non ignoro impenſas ſimpliciter accipi poſſe pro ſumptibus et pecunia. Sed tamen facere non poſſum quin ſuſpicionem meam hic lectoris proponam iudicio ac cenſurae. Suſpicor enim impenſas hic ſumi pro caementis ſeu materia ex arena et calce qua parietes ſatiari ſolent. Palladius Aemilianus in lib. I. de re ruſtica: *Impenſa pumicea farciri muros*, id eſt caemento ex pumice. Recte ergo in Gloſſis veteribus, in titulo de habitationibus, legitur *impenſa*, φύραμα. φύραμα eo ſenſu ſumitur a Plutarcho in praeceptis quo modo ſit gerenda Reſp. *Sed et generaliter impenſae dici poſſunt ſpecies omnes fabricis aedium utiles, ut lapides, ligna, ferrum, et ſimilia. Sic Marcellinus noſter ſumere videtur in libro XXVII. c. 3. §. 7. et vetus auctor Quaeſtionum veteris ac novi Teſtamenti, quaeſtione 106. Locum heic adſcribo: *Arbitramur*, inquit, *quia Moyſes, ut omnem errorem inferioris creaturae auferret et impenſarum mundi, in principio ſubſtantias ipſas ex quibus mundus conſtat, factas eſſe ſignificavit: ut qui huius rei teſtimonium recipit, ambigere non poſſit factum eſſe mundum: quando ſubſtantias quae ad impenſas mundi profecerunt, initio ſubiectas fatetur.* Et infra: *Subſtantiae enim, quas primum factas eſſe diximus, impenſae ſunt mundo.* Addenda eſt vetus Inſcriptio Romae, quae talis eſt:

Conſtantina Deum venerans Chriſtoque dicata,
Omnibus impenſis devota mente paratis,
Numine divino multum Chriſtoque iuvante,
Sacravit templum victricis Virginis Hagnes.

Victricis, id eſt Martyris, quae tormenta et ſupplicia perſecutorum ſuperavit. Hieronymus de locis Hebraicis, agens de Hieruſalem: *David eam Iudaeae metropolim fabricatus eſt; eo quod ibi locum Templi emerit, et impenſas ſtructurae Salomoni filio dereliquerit.* Idem auctor in Commentariis in Epiſtolam I. ad Corinthios, qui vulgo tribuuntur Ambroſio, capite 15. *Cum ex eadem maſſa omnis caro ſit; unde et quomodo in his tanta diverſitas ſit, ut una impenſa faceret genera diverſa.* Ambroſius in libro de fide Reſurrectionis. Auguſtinus in libro de vera Religione: *Quid enim praeclarum novit ea impenſa quae calce et arena conſit, tenacius lapides cohaerere quam luto?* Iuvenalis in Sat. III. 216. *impenſas* vocat columnas marmoreas, ſigna nuda, ſigna veſtita, forulos cum libris, et modio argenti. Marcellus Empiricus aliter eo nomine utitur. Nam in Carmine de Medicina, ſpecies ex quibus fiunt medicamenta, *impenſas* appellat.* VALES. Ubi haec verba libro primo Palladii legantur, equidem non memini. Sed cap. 40. ſcribit *ita impenſam teſtaceam ſubter inducis.* Et cap. 13. *dehinc primo impenſa pumicea inducemus*, quo loco utitur pater in Diatribes Statianae capite XX. Inſcriptionem habet Gruterus pag. MCLXI: quam et in codice vetuſtiſſimo Prudentii, qui eſt Cantabrigiae, legi. GRON.

Adſuturam] f. rectius *adiuturam*. W.

12. *Calliditates dimicandi*] oppugnandi artes. W.

15. *Dux Moesiae Theodosius iunior.*] Hanc eius victoriam commemorat Zosimus in lib. 4. c. 16. Μυσία δὲ οὐδενὸς ἐπειράθη κακοῦ, Θεοδοσίου τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν ἔχοντος, ἀνδρείας πάντος καὶ τοὺς ἐπιόντας ἀποδιώξαντος. ὅθεν ἐκ ταύτης τῆς νίκης δόξαν κτησάμενος ἔτυχε μετὰ ταῦτα τῆς βασιλείας. *Moesia vero nullam incursionem perpessa est, eo quod Theodosius Dux fortiter restitit, et irruptionem tentantes barbaros fugavit: ex qua victoria laudem adeptus, postea ad Imperium pervenit.* Idem scribit de hac Theodosii victoria Themistius in Oratione 18. pag. 470. VALES.

Perspectissimus] probatissimus, celeberrimus. *Sarmatas Liberos* ad *discretionem servorum rebellium* (Limigantium 17, 13.) *appellatos*. W.

Ut caesorum plurimum.] Rectius in Editione Aug. legitur, *ut caesorum plurium alites iuste sanguine satiaret et feras*. Ac fortasse etiam emendandum est, *alites iuxta sanguine satiaret et feras*. Ferae enim et alites plerumque iunguntur a Scriptoribus, cum insepulta cadavera volunt dicere, ut apud Catullum ait Ariadne LXIV, 152.

Pro quo dilaceranda feris dabor alitibusque;

et passim apud Poëtas post Principem suum Homerum in principio Iliados. VALES.

16. *Concessionem praeteritorum et veniam*] v. supra c. 5. W.

17. *Claudio regente Urbem aeternam.*] Claudius Praefectus Urbi fuit, Gratiano III. et Equitio Coss. ut docet lex 22. in Codice Theod. quorum appellationes. Idem antea Proconsul Africae fuerat Valentiniano Nob. Puero et Victore Coss. et sequenti anno quo Valentinianus III. et Valens III. Coss. fuerunt leg. 19. eodem Tit. et lege 7. de lustrali collatione. VALES.

Claudio regente Urbem (A. 374. Corsini). — Reinesius: „Refer ad A. C. 365. Valent. et Val. Coss. Iuretus ad Symmach l. 6. Ep. 7." (Male, adscr. Reines.) alio tempore sic: „Claudius Iulius Aedesius Dynamius fuit." W.

Tiberis qui media intersecans moenia — effusione imbrium exuberans.] Inundationes Tiberis crebrae; raroque contingentes, ut non insignis aliqua clades, vel gravior casus subsecutus sit. Qua de re Plinius lib. III. c. 9. *Nullique fluviorum minus licet inclusis utrimque lateribus, nec tamen ipse pugnat: quamquam creber ab subitis incrementis, et nusquam magis aquis, quam in Urbe stagnantibus. Quinimmo vates intelligitur potius, ac monitor, auctu semper religiosus verius, quam saevus.* Vide amplissimi viri Pet. Fabri Semestr. libri 3. cap. 4. LINDENBR.

Cloacis] aquaeductibus. W.

Supra amnis speciem pansus] ut non tam fluvii, quam maris aspectum praeberet. *Omnia paene contexit.* cf. Horat. Od. 1, 2. W.

18. *Insularum*] aedificiorum, quae seorsim starent, aliis domibus non contigua. — *Tempestas mollivit* (omisso *se.* cf. 19, 10.) — *Retinaculis ruptis* apertis cataractis (Schleulsen) cf. 24, 1. et Livium 27, 28. W.

19. *Nullam ſeditionem ſuper querela iuſta perpeſſus*] ita mederi querelis ſolitus, ut cives acquieſcerent. W.

Porticum excitavit ingentem lavacro Agrippae contig. Eventus Boni cognom.] Pub. Victor in reg. IX. *Thermae Agrippae, Templum Boni Eventus.* Inſcript. vett.

Mogontiaci.	*Agiſti.*
PRO SALUTE DD. NN. SANCTISSIMORUM IMPP. BONO EVENTUI MIL. EXERCITUS GS. MATERNUS PERLETUS MIL. LEG. VII. PR. P. F. STRATOR. LINDENBR.	BONO EVENTUI APONIA. C. F. MONTANA SACERDOS DIVAR. AUGUSTAR. COL. AUG. FIR. EDITIS OB HONOREM SACERD. CIRCENSIBUS.

Lavacro Agrippinae contiguam] Reineſius: „An ergo *Claudius Evangelus*, qui ut *Com. fort?* (portus, vel formarum, vel riparum et alvei Tiberis, quae ſub Praef. Urbis dispoſitione? W.) Orfiti Praef. Urbi iuſſu opus quoddam curavit. Evangelum etiam nominat *Macr.* (Macrobius? W.) cum Vettio, Symmacho Decio, Avieno, et iterum Symmach. 6. Ep. 7." W.

Boni Eventus cognominatam.] Bonum Eventum praecipue colebant agricolae teſte Varrone in libri I. de re ruſtica initio, ut is fruges ac frumenta et vineta bene evenire faceret. Cato de re ruſtica c. 141. (142.) *Uti tu fruges, frumenta, vineta, virgultaque grandire beneque evenire ſinas.* Et Feſtus Pompeius de verborum ſignificationibus: *Panibus,* ait, *redimibant caput equi immolati Idibus Octob. quia ſacrificium fiebat ob frugum eventum.* Hinc Boni Eventus ſimulacrum Romae erat, dextra pateram, ſiniſtra ſpicam et papaver tenentis, ut ſcribit Plinius in lib. 34. cap. 8. Manilius in lib. I. Aſtronom. v. 303.

Eventus frugum varios et tempora dicunt.

*Et Zeno Veronenſis de Praecepto: *Attende tibi. Agricola es. Attende tibi, ut diligenter circumfodias infructuoſam ficum, et adhibeas ſtercoris qualos, et totum facias quidquid ad fructuoſum ſpectat eventum.** Ceterum Boni huius Eventus templum erat in IX. regione Urbis iuxta thermas Agrippae ſeu Agrippianas, quae apud Chariſium in lib. I. male Agrippinianae dicuntur. VALES. Cf. Böttiger Griech. Vaſengemälde B. 2. S. 213. W.

Viſitur templum] Poſt haec verba an deſit aliquid, cum liber proxime ſequens in rebus A. 374. geſtis pergat, de eo vide Valeſ. in Praef. p. L. W.

AMMIANI MARCELLINI

LIB. XXX. C. I.

1. *Quas Percha Dux.*] At idem Marcellianus dictus est supra in fine libri 29. c. 6. §. 3. Zosimus in lib. 4. c. 16. Caelestium videtur vocare. Ab eo enim per insidias occisum esse Regem Quadorum in convivio scribit. Sed codex Regius et Vat. *Tolos.* [et Colbert.] scriptum habet, *quas percha Ducis.* Editio autem Augustana *quas per caducis:* unde sic locum hunc emendandum puto. *Inter has turbarum difficultates, quas perfidia Ducis Rege Quadorum excitavit occiso, etc.* Ita fere in principio libri 28. loquitur Marcellinus: *Dum apud Persas, ut supra narravimus, perfidia Regis motus agitat insperatos, etc.* VALES.

Para] Armeniorum rege, Arsacis filio 27, 12. *Materiae facinoris,* ut XVIII, 6. 17. — *Primordialem causam.* Sic *labes primordialis* XXIII, 6. W.

2. *Dispendiis communibus pasti*] qui damno rei publicae sibi tantum consuluerant. W.

Terentius Dux.] Vir pius et admodum Catholicus, cuius insigne dictum factumque refert Theodoritus in lib. 4. Hist. Eccles. cap. 28. Erat autem Dux Armeniae. Idem postea Comes rei militaris fuit, ut docet Basilius in Ep. 175. et 250. VALES.

Terentius] 27, 12. ubi et sequentium *Cylacis* et *Artabannis* fata narrantur. *Demisse* modesto vultu. W.

3. *Gentilibus*] qui in scholis Palatinis militabant. v. Ind. II. *Replicabat,* in memoriam revocabat. W.

4. *Quasi futurus particeps tractatus*] tamquam deliberationi de rebus gerendis affuturus. cf. 14, 11. *Regaliter* iussu Imperatoris. *Obsequiorum specie custoditus* quasi honoris causa custodes additi essent — *Spe metu* cf. 14, 11. *quod revertetur,* crudelitatis enim in cives insimulaverat Terentius. — Ad *iura Persarum* ad Persas. Sic XXV, 7, 11. *transirent in iura Persarum.* W.

5. *Prudens doli*] fraudem animadvertens. *Cuneatim* conferto agmine. W.

6. *Provinciae moderatoris Apparitor.*] Haud dubie emendandum est, *provinciae moderator, Apparitoris qui portam tuebatur percitus, festinato studio repperisset in suburbanis,* prout in MSS. Flor. et Regio, et in Aug. Editione legitur. Ridiculum enim esset dicere Apparitorem, qui portam tuebatur, percitum festinato studio

reperiſſe Param in ſuburbanis. HENR. VALES. [In Mſ. Colbert. legi, *prov. moderator Apparitoris, qui portam tuebatur imperatus, feſti. ſt. ſupperiſſet in ſub.* optime.] HADR. VALES.

6. *Provinciae moderator* Terentius *apparitoris*, ducis inferioris ordinis, cui portae cuſtodia demandata erat. *Feſtinato ſtudio* indicandae Parae fugae. — *Averſus eſt* in urbem reverſus. W.

7. *Voluntate errans in fugam compulit.*] In Editione Auguſt. ſcriptum reperi, *errans hanc in fugam compulit.* At in Regio [et Colbert.] codice ſic legitur, *ha in fugam compulit:* quare ſcribendum exiſtimo, *ita in fugam compulit ut, etc.* VALES.

Voluntate errans] ad terrorem tantum incutiendum ſagittas miſit, nec ferire hoſtes voluit. W.

8. *Exanclatis laboribus*] De verbo exanclare vid. Daviſ. ad Cicer. Tuſcul. 1, 49. p. 136. ed. Rath. W.

Binis utribus.] Utres vinarios intelligit, de quibus Apuleius in lib. 7. (p. 192. Elmenh.) et Iurisconſultus in lege 4. D. de tritico, vino et oleo legato, et Scriptores Graeci Latinique paſſim. VALES. Vid. ad XXIV, 3, 11. W.

11. *Quem elaqueatum fidem rupturum exiſtimabat.*] *Elaqueatum*, id eſt vinculis et laqueis liberatum; ut Aurel. Prudent. contra Symmach. lib. 2. v. 147.

Elaqueanda animi conſtantia, ne retinaclis
Mollibus ac lentis nexa et captiva prematur. LINDENBR.

Elaqueatum] inſidiis elapſum. W.

12. *Locorum gnaritate*] XXVII, 10. — *Maeandros faciebat et gyros* viarum imperitus ſaepe ita in orbem iter faciebat, ut bis ad eundem locum veniret. — *Compendioſis vallibus.* Erneſt. l. v. compendioſus legendum arbitratur *callibus.* — *Evanuit* irritum fuit. W.

13. *Per poſterulam.*] Hanc vocem Caſſianus in lib. 5. cap. 11. ſumit pro *poſtica vel poſtico, *une porte de derriere*, vel certe pro falſa porta.* Sic enim ait: *Quantalibet urbs ſublimitate murorum et clauſarum portarum firmitate muniatur, poſterulae unius quamvis parviſſimae proditione vaſtabitur.* * Eadem vox legitur in Paſſione S. Agathae, ubi de Quintiano Iudice: *ipſe ad poſterulam ſecretarii fugiens, populum in ianuis dereliquit.* Nec aliter Anaſtaſius Bibl. in Geſtis Hormisdae Papae.* At in hoc Marcellini loco poſterula eo ſenſu ſumi non poteſt: niſi forte pro aditu, et quaſi oſtio tramitis ſumatur. VALES.

Tramitem medium vitabundus excedens.] Imitatur Salluſtium, qui in Iugurthino ſic loquitur de Iugurtha c. 38. *Ipſe quaſi vitabundus per ſaltuoſa loca et tramites exercitum ductare.* Ait igitur Marcellinus viatorem illum, cum bivium armatis oppletum vidiſſet, obliquo aditu tramitem quemdam medium inter duas vias petiiſſe, ac ſic evaſiſſe. VALES.

Squalentem horridam *frutectis.* Cf. XV, 4. *Retinetur intactus* bene habitus quidem, ſed in itinere pergere prohibitus. W.

14. *Diverſoria paraturus et cibum*] regi mox ſecuturo. W.

15. *Exiguam iumento onuſto callem*] ſemitam ita arctam, ut iumentum vix pervadere poſſet. *Poſt terga relictis militibus* Ro-

manis. *Captis illis ministris* equitibus illis duobus. *Ad mentes observantium* insidiantium *praestringendas* in errorem ducendas. W.

In eadem fidei certitudine mansit immobilis.] Non dubito quin hanc scripturam Gelenius ex coniectura procuderit. Nam in MSS. Flor. et Regio [ac Colbert.] et in Editione Aug. ita scriptum reperi, *fiderandi ne mansueti mobilis.* Unde proclivius erat sic emendare, *in fide pristina mansit immobilis.* VALESIUS. Atqui non hanc regulam emendandi in praeclaris restitutionibus ὁ πάνυ posuit, ut ex literis *randine* efficere conaretur *pristina.* Quae species in his, quae fides? Putavi igitur scripsisse *in fide candide mansit immobilis.* GRON.

Demussatis] ita dissimulatis, ut ne verbulum quidem de iis excidere sibi pateretur. Eadem voce Appuleius Metamorph. III. p. 97. ed. Floridi praeter nostrum usus est. W.

16. *Lusi*] elusi ludibriis. *Lacerati conviciis* a suis. *Appetitu* morsu. *Ora* dentes. W.

17. *Meliore* κρείττονι, callidiore *consilio.* W.

Incentiones Circeas in vertendis debilitandisque.] Homerus Odyss. κ. 233. ss. Talis autem Meroe quoque fuit anus, quam in castorem, vel hircum, vel ranam homines mutare solitam, Madaurensis Philosophus ait Miles. I. LINDENBR.

Incentiones] incantationes. W.

Si huic irrisioni superfuerit] si post has, quibus nos deluserit, praestigias atque offucias diutius vivere permitteretur. *Excitabit* excitaturus sit. W.

18. *Inexplicabile auctum Principis odium.*] Melius scriberetur *inexpiabile.* Idem error in lib. XV. cap. 3. insedit, ubi legitur, *et ob hoc homo tamquam inexplicabili obnoxius culpae, gravi mole criminis pulsabatur.* Scribendum enim illic quoque *inexpiabili.* VALES.

Traiano rem militarem agenti] Comiti 29, 1. W.

19. *Serenae mentis literas*] benevolentiae amicitiaeque testes — *Conviviis se ingerens* non invitatus. W.

20. *Exquisitae cupediae.*] In exemplari Regio [et Colbert.] *cuppediae* scribitur hic et in lib. XXVI. cap. 7. neque aliter apud Nonium Marcellum aliosque. VALES.

Nervorum et articulato flatilique sonitu] vocali, quam nos vocamus, musica et instrumentali. — *Incalescente convivii domino* sic iunge verba. W.

Naturalis cuiusdam urgentis] Ernest. exonerationis vesicae. Vir doctus in Miscell. Obss. novis T. 3. p. 28. alios eiusmodi euphemismos e Graecis affert: ἐξειοι κατά τι χρέος Lucian. de saltat. p. 940. πρόφασιν ποιησάμενος τὴν γαστέρα Achill. Tat. Lib. V. p. 289. ἐπί τινι τῶν ἀναντιλέκτων ποιῆσαι τὴν ἔξοδον Ioseph. Antt. I, 13. W.

Supras] Nihil mutarunt, ne notarunt quidem editores, nec habet Gesnerus. Interpres Franco-Gallus fortasse *Suras* coniicit scripsisse Ammianum, viros nempe grandibus et torosis suris praeditos, provocans ad Iuvenal. 16, 14. Haud male. Possis etiam *Coprias* suspicari, parasitos nempe abiectos, in aulis domibusque di-

vitum verſantes, qui, ſi bene paſcerentur, ad quaevis facinora erant promti. cf. interpretes ad Sueton. Tiber. 61. Claud. 8. Dion. Caſſ. 73, 6. Magis tamen placet *ſcurras*, quo nomine Ammiani aetate veniſſe *ſatellites* ſupra 29, 4. e Salmaſio notavimus. W.

Etiamtum praepeditum] cui iam antea exitus omnes fuerant praecluſi. W.

21. *Expedito dolone adſurgens.*] Sic recte in Mſ. et interpretatur vocem Plutarchus in Tiberio: ξιφίδιον λῃστρικὸν, ὃ δόλωνα καλοῦσι. Phaedrus lib. III. fab. 45. *Vide ne dolone collum compungam tibi.* Alfenus IC. in L. 52. §. 1. ff. ad L. Aquil. Heſychius in Δόλωνες. *Artemidor. de Somniis lib. 2. cap. 14. Sil. Ital. lib. 3. v. 250.

*Nec tereti dextras in pugnam armata dolone.** LINDENBR.

22. *Decepta credulitate*] credulo rege. Inter *epulas quae reverendae ſunt vel in Euxino ponto* qui male alias audit ob male habitos peregrinos, veroque nomine ἄξενος appellandus eſſet. W.

Hoſpitali numine contuente.] Cicero pro Deiot. c. 6. extr. *Si veneno,* (interemiſſet) *Iovis illius quidem hoſpitalis numen numquam celare potuiſſet.* LINDENBR.

In ambitioſa toralia ſparſus.] Haec quidem Gelenii coniectura eſt. At in Regio codice ita legitur, *in ambitioſalam et conſperſus ſpumantes ante ſocietati, etc.* [In Colbertino, *in ambiſitio ſalam et conſperſus ſpumantes ante ſocietati, etc.*] in Auguſt. autem Editione legitur hoc modo, *in ambitioſa iam et conſperſus ſpumantes ante ſocietati, etc.* Ac fortaſſe ita ſcripſerat Marcellinus: *Peregrinus cruor in ambitioſo lecto conſperſus, ſpumante ſanie ſatietati ſuperfuit convivarum.* HENR. VALES. [Vel potius ita: *Peregrinus cruor in ambitioſa lintea conſperſus, ſpumante ſanie ſatietati ſuperfuit convivarum:* ex veſtigiis ſcripturae codicis Colbertini. Lintea autem illa ſunt lintea toralia, quorum praeter ceteros meminit Ammianus ipſe in libro XVI. c. 8. de quodam lauto et mundo apud Aquitanos convivio loquens hiſce verbis: *Cum vidiſſet linteorum toralium par, duos clavos ita latiſſ. etc.*] HADR. VALESIUS. Vix eſt, ut poſterior locus poſſit noſtro exemplum eſſe ad corrigendum, ubi explanate dicit *lintea toralia,* quale adiectivum hic nullum poteſt ſupponi. Et utique ex *lam et* exſculpere vel *lecto* vel *lintea* dubito, an conveniat talibus ac tantis ingeniis, praeſertim in illo, qui viderat codicem Colbertinum, qui plane dictat literam *s* in his eſſe errantem, nec loco ſuo poſitam. Itaque nec diu haerens, ubi adverti, cenſui dediſſe auctorem *peregrinus cruor in ambitioſas lances conſperſus.* Non diſſimilia ſunt Liviana ex perſona Calavii ad filium lib. XXIV. cap. 9. *ut eam ipſam menſam cruentares hoſpitis ſanguine.* GRON.

Spumante ſanie ſanguine *ſatietati ſuperfuit convivarum* tanquam menſa ſecunda iis appoſita. W.

Ingemiſcat, ſi quis vita digreſſis eſt dolor, Huius arrog.] Eadem figura dixit T. Livius in lib. 21. c. 53. *Quantum ingemiſcant,* inquit, *patres noſtri circa moenia Carthaginis pugnare ſoliti, ſi videant nos progeniem ſuam, etc.* quae figura magnam habet ἔμφασιν et gravitatem: eſtque valde familiaris Graecis Auctoribus. Nam et Demoſthenes in Orat. contra Ariſtocratem ſic

dicit: καίτοι πηλίκοι ποτ' ἂν στενάξειαν οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι, etc. et in fine Orat. contra Aphobum: μέγα δ' ἂν οἶμαι στενάξαι τὸν πατέρα ὑμῶν, εἰ αἴσθοιτο, etc. et Dio in lib. 50. pag. 433. Denique Herodotus in lib. 7. c. 159. ubi Lacedaemonii Geloni Siculorum Regi ſic aiunt: ἦ κε μέγ' οἰμώξειεν ὁ Πελοπίδης Ἀγαμέμνων πυθόμενος Σπαρτιήτας τὴν ἡγεμονίην ἀπαραιρέεσθαι ὑπὸ Γέλωνος: quae Herodoti verba translata ſunt ex Homerico verſu in Iliad. 8. ni fallor. [imo VII, 125. W.] VALES.

Fabricius ille Luſcinus.] Livius lib. XL. *Patres Pyrrho Regi hoſti armato exercitum in Italia habenti, ut a veneno caveret, praedixerunt.* Plutarch. in Pyrrho et in Apophthegmat. * Gellius lib. 3. cap. 8. Cicero 3. Offic. c. 22. Aelian. lib. 12. cap. 33.* LINDENBR.

Democharem, vel, ut quidam ſcribunt, Niciam.] Timocharem habet Editio Mariangeli, quemadmodum is dicitur a Valerio Maximo in lib. 6. cap. 5. et apud Agellium in lib. 3. cap. 8. At eumdem Niciam vocat Claudius Quadrigarius apud Agellium in dicto loco, et Zonaras in tomo I. Annalium: qui id etiam adiicit, Pyrrhum, cum ex Italia in Epirum tamquam reverſurus ſolveret, Milonem cum praeſidio Tarenti reliquiſſe, ſellamque ei tradidiſſe pelle Niciae vinctam et conſtratam. Aelianus autem in lib. 12. cap. 33. Variae Hiſtoriae Cineam hunc Pyrrhi medicum nominat, corrupte, ut cenſeo. VALES.

Italiam tunc bellis ſaeviſſimis exurentem.] Sic Liv. XXVII, 39. Punici belli, quo decimum annum Italia urebatur; XXVIII, 43. quamdiu Sicilia Punico bello ureretur; XXXII, 21. tamquam non inteſtino et haerente in viſceribus uramur bello. Sil. Ital. XV, 539. ſqq.

Hunc etiam, vaſtis qui nunc ſeſe intulit oris,
Perpetiar, miſeras quaerentem exurere belli
Relliquias.

Seneca Phoeniſſ. 560.

— — *quod armis uris infeſtum ſolum.* ERF.

[*Ut ab interiore caveret obſequio.*] In codice Colbertino ita ſcriptum lego: *Scriberetque ad Regem, ut ab exteriore caveret obſequio. Exterius* Medici *obſequium* vocare potuit Marcellinus, ut in libro XXV. c. 4. §. 3. *citeriorem vitam* vel exteriorem appellat his verbis: *Ut ne ſuſpicione quidem tenus libidinis ullius vel citerioris vitae miniſtris incuſaretur. Exterius obſequium* vocat, quod alii interius et domeſticum dicerent: *citeriorem vitam,* quam alii interiorem nuncupavere, ipſe Marcellinus in libro iſto XXX. c. 6. §. 3. *ſecretiorem vitam.*] VALES.

Menſae genialitas] hilaritas. W.

23. *Necis exemplo Sertorianae.*] A M. Perperna domeſtica fraude inter coenam Oſcae perpetratae. Patercul. lib. 2. c. 30. Plutarch. in Sertorio c. 26. LINDENBR. Adde Florum III, 22. W.

* *Ut Demoſthenes perpetuum Graeciae decus affirmat. numquam, etc.*] Videtur locus eſſe, quem in re ſimili laudat Taurus Philoſophus apud Agellium in libri X. capite 19. Videndus eſt etiam Cicero IV. in Verrem.* LINDENBR.

Ut Demoſthenes affirmat.] In Oratione contra Androtionem initio: οὐ γὰρ εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ

τοῦτο

τοῦτο ἐμιμήσω, διὰ τοῦτο ἀποφεύγοις ἂν δικαίως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο· ὥσπερ γὰρ εἰ τις ἑάλω, σὺ ταῦτα οὐκ ἂν ἔγραψας, οὕτως ἂν σὺ νῦν ἁλῷς,*) ἄλλος οὐ γράψει. Quae ſic vertit Quintilianus: *Non enim ſi quid unquam contra leges factum eſt, idque tu es imitatus, idcirco te convenit poena liberari: quin e contrario damnari multo magis. Nam ut ſi quis eorum damnatus eſſet, tu haec non ſcripſiſſes: ita ſi tu damnatus fueris, non ſcribet alius.* Eadem verba repetit Demoſthenes in Orat. adverſus Ariſtocratem. Quae quidem Cicero in actione 3. contra Verrem eleganter eſt imitatus: ut memini notatum eſſe ab Antonio Mureto in lib. XIII. Variarum Lect. cap. X. *Demoſthenis verba imitatus eſt ſuo more Iſidorus Peluſiota in Epiſtola 151. libri 5.* Sed et Iſocrates eamdem fere ſententiam poſuit in Buſiridis Laudatione ſub finem: ubi Sophiſtam quemdam reprehendit, qui cum Buſiridem laudare conſtituiſſet, non illum culpa vacare oſtenderat, ſed alios eadem feciſſe docuerat: quae, ut ait Iſocrates, faciliima delinquentium defenſio eſt. Cum enim difficile ſcelus ullum reperiatur quod nondum ab aliquo patratum ſit; ſi ſceleris convictos nihil grave admiſiſſe putabimus, dummodo alios eadem feciſſe conſtet: nonne omnibus reis expedita defenſio ſuppetet, et malitioſis hominibus licentia atque impunitas proponetur? VALES.

Contra ac liceat (aliis locis *contra quam* 15, 6. cet.) contra ius fasque. W.

CAPVT II.

1. *Maiora ſibi praeſeminans*] animo praecipiens maiora ſibi imminentia pericula. W.

2. *Arſace legato.*] In Editione Auguſt. et codice Regio [et Colbertino] ſcriptum inveni *Arrace.* VALES.

Deleri ſuadebat Armeniam] Deleri? Non placet. Fortaſſe una literula mutata *deſeri* ſuae ſorti committendam, quod comprobatur paullo poſt ſequentibus: *ad arbitrium ſuum cultoribus vivere permiſſis.* — *Hiberiae diviſione ceſſante.* cf. omnino 27, 12. unde et ſequentia illuſtrantur. W.

4. *Abſolutum et uniusmodi*] definitum, planum et ſimplex. *Sauromaci,* quem ab Romanis Hiberiae, addita manu militum, praefectum Sapor expulerat, 27, 12. — *Invitus ea complebit* cet. coactum iri regem ad ea facienda, quae ſponte facere neglexerit. W.

5. Iuſte haec omnia et aeque, legati tamen *deviabant* mandata exceſſerant eo, quod parvas quasdam regiones, quae ſponte ſe ipſis dedidiſſent, *ſuſceperant.* W.

Surena poteſtatis ſecundae poſt regem (Groſs-Weſſir). W.

7. [*Iram eius occultans, etc.*] Iratus erat Sapor, quod ipſi res in Armenia et Hiberia non bene ſuccederet: ſollicitus erat ei

---

*) Vid. Gronov. in Praef. p. XXIX. W.

Valens Aug. de utriusque Provinciae ſtatu. Sed cur Sapor iram Valentis hoſtis ſui occultaret, ac non potius ſuam indignationem diſſimularet ac tegeret? In codice Colbertino lego, *iram eius conculcans,* optimo ſenſu. *Iram Valentis conculcans* Sapor, id eſt ſpernens, negligens, parvi ducens, augens etiam ac provocans, et ipſi inſultans. Editio Baſilienſis Frobenii anni 1546. et Pariſienſis Roberti Stephani Gelenianam ſecuta, Editio etiam Lugdunenſis Gryphii codici Colbertino ſuffragantur.] HADR. VALESIUS. Eſt merus typorum lapſus in editione Henrici. Nam nec Auguſtana, nec Lindenbrogiana aliter habent, quam ut nunc ex libro Colbertino adfertur. GRON.

8. *Emendari*] in integrum reſtitui. — *Funera* calamitates. — *Si ad ea venerimus* v. infra 31, 2—5. W.

9. *Legatorum Tripoleos*] 28, 6. *manes inultos et errantes.* cf. 23, 5. inſepultorum enim vel inultorum animae corpora circumvolare credebantur. W.

10. *Remigius*] 28, 6. 29, 5. *Leo Magiſter Officiorum* 28, 1. *Negotiis ruralibus* in agrum, praedium ſeceſſerat. W.

11. *Maximinus*] dirus ille Praef. Praet. 28, 1. cet. W.

12. *Rationem formidine calumniarum* criminum, quibus aulici temere ſe oneraturi eſſent, *ſuperante* quum, quae hoſtes in ſe coniecturi eſſent crimina, diluere deſperarent. — *Innodato gutture laquei nexibus interiit.* Nimis quaeſite! W.

CAPUT III.

1. *Munimentum aedificanti prope Baſileam, quod appellant accolae Robur.*] Absque Ammiano ſi eſſet, caſtelli huius ſitus ignoraretur: adeo nunc fere una cum pulviſculo indicia cuncta periere, et mentio eius apud antiquos perrara. Quam tamen fieri video in L. 33. C. Theod. de curſ. publ. in Conſtitutione Imppp. Valentiniani, Valentis, et Gratiani AAA. data Idib. Iul. Robore, Gratiano III. et Equitio V. C. Conss. qui ille ipſe annus erat, quo munimentum hoc a Valentiniano Imp. exſtruebatur. LINDENBR.

Robur] fere ubi nunc urbs *Hüningen* Mannert Gallia p. 238. *Illyrici* cuius erat Praefectus, v. Ind. 1. *clades* per Quados inflictas 29, 5. W.

3. *Oratum eum pertinerent et exoratum.*] *Pertinerent* active dictum, pro retinerent omni vi atque ratione. Sic libri XXVII. cap. 1. *Ipſe denique Chariello, dum cedentes obiectu corporis et vocis iurgatorio ſonu audentius pertinet, etc.* uti codex Colbert. praefert: cum vulgo legatur, *ſono aud. retinet.* Neſcio quid cauſae fuit Gelenio, ut elegantem hanc ſcripturam interpolaret. Sic enim loquitur Terentius in Andria III, 4, 13.

Simo gnatam ut det oro, vixque id exoro:

et Symmachus in Ep. 16. libri 1. et Paulinus in Ep. 27. Claudianus denique in Eutropium lib. 1. v. 267. [In Mſ. Colbert. legitur, *perciperent,* pro *pertinerent,* deeſtque vox *veris.*] VALES.

Macriani quem conſtabat impacatum] cf. 29, 4. W.

4. *Arbiter superior pacis*] a quo vel maxime pax vel concedenda vel recusanda penderet. W.

5. *Amnicis lembis*] cymbis (lusoriis navibus 17, 2. cf. Salmas. ad Scr. H. A. T. II. p. 520. et 767.) — *Ultro citroque versus.* Pro *versus*, quod abesse poterat, Reinesius malebat *versis.* — *Media sacramenti fide* interposito iureiurando. W.

6. *Facinorum documentum pulchrorum.*] Scribendum videtur, *facinorum documenta pulchrorum*, ut clausula aptius sonet. VALES.

CAPVT IV.

1. *Externorum*] externarum rerum, belli cet. Ernest. *Homo rigidus* ipse Imperator. — *Ut Iuliani temporibus* cf. 22, 9. — *Defensione* ob libertatem sese defendendi permissam. W.

2. *Modesto Praefecto Praet.*] Domitius Modestus is dicebatur. Fuerat autem primo Comes Orientis temporibus Constantii Augusti, ut docet Marcellinus noster in lib. XIX. ad finem. Postea mortuo Constantio accusatus est apud Iulianum, quod Constantii partes studiosius quam par erat adversus ipsum ac diutius fovisset. Sed Iulianus cum in Orientem venisset, non modo eum absolvit, sed etiam Praefectum Urbis Constantinop. creavit: ut docet Libanius in Epist. 688. ad Maximum, et 689. ad Hyperechium. Idem sub Iuliano se Deorum cultui deditum esse simulavit, ut ex Epist. 704. Libanii didici. Nec dubito quin ea simulatione Iulianum sibi conciliaverit Modestus, et ex offenso amicum reddiderit, ut de Thalassio supra notavi ad lib. 22. c. 9. Quod etiam non omisit Gregorius Nazianzenus in Philippica 2. adversus Iulianum: τί δ' ἂν εἰ λέγοιμι δικῶν μεταθέσεις καὶ μετακλίσεις πολλάκις διὰ μέσης νυκτός. Et paullo supra: μία ψῆφος ἦν εἰς ἀρχὴν ἡ παράβασις. *Unicum erat suffragium ad Magistratus impetrandos desertio Christiani cultus.* Hic idem Modestus iterum Praefectus urbi Constant. fuit Valentiniano Nob. puero et Victore Coss. ut scribit Idatius in Fastis. *His Coss. opus magnificum cisternae Constantinopolit. completum est a Domitio Modesto V. C. iterum Praef. Urbis, quod in prima inchoaverat Praefectura.* Haec cisterna ex conditoris nomine Modestiaca dicta est, eratque in regione XI. Urbis, ut est in Descriptione urbis Constant. De eiusdem Praefectura Praetoriana et Consulatu supra notavi. Filium autem habuit Infantium teste Libanio in Epist. 880. qui postea Comes fuit Orientis, ut in Cod. Theod. legitur. VALES.

Modesto] Praef. Praet. (Comes Orientis 19, 12. cf. Wernsdorf ad Himerium p. 152. edit. min.) — *Regiorum arbitrio spadonum exposito,* qui se totum ad horum voluntatem accommodaret. — *Infra imperiale columen* culmen, dignitatem. cf. 20, 5. vel quod statim sequitur *ad humiliandam celsitudinem potestatis.* W.

Ad humiliandam.] In Ms. Regio legitur *humilitandam:* nec aliter in libro 29. scriptum habet codex Reg. et Florentinus. [ac Colbert.] Vide de eo verbo supra lib. 29. cap. 2. VALES.

3. *Professionem oratorum forensium iure πολιτικῆς μορίου εἴδωλον, id est civilitatis particulae.*] Locus Platonis, quem lau-

dat Marcellinus, in Gorgia exſtat (Bipont. IV. p. 37.): Φημὶ ἐγὼ τῆς κολακείας μόριον εἶναι τὴν ῥητορικήν. Et paullo poſt: Ἐστὶ γὰρ ἡ ῥητορικὴ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον πολιτικῆς μορίου εἴδωλον. Utitur eodem Apuleius lib. de Philoſophia p. 16. Elmenh. ſed cuius verba ſic reſtituenda videntur: *Hanc* δύναμιν τοῦ τὰ ψευδῆ πιθανὰ δοκεῖν *definivit Plato: quam civilis particulae umbram, id eſt imaginem nominavit.* Perperam enim *civilis articuli umb.* vulgo editur. *Rhetor. I. Quod et Quintilian. notat Inſtit. Orator. lib. 2. cap. 15. *Rhetoricen quidam eamdem civilitatem eſſe indicaverunt.* Cicero *civilis ſcientiae partem* vocat. Civilis autem ſcientia, idem quod ſapientia eſt.* LINDENBR.

Civilitatis particulae umbram vel adulationis partem quartam eſſe definit Plato.] Platonis locus eſt in Gorgia, ubi Socrates hanc ſententiam ſic explicat. Ut corporis, ſic etiam animi quaedam eſt εὐεξία, quam bonam habitudinem poſſumus dicere. Eam autem corpori quidem praeſtat medicina et exercitatrix ſeu γυμναστική, quae ſub corporis curatione quaſi partes continentur. Animo vero eam habitudinem praeſtat politica ſeu civilis ars, cuius duae ſunt partes: iuſtitia, quae medicinae ex adverſo reſpondet; et legalis, quae exercitatrici. Et hae quidem quatuor omnino ſunt artes, quae partim animum, partim corpus recte curant atque excolunt. Sed harum loco frequenter irrepit adulatrix, quadrifariam et ipſa diviſa, quae non id quod optimum eſt, ſed ſolam voluptatem conſectatur. Pro medicina enim ſubit coquinaria: pro exercitatrice mangonum ars, qui colorem fuco et verum robur inani ſagina mentiuntur. Similiter legalem ſeu νομοθετικὴν imitatur ſophiſtice; iudiciariam autem rhetorice. Et haec fuit ſententia Socratis, qui Rhetoricam inter turpes artes diſerte collocat, quidquid contra Quintilianus dicat in lib. 2. cap. 15. Ad eum Platonis locum alludit Themiſtius in Orat. XV. Poſt Platonem omnes Academici Rhetorum artem perinde damnarunt. E quorum numero Critolaus et Charmidas multis in eam invecti ſunt, quae congeſſit Sextus in lib. 2. adverſus Mathematicos: et Dio Academicae ſectae Philoſophus, in Euboica Oratione ſub finem, pauperibus ſuis eam artem interdicit perinde ac plumariam atque praeconium et reliquas huiusmodi. Maximus item Tyrius in Orat. 12. Rhetores mangonibus comparat, qui cum tenera mancipia acceperint ſub Sole et caelo libero educata, eadem in umbra alentes ac levigantes, naturalem pulcritudinem corrumpunt. Nec abſurde Platonicis adiungetur Philo, qui in libr. de Agricultura initio, de Rhetorica haec dicit: καὶ ῥητορικῆς τὸ συνηγορικὸν καὶ ἔμμισθον εἶδος, οὐ περὶ τὴν εὕρεσιν τοῦ δικαίου πραγματευόμενον, ἀλλὰ περὶ τὴν δι' ἀπάτης πειθὼ τῶν ἀκουόντων. VALES. Cf. Tiedemanni Argumenta Dialogorum Platonis p. 94. ſſ. W.

Amplitudo Platonis] amplus, magnus illo Plato. Supra XXII, 16. ſermonis amplitudine Iovis aemulus Platon. Cf. Appuleius de habitud. Platon. Philoſ. p. 604. ed. Floridi. W.

Epicurus Kakotechnian nominans.] Id eſt fallendi artem: quae fuit etiam Athenaei ſententia, ut refert Quintilianus in lib. 2. Ceterum Epicurus Rhetoricam artem eſſe negabat. Sic enim ſcribit in lib. de Rhetorica: Φύσις γάρ ἐστιν ἡ κατορθοῦσα λόγους, τέχνη δὲ οὐδεμία; ut videre eſt in Scholiis ad Hermogenem, pag. 577. id eſt: *Sola natura eſt, quae orationem perficit, ars autem nulla.* VALES.

Ctesias.] Mſ. KIHCIAC. ἴσ. *Lyſias.* LINDENBR.

Cteſias ſuaſionis opificem.] In Mſ. Regio ſcriptum inveni κτησίας, [in Colbert. Κιησίας.] Nec dubito quin Ammianus ſcriptum reliquerit *Tiſias:* fuit enim Tiſias cum Corace Siculo antiquiſſimus artis Rhetoricae ſcriptor, ut prodit Dionyſius Halic. (in Iudicio de Iſocrate T. v. Reisk. p. 535.) et Plutarchus in Iſocratis Vita, Quintilianus in lib. 3. c. 2. Cicero (in Bruto c. 12.) et alii plures. Huius auditor fuiſſe dicitur Leontinus Gorgias, ut narrant interpretes Hermogenis initio. Hi Rhetoricam definiebant πειθοῦς δημιουργόν, id eſt ſuaſionis artificem, ut videre eſt apud Platonem in Gorgia. VALES.

Gorgia Leontino] Cicero in Bruto c. 12. cet. W.

4. *Orientalium*] De orientalibus, quod bene notandum, ſermo eſt, qui an ſui ſimiles habuerint habeantve in occidente, equidem definire non auſim, quamquam ſatis locuples teſtis Hommelius, qui olim Ordinis ICtorum Lipſienſis erat primus, in Literatura Iuris Praefat. p. 12. ad noſtras aliquando oras eiusmodi vel deteſtandos vel ridiculos homines irrepſiſſe velit contendere. W.

Retinaculis temporis praeſt. frenatur.] Cum enim certus eſſet numerus patronorum, ubi ordine matriculae ad primum locum et Advocationem fiſci pervenerant, poſt biennium abſcedebant, ut patet ex Codice. VALES. Idem apud nos, ſapientiusque adeo cautum eſt eo, quod cauſas agendi concellio nonniſi peritis atque probatis datur. W.

5. Antequam cauſidicos iſtos in ſcenam producat Ammianus, lectionis oſtentandae cauſa horum quaſi antipodas, ſummos illos Graecorum et Romanorum oratores forenſes enumerat, quorum tamen omnium gloriam ſatis notam notulis adſperſis renovare nihil attinet. Cf. omnino Ciceronis Brutum, de Graecis ſeorſim Ruhnkenii hiſt. orator. Graecor. Rutilio Lupo praemiſſam. Paucula tantum hinc inde afferam, quae ad illuſtrandum faciunt contextum. W.

Elegantiae priſcae] Elegantia priſca illa, Graecorum inprimis propria, cauſae agebantur in concionibus populi vel coram iudicibus. — *Concitae facundiae* promtae ſemper atque paratae. Sic concitatus orator in laude ponitur 14, 7. Niſi Ammianus ſcripſerit *comtae*, ſecutus Tacitum Annal. VI, 15. W.

Demoſthenes, quo dicturo concurſus etc.] Imitatur Ciceronem, qui ſic loquitur in Bruto c. 84. *Ne illud quidem intelligunt non modo ita memoriae proditum eſſe, ſed ita neceſſe fuiſſe, cum Demoſthenes dicturus eſſet, ut concurſus ex tota Graecia audiendi cauſa fierent.* VALES.

Calliſtratus, quem nobilem illam ſuper Oropo cauſam] Oropius ager inter Atticam et Tanagraeos medius: de cuius poſſeſſione ingens lis olim inter Athenienſes et Thebanos fuit, quoque tum demum Athenienſes beneficio Philippi Regis potiti ſunt, cum ille Thebanos expugnaſſet. Pauſan. lib. 1. c. 34. In eam igitur rem, ut videtur, haec a Calliſtrato oratio habita fuit. LINDENBR.

Et Calliſtratus.] Calliſtratus Aphidnaeus, celeberrimus Athenis Orator, in Rep. gerenda verſatus eſt paullo ante Leuctricam pugnam, ut tradit Xenophon in lib. 6. Hiſt. c. 2. 3. Diodorus Siculus in lib. XV. c. 29. Eum Oratorum omnium qui umquam Athenis fuiſſent, principem ponit Aeſchines in Orat. de ementita

legatione, et Cornelius Nepos in Epaminonda c. 6. Hic postea ab Atheniensibus relegatus, Datum opidum in Thracia condidit, ut memorat Isocrates in Oratione Sociali c. 9. Scylax Caryandenus in Thraciae descriptione, et Zenobius in adagio θάσος ἀγαθῶν. Cumque Apollinis Delphici oraculum consuluisset de reditu in patriam, eique respondisset Apollo, si in patriam redisset, eum ius recuperaturum: Athenas reversus, capitali supplicio damnatus est, ut refert Lycurgus in Orat. contra Leocratem c. 22. Erat autem Callicratis filius, teste Theopompo in lib. x. Philipp. apud Athenaeum in 4. p. 166. E. Quare fallitur Plutarchus in x. Rhetorum Vitis, qui Callistratum hunc Empaedi filium facit: *Καλλιστράτου τοῦ Ἐμπαίδου Ἀφιδναίου, ῥήτορος δοκίμου καὶ ἱππαρχήσαντος.* Fuit quidem Callistratus Empaedi filius, Praefectus equitum in Sicilia Peloponnesiaci belli temporibus, de quo Pausanias in Achaicis c. 16. de quo agimus, recentior Callicratis filius fuit: cuius meminit Demosthenes contra Timotheum, et Aristoteles in Rhetorica. VALES.

Nobilem illam super Oropo causam.] *Oropii se et agrum suum dediderant Atheniensibus, teste Isocrate in Plataico. Aliquanto post Themison Eretriensis et Theodorus collecta exsulum manu Oropum pulso Atheniensium praesidio occuparunt Olymp. 103. anno 3. Quod opidum ut recuperarent Athenienses, ilico omnes copias eduxerunt: contra Thebani auxilium Themisoni tulere. Itaque Athenienses iure potius quam armis decernendum rati, opidum Thebanorum fidei commendaverunt, donec res in publico Graecorum concilio esset iudicata. Sed Thebani id opidum restituere postea recusarunt, ut scribit Xenophon in lib. 7. Hist. Graec. c. 4. Diodorus in 15. c. 30. Ulpianus ad Demosthenem pro Corona. Ceterum Athenienses iudicium capitis constituerunt adversum eos quorum negligentia id opidum captum fuerat: et Chabrias Imperator eo nomine accusatus causam dixit, ut refert Demosthenes contra Midiam: *Φιλόστρατον ἅπαντες ἴσμεν Χαβρίου κατηγορήσαντα, ὅτ' ἐκρίνετο τὴν περὶ Ὠρωποῦ κρίσιν θανάτου, καὶ πάντων τῶν κατηγόρων πικρότατον γιγνόμενον. Philostratum omnes novimus, hunc qui Chabriam accusavit, cum ille de Oropo causam capitis diceret, omnium accusatorum acerbissimum.* Inter accusatores Chabriae praeter Philostratum fuisse videtur et Callistratus noster, ad id publice constitutus ex more institutoque Atheniensium, de quo Plutarchus in Demosthenis Vita: *μέλλοντος δὲ τοῦ Καλλιστράτου ἀγωνίζεσθαι τὴν περὶ Ὠρωποῦ κρίσιν.* VALES.

Qui locus in Euboea est.] Immo in confinio Atticae et Boeotiae, teste Thucydide VIII, 60. Pausania in Achaicis c. 11. Ulpiano, aliisque. VALESIUS. An lippis hoc ignotum? Et mirari se iam tanto ante enunciavit Hier. Surita ad Antonini itinerarium. Notavit quoque Ortelius hunc locum, sed iudicii discrimen addens nullum. GRON. Oropum in Euboea nullam fuisse certum est. Cf. Wesseling. ad Diodor. Sic. XV, 30. T. VI. Bip. p. 622. et ad Itineraria p. 326. Tota parenthesis scioli glossatoris esse videtur. W.

Academia cum (et) *Platone relicta sectatus est* exemplar imitandum sibi proposuit. *Andocides.* vid. Wyttenbach Bibl. Crit. Vol. III. P. III. p. 76. W.

Antiphon ille Rhamnusius.] Vid. Suid. in Ἀντιφῶν. LINDENBR.

Antiphon, quem ob defensum neg.] Vide Plutarch. in Antiphontis Vita. VALES. Reinesius adscripsit: „Nihil de mercede accepta ab Antiphonte habet vel Plutarch. vel Suidas.“ W.

Antiphon Rhamnusius] de quo singularem Disp. habemus Spaanii (Ruhnkenii) recusam in Reiskii Orat. Gr. T. VII. p. 795. ff. et in Ruhnkenii Opusculis p. 214. ff. ubi et alii p. 230. laudantur, qui Antiphontem primum mercedis exactae auctorem vituperant. W.

6. *Rutilius*] de quo vide congesta ap. Wernsdorfium in Poët. min. T. v. Praef. p. 28. De reliquis vide Ernesti Clav. histor. W.

Rutilii] De iis vide iudicium Ciceronis in Bruto p. 272. *Philippis.* L. Marcius Philippus Cos. A. U. 662. Cic. in Bruto p. 280. f. Pighius sub anno 660. *Scaevolae* (Quinti) Cic. Bruto 279. Haec omnia Reinesii. W.

Civilibus — stipendiorum officiis floruerunt — laureas fori cet.] Quum in militia ante duces et imperatores gloriam adepti essent, eandem Oratores togati auxere. W.

7. *Orationis imperiosae*] qua, quidquid vellet, impetraret. W.

Fluminibus] Chr. Crusius in Probabb. p. 37. mavult *fulminibus*, quod uti non ignoro de oratoribus incitatis atque vehementioribus usurpari, ita tamen vulgatam lectionem retinendam censeo, Ammiani nempe ingenio magis convenientem, qui quas *flammas* semel in animo haberet, non fulminibus, sed fluminibus exstingui putaret consultius. Cf. etiam Hadr. Vales. Praef. p. LXVI. W.

8. *At nunc videre est*] Reinesius adscripsit: „Audite rabulae et forenses canes!“ et paullo post: „*ad ipsa cubilia.* Perquam rarum sit, ut longa et castigata cunctatione ad heri (?) cubile non perveniatur. Zosimus Ep. Rem. in Ep. ad P. P. Africanos apud Baronium T. v.“ W.

Per eos omnes tractus.] Scribendum omnino est, *per Eoos*, ut praecedentia demonstrant: atque ita in codice Valentino exaratum fuisse notarat Ant. Loisellus. VALES.

Spartanos canes aut Cretas.] De canibus Spartanis Plin. lib. x. cap. 63. Virgilius Georg. 3. v. 405.

Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed una
Veloces Spartae catulos, acremque molossum
Pasce sero pingui.

De Cretensibus canibus Aelianus de Animalib. lib. 3. cap. 2. Lucanus de Bello civili lib. 4. v. 440.

Venator tenet ora levis clamosa molossi,
Spartanos, Cretasque ligat, nec creditur ulli
Silva cani, nisi qui presso vestigia rostro
*Colligit, et praeda nescit latrare reperta.** LINDENBR.

Cubilia caussarum] Comparationem repetitam esse a cubilibus s. lustris ferarum facile quisque videt. W.

9. *Per vadimonia mille iactantur*] si quem audiendis utrisque partibus diem esse praestitutum compererint, adsunt non advocati, non consulti de iure respondent — *Viduarum postes et orborum limina* (suasque ipsorum calceorum soleas) *deterentes.* W.

Et avidi inter discordantes.] In Regio exemplari [et Colb.] ac Tolos.* scriptum inveni: *Et avi inter discord. etc.* Quare

amplector scripturam Editionis Augustanae, quae est eiusmodi: *Et aut inter discordantes amicos aut propinquos, etc.* VALES.

Si simultatum levia senserint receptacula] si suspiciones iniectas facile haerere animadvertant, tum animos ad *odia infesta* exacuunt. W.

Ob levia scrinii receptacula.] Haec quoque scriptura ex coniectura Gelenii profecta est. In codice quidem Regio [et Colb.] ita legitur hic locus: *Simultatum levias in scrinin receptacula, etc.* quemadmodum in Ms. Florent. scriptum fuisse monuit Lindenbrogius. Neque diversam in exemplari Mariangeli scripturam fuisse satis constat: sic enim edidit: *Simultatum levia inferi in receptacula, etc.* [Unde adducor, ut credam sic a Marcellino scriptum fuisse: *Si simultatum levia senserint receptacula, etc.* sensu iam plano ac manifesto.] VALES.

Sicam ingenii destringentes] insipida translatio. W.

10. *Inanis fluentia loquendi*] flumen non eloquentiae, sed loquentiae. — *Artium scaevitate* perversitate, abusu *religionem iudicantis decipi* iudicem iureiurando obstrictum in errorem deduci. W.

Nefas est religionem decipi iudicantis.] Elegans haec locutio, et ab optimis Scriptoribus frequentata, Iurisconsultis praesertim usitatissima Callistratus L. 33. ff. de re iudicata: *Conspiratione adversariorum testibus pecunia corruptis religionem iudicis circumventam esse.* L. 4. C. Si ex fals. instr. *Falsis instrumentis circumventam esse religionem iudicantis.* L. 13. de non num. pecun. L. 3. C. Arbitrium tutelae. L. 1. C. Si tutor vel cur. Sic *instruere religionem Praetoris*, Ulpian. L. 5. §. 11. de reb. eor. qui sub tut. L. 6. §. 4. ff. Si quis omiss. caus. test. *Religiosus iudex,* Quintil. lib. IV. cap. 1. LINDENBR.

11. *Secundum* genus eorum, qui iuris scientiam eam profitentur, quae tamen *ob legum sibi invicem repugnantium* multitudinem iamdiu *abolita* est. Hi interioribus Themidis sacris scilicet initiati, sibi solis ea servant, et ne profanare videantur, *vinculis quasi ori impositis* incedunt. *Tristiorem* severiorem. W.

Ipsum quoque venditant, quod oscitantur.] Haec lectio si sana est, sensum alium non exsculpo, nisi hunc artes suas iactant, et ubique crepant, ut fastidium, taediumque tandem ipsos capiat. Reinesius orae suae adscripserat: *scitantur* vel *oscinantur*, quod non magis intelligo. Ceterum de hoc genere causidicorum conferri potest Agathiae Epigr. LXVII. et LXXVI. ibique Iacobs. (Anthol. Vol. III. P. 1. p. 95. 170.) W. Vulgatae videtur sensus esse hic: iugi silentio illo, cuius ipsi pertaesi oscitantur, numos colligunt. ERF.

12. *Loquuntur* semper in ore habent *Trebatium*, ad quem epistolas habemus Ciceronis iocosas saliumque plenas ad Div. 7, 5. et 12. W.

Et Caesellium.] Quanto melius in codice Regio [et Colbert.] *Cascellium.* Cui suffragatur Editionis August. scriptura, *Castellium.* Aulus Cascellius iuris civilis scientia celebris fuit, idemque summa libertate et constantia praeditus. Numquam enim adduci potuit, ut de aliqua earum rerum quam Triumviri dederant, formulam componeret. Idem cum adversus Caesaris tempora liberius loqueretur, monerentque amici ut ab eo desisteret, duas sibi

res magnam licentiam parere respondit, senectutem et orbitatem, ut legitur in lib. 6. Valerii Maximi. Eiusdem meminit Horatius in Art. Poet. 371. Macrobius, et Pomponius in lege 2. D. de origine iuris. VALES.

Alfenus (Varus), Horat. ferm. 1, 3. 130. Vid. tam de hoc ipso quam de Trebatio Cascellioque Bachii hist. iurisprudentiae Romanae p. 252. — 254. ed. tert. W.

Auruncorum Sicanorumque.] Favorinus Phil. contra adolescentem vetuste nimis et prisce loquentem, apud A. Gellium lib. 1. cap. 10. *Horatii illi trigemini plane et dilucide cum suis fabulati sunt, neque Auruncorum, aut Sicanorum, aut Pelasgorum, qui primi incoluisse Italiam dicuntur, sed aetatis suae verbis locuti sunt. Tu autem perinde quasi cum matre Evandri nunc loquare, sermone abhinc multis annis iam desito uteris, quod scire atque intelligere neminem vis quae dicas.* LINDENBR.

Sicanorumque.] Sic etiam Agellius in lib. 1. cap. x. quem Marcellinus noster imitatur. Non displicet tamen scriptura, quam in Regio codice reperi, *Siculorumque.* Siculi enim, non Sicani olim Italiam incoluere, iique a Pelasgis expulsi, in Trinacriam insulam quam tunc Sicani tenebant, traiecere; ut tradit Dionysius Halic. in lib. 1. c. 9. Hellanicus in lib. 2. de Sacerdotibus Iunonis Argivae, et Menippus, ac Thucydides initio lib. 6. Constantinus in lib. 2. περὶ θεμάτων. VALES.

Sicanorum] Reinesius: legam *Sidicinorum,* hi enim cum Auruncis in vetustissimis Italiae populis numerantur, et cum iis bellum gessere, deleta etiam urbe Aurunca, Liv. 1, 8. Virgil. l. 7. Aurunci misere patres, Sidicinaque etc. v. Pighium sub A. 413. Plin. Solin. — An Sicanos eos intelligere debemus, quos Plinius in prima Italiae regione locat, postea Siculos dictos? Haec omnia Reinesii. W.

Voluntate] non imprudens, sed consulto. — *Multas tibi suffragari absolutionem lectiones reconditas pollicentur,* se ex penu diffusae lectionis suppeditare posse dicunt, quae ad absolvendum te valeant. W.

13. *Mercenaria* lucri captandi causa *ora procudentes* exacuentes, exercentes (sic ingenium procudere 15, 2. linguas 31, 16.) per *prostitutas* (metaph. a meretricibus ducta) *frontes,* perfrictas, omni pudore abiecto. — Inter *sollicitudines* curas *iudicum* per multa et varia causarum genera *distentas insolubili* Gordio quasi *nexu* (paullo post *nodosae quaestiones,* omninoque totus locus tautologiae vitio laborat) ut *omnis quies* quietis quisque amans et ab omni lite abhorrens, tamen *implicetur.* — *Iudicia circumscribunt* decipiunt. Cic. pro Roscio Com. c. 8. — *Delubra aequitatis* asyla Iustitiae. *Lustra* annos. W.

14. *Impudens, pervicax.*] In exemplari Regio et Editione Mariangeli legitur, *impune pervicax;* [in cod. Colb. *impunes pervicax.*] VALES.

Immature ludis eruperint literariis] Icari Academici. W.

Mimiambos] Quales inter Graecos Sophron Syracusius κατα-λογάδην, et Herodes quidam priscus Auctor, apud Romanos vero Cn. Matius composuerunt. Sophronem laudant Suidas et Tzetzes in Lycophr. Herodis versus adducit Stobaeus. De Matio Te-

rentianus Maur. lib. de Metris, cap. de Iambico Hipponacteo claudicante. LINDENBR.

Mimiambos.] Mimos iambis ſcriptos intelligit. Antiquiſſimus autem Mimiamborum ſcriptor traditur Cercidas Megalopolitanus, de quo Stephanus in Μεγάλη πόλις, ἀφ' ἧς Κερκίδας ἄριστος νομοθέτης καὶ μιμιάμβων ποιητής. Eius Mimiambi citantur a Stobaeo verſibus quos ſcazontas ſeu χωλιάμβους Graeci nominant, conſcripti. Eodem metri genere Cn. Matius mimiambos ſuos ſcripſerat, ut docet Terentianus et Agellius in libro 20. cap. 8. VALES. Hoc loco ſine dubio cantiunculae intelligendae vel convivales, vel quibus in triviis adeo plebecula delectaretur. W.

Non cauſarum remediis congrua ad lites componendas apta *commentantes* excogitantes. W.

15. *Umbraticis lucris* furtim factis et *inhiandae* (σολοικίζεις, mi Ammiane, volebas *corradendae* vel ſimile quid) *pecuniae.* W.

Suſcepti nomen.] Id eſt clientis. Suſceptos enim illa aetate vocabant, quos antiqui clientes, ut notum eſt ex Symmacho aliisque. *Ita vetus Auctor in Quaeſtionibus ex utroque miſſis capite 102. in fine. Hinc Advocati ſuſcipere dicebantur, quoties cauſam alicuius defendendam receperant, ut docet vetus Inſcriptio apud Gruterum pag. 462. *Ita ut nemo de eius induſtria, niſi ille, contra quem ſuſceperat, formidaret.* Et vetus Auctor ſupra citatus in quaeſtione 114. *Qui fidem noſtram accuſant,* inquit, *non magis contra nos quam contra Auctorem noſtrum ſuſcipiunt.** VALES.

Vim negotii] ſummam, caput rei, de qua lis eſt. — *Circumlocutionibus indigeſtis* verborum ambagibus, prout in buccam veniunt. *Ut colluvionis taeterrimae* ex ipſis infimae plebis faecibus *exiſtimes audire Therſiten* (Homer. Il. 1.) W.

16. *Muniendarum adlegationum*] probandorum, firmandorum argumentorum, quae in iudiciis allegata ſ. prolata fuerant. *Munire.* Sic Erneſtius. Eſt verbum iuris. vid. Caſaub. ad Scrr. Hiſt. Aug. Tom. 1. p. 327. Ita etiam *teſtibus muniri res* dicitur in Cod. Theodoſ. l. 3. de abolit. lib. 9. t. 37. — *Codices* libros legum. W.

17. *Inuſitatum*] Rectius fortaſſe *inviſitatum,* ſed 31, 3. haud aliter. W.

Marcianum verbo tenus quaeſierit oratorem.] Incertum quem Marcianum velit: plures enim eius nominis fuere. Ael. Marcianus paſſim laudatur in Pandecte Iuris, quem tamen hic intelligi non puto; ſed Marcianum potius Rhetorem, cuius Fab. Victorinus meminit in Commentario ad Ciceron. de Invent. lib. 1. LINDENBR.

Marcianum verbo tenus.] Fruſtra Lindenbrogius ambigit, quis ſit hic Marcianus. Nam Marcellinus noſter nomen certum pro incerto poſuit: idem enim eſt ac ſi dixiſſet, *Marcianum verbi gratia.* Gloſſae Iſidori, *verbo tenus, verbi gratia.* VALES.

Omnes confeſtim Marcianos appellari ſe fingunt] Non minus lepidum, quod Scipio Gentilis ad Apuleium p. m. 179. de nobili quodam Neapolitano narrat, qui, cum filios ICtos fieri eximios optaret, uni nomen Bartoli, alteri Baldi, tertio vero, cum ſaepe nomen *Codicis* citari in foro audiſſet, maximi et hoc ICti nomen arbitratus, *Codicis* nomen impoſuit. W.

18. *Avaritiae venumdati et usucapti*] mancipia. — *Impedicant* impediunt, irretiunt. *Per morborum simulationem* ut caussas protrahant, et post longas moras tamen non *proferant* nisi *pervulgati* tralaticii *iuris*, eamque *vanam* ineptam, ad caussam non pertinentem *lectionem*, allegationem, auctoritatem, testimonium. vide Glossar. Nomic. Gothofredi in h. v. Verissime I. A. Wolfius, Theologus Lipsiensis, in Diss. de agnitione ellipseos in interpretatione librorum sacrorum Part. IV. „*Lexicographi saltem*, inquit, *quod ego sciam, non docuerunt, voc. lectio ab antiquis probatae latinitatis auctoribus ita usurpatum inveniri, ut exemplum verborum, quae alicubi scripta leguntur, sive scripturam alicuius loci denotet, uti nunc saepissime sumitur.* — *Dilationum examina.* A stateris ducta metaphora, ergo investigationes, disquisitiones. W.

19. *Obtrita vetustate*] ut ob diuturnitatem temporis, in quo cardo rei versetur, nec litigantes, nec iudices sciant. W.

Intromissa ipsa capita.] Hunc locum sic interpungi mallem: *Tandem obtrita vetustate controversiâ intromissâ, ipsa capita splendoris ingressa, etc.* ut controversia intromissa dicatur eodem modo quo apud Graecos Oratores, δίκην εἰσάγεσθαι. VALES.

Ipsa capita splendoris] coryphaeos scilicet ordinis splendidi (cf. 23, 6. *nobilitas omnis et splendor* pro splendidis equitibus.) *Advocatorum simulacra* umbras, non Advocatos veri nominis. W.

Intra cancellorum venerint saepta.] Cancellos forenses intelligit, de quibus Cicero in Sextiana c. 58. *Tantus est in omnibus spectaculis usque a Capitolio, tantus in fori cancellis plausus excitatus:* et in Actione 3. in Verrem c. 59. et in lib. I. de Oratore c. 21. Graeci similiter κιγκλίδας vocabant portas iudicialis Praetorii, ut docet Pollux in lib. 8. Harpocration, et Hesychius. Officiales porro qui hos cancellos custodiebant, Cancellarii dicebantur, de quorum officio vide Cassiodorum in lib. XI. VALES. Cf. Pithoei Adversar. II, 12. p. 118. Salmas. ad scr. H. A. T. II. p. 801. Spanhem. ad Iuliani Caess. p. 100. W.

Concionaria Gracchi fistula.] Cicero de Orator. lib. 3. c. 60. Plutarchus in Vita Gracch. Valer. Max. lib. VIII. cap. 10. Quintilianus lib. I. cap. 10. Gell. lib. I. cap. XI. LINDENBR.

Ut concionaria Gracchi fistula post occipitium desit] pone nempe stantis tibicinis, qui oratorem aut remissum excitaret, aut a contentione (vocis) revocaret, uti est ap. Ciceronem de Orat. 3, 60. W.

In verba fidentior] promtior, impudentior. W.

Pro Cluentio.] Sic Gelenio placuit: sed cum in MSS. Flor. Regio [et Colbert.] horum loco legatur, *cluenda ne:*, haud difficile fuit veram scripturam elicere. Scripsit enim Marcellinus procul dubio, *Cluentianae, vel pro Ctesiphonte orationum, etc.* atque ita diserte scriptum est in Editione Mariangeli. Neque aliter eam Ciceronis orationem appellat Victorinus in lib. I. Rhet. et Servius. Sic Sextianam, Milonianam fere dicebant, ut patet ex eodem Servio. VALES.

Pro Ctesiphonte] or. Demosthenis de Corona. W.

Orationum aemula ornamenta promittens] Deridet etiam Cicero Divin. in Verrem c. 13. eos, qui initia orationum antiqua-

rum in ſuas orationes transferebant. Appuleius tamen apologiae ſuae prima verba e Salluſt. or. 1. de rep. ordinanda deſumſit. v. ibi Scipio Gentil. not. 1. Haec Reineſius. W.

Poſt ſpeciem litis quem ſtatum cauſae vocamus, *triennium* triennio ante *editam.* — *Cum Antaeo vetere* Herculis exemplo *colluctati.* W.

20. *Recte victuris*] honeſtiorem vitae rationem amplexis. W.

Sellulariis quaeſtibus.] Ita vocat deſpicabilem quaeſtum, ut Apul. Florid. 2. p. 346, 34. Elmenh. *ſellularias artes*, id eſt viles; et *ſellularios*, imae ſortis homines, Arnob. lib. III. LINDENBR.

Quaeſtibus ineſcati allecti conviciis ſe ipſi invicem proſcindunt. *Rupta* effreni *maledicendi ferocia.* W.

**Cauſarum infirmitatem rationibus validis convelare non poſſunt.*] Gellius lib 7. cap. 3. *Multisque aliis argumentis convelat.* Faber Semeſtrium lib. 3. cap. 23. pag. 364. pro *rationibus* legit *orationibus* male.* LINDENBR.

Rationibus validis convelare non poſſunt.] Eodem modo loquitur Agellius in lib. 7. cap. 3. ſed tamen magis placet *convallare:* quam ſcripturam in codice Fauchetii exſtare monuit Gruterus. [In Colbert. Mſ. *convalere* legitur pro *convelare.*] VALES. *Convelare* pluribus exemplis adſtruxit *Triller* in Obſſ. p. 44. W.

21. *Doctos*] Omiſſum *magis,* ut ſaepe. W.

Doctos ex Philiſtionis aut Aeſopi cavillationibus.] De Philiſtionis mimo Caſſiodorus lib IV. Variar. LI. *Sidon. Apoll. lib. 2. Epiſt. 2.* Suidas in φιλιστίων. Ad eumdem Africanus quoque alluſit in Epiſtola ad Origen. de hiſtor. Suſan. Πῶς αὐτοὺς ὑπελέγχει, ὡς οὐδὲ Φιλιστίωνος μῖμος. De Aeſopo vero ludicrae artis periti ſſimo viro vide Val. Max. lib. VIII. cap. 10. Symmach. lib. x. Epiſt. 2. *Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 14.* Donat. in Proleg. Terent. *Hieron. in Epiſt. ad Pammach. in Defenſ. 2. contra Rufin. *Quaſi mimum Philiſtionis, vel Lentuli ac Marulli ſtropham eleganti ſermone confictam.** LINDENBR.

Ex Philiſtionis, aut Aeſopi cavillationibus.] Philiſtion Mimographus Magneſianus ſub Tiberio floruiſſe dicitur ab Euſebio in Chronico. Eum tamen alii Pruſenſem; Philo Sardianum vocat: ſed in veteri Epigrammate quod refertur in lib. 5. Anthol. cap. 6. Nicenſis dicitur. Eumdem Suidas Comicum Poetam appellat, et comoedias βιολογικὰς ſcriptitaſſe dicit. Sunt autem κωμῳδίαι βιολογικαὶ idem quod Mimi. Mimi enim proprie βιολόγοι dicuntur, quod vitam hominum quotidianam exprimere ſolent, ut docet Marcellinus noſter in lib. 23. c. 5. *Cum Antiochiae ſcenicis ludis Mimus cum uxore immiſſus, e medio ſumpta quaedam imitaretur.* Et Gloſſae veteres: *Atellani,* σκηνικοὶ, ἀρχαιολόγοι, βιολόγοι. Eamdem ob cauſam ἠθολόγοι etiam dicebantur Mimi, quod mores hominum effingerent. Sic enim Mimos appellat Diodorus Siculus in lib. xx. c. 63. de Agathocle, ὑπάρχων δὲ φύσει καὶ γελωτοποιὸς καὶ μῖμος. Et paullo poſt: ὥστε τὸ πλῆθος πολλάκις εἰς γέλωτα ἐκτρέπεσθαι, καθάπερ τινὰ τῶν ἠθολόγων ἢ θαυματοποιῶν θεωροῦντας. Heſychius et Suidas ἠθολόγον aiunt eſſe θεατριστήν. Et hoc quidem Mimus habuit commune cum Comoe-

dia, quod in utroque vita hominum exprimebatur. In quo Menander Comicus veterum iudicio palmam tulit. Itaque Ariſtophanes Byzantius de eo recte et venuſte hoc dixerat:

— — ὦ Μένανδρε καὶ βίε,
Πότερος ἄρ' ὑμῶν πότερον ἐμιμήσατο; *)
— — O *Menander et Vita,*
Uter imitatus alterum fuit veſtrum?

Ut referunt Hermogenis Interpretes pag. 38. Sed hoc inter Comoediam ac Mimum interfuit, quod Mimus fere turpia imitabatur, nec niſi riſum captabat. At Comoedia gravior et honeſtior fuit. Vide Agellium in lib. 2. cap. 23. Tandem vero Comoedia in Mimum degeneravit, ut ex M. Antonino notavi ad lib. 23. Unde Philiſtion tam Comicus quam Mimographus promiſcue eſt vocatus. Antoninus certe in lib. 6. §. 47. de Vita ſua eum inter Mimographos recenſet: ὥστε κατιέναι τοῦτο μέχρι Φιλιστίωνος καὶ Φοίβου καὶ Ὀριγανίωνος. VALES.

Et Aeſopi cavillationibus.] Aeſopum hic intelligo non illum tragicum hiſtrionem, ut putavit Lindenbrogius, ſed illum notiſſimum fabularum ſcriptorem. Nam tragicus hiſtrio Aeſopus ipſe nihil ſcripſit, ſed tragoedias tantum actitavit. VALES.

Philiſtionis] mimi extremis Auguſti temporibus viventis. v. Suidam h. v. Antholog. incertor. Epigr. 531. Iacobs Animadv. Vol. 3. P. 2. p. 165. et qui ibi laudantur. *Aeſopi.* Valeſ. de notiſſimo illo fabularum ſcriptore intelligit, quod non credo, immo vero mimus aeque ac Philiſtion Ciceronique aequalis. v. de Officiis 1, 31. W.

Cavillationibus.] Cavillationes proprie dicuntur de Mimis, ut patet ex lib. XXVI. c. 6. §. 15. ubi ait: *Per Mimicam cavillationem ſubito putares emerſum.* Sic Solinus in cap. 11. de Sicilia: *Hic primum inventa comoedia eſt: hic et cavillatio Mimica in ſcena ſtetit.* Omitto Arnobium in fine libri 4. et Prudentium in Martyrio Laurentii. Cavillatio autem dicta eſt a calvendo, quod fruſtrari ſignificat et fallere, ut ſcribit Priſcianus in lib. 8. Ipſum vero calvendi verbum Nonius Marcellus ait tractum eſſe a calvis Mimicis, quod ſint omnibus fruſtratui. VALES.

Mercati publicas poteſtates, ut creditores.] Sic Cicero lib. 2. in Verrem c. 55. *Fecerunt idem, quod in noſtra Rep. ſolent ii, qui per largitionem magiſtratus adepti ſunt: dederunt operam, ut ita poteſtatem gererent, ut illam lacunam rei familiaris explerent.* Contra hanc iniquitatem acriter invehitur Salvianus in lib. 4. de Gubernat. Dei. *Ad hoc,* inquit, *honor a paucis emitur, ut cunctorum vaſtatione ſolvatur. Quo quid eſſe indignius, quid iniquius poteſt? Reddant miſeri dignitatum pretia, quas non emunt. Commercium neſciunt, et ſolutionem ſciunt.* Addi etiam potuit: *Ipſi venduntur, et ſolvunt.* *Adde Zoſimum in libro 4. cap. 28. Syneſium in Oratione de Regno ſub finem.* Ceterum hae magiſtratuum rapinae non aliter prohiberi poſſunt, quam providendo ne Magiſtratus venales ſint. Quid enim aliud

---

*) Ne claudicet verſus, pro ἐμιμήσατο ex emendatione Hermanni mei legendum puto ἀπεμιμήσατο. ERF.

ab eo qui Magistratum pretio emit, exspectes, quam ut vendat quod emit? Etenim, ut ait eleganter Seneca in lib. 1. de Beneficiis: *Quae emeris vendere, gentium ius est.* Idcirco Alexander Severus honores iuris gladii numquam vendi passus est, dicens: *Necesse est ut qui emit, et vendat. Erubesco punire hominem, qui emit, et vendidit.* Adde Novellam 8. Iustiniani. VALES.

Publicas potestates] munera. W.

22. *Cum iurgia mille casibus cadant*] quamquam plurima accidere possunt, quae faciant, ut causis cadant. W.

Solis defensantibus irascantur.] Aequius Symmachus, qui in Epist. 17. libri 8. *Fortunam,* inquit, *iudicii non defensoris inscitiae, sed voto iudicis imputavi.* Merito id quidem. Nam ut ait Seneca in lib. 7. de Beneficiis: *Etiam damnato reo, oratori constat eloquentiae officium, si omni arte usus est.* Magna laus Theodori causidici apud Libanium in Epist. 329. ad Anatolium: *χάρις δὲ αὐτῷ καὶ παρὰ τῶν ἡττημένων. Etiam victi ei gratiam habent.* VALES.

CAPVT V.

Pergit Ammianus in vita Valentiniani, quem *Treveris* reliquerat c. 3. extremo, unde *pubescente* vere profectus, *Sarmatarum* v. 26, 4. 29, 6. legatos obvios habuit. W.

2. *Perpensa deliberatione*] cf. 26, 5. W.

Carnuntum Illyriorum oppidum.] Livius lib. 43. cap. 1. Carnuntem vocat urbem Illyriorum munitam, ut appareat in Polybio, unde omnia fere transtulit Livius, dictam fuisse καρνοῦντα, sicuti etiam Ptolemaeus vocat. Hodie *Haimberg* dicitur, estque in ripa Danubii, teste Cluverio libri 3. capite 30. Ingressus autem hoc opidum est Valentinianus post Consulatum Gratiani III. et Aequitii, ut Marcellinus docet. Quare corrigenda est subscriptio legis 12. Cod. Theod. de accusationibus, quae data dicitur Carnunti, Gratiano III. et Equitio Coss. lege *P. C. Gratiani III. et Equitii V. C.* VALES.

Carnuntum Illyriorum oppidum] Ap. Zosimum 2, 10. vocatur πόλις κελτική. v. Reitem. p. 117. Valesio est *Haimburg*, in quo consentientem habet *Prandavium krit. Gesch. v. Wien* p. 75. ubi ita amplam eam urbem fuisse olim (sed ante Ammianum; hic enim sua aetate *desertum et squalens* fuisse dicit.) perhibet, ut non Haimburgium tantum, quale nunc est, sed pagum etiam *Deutsch-Altenburg* et forum *Petronell* comprehenderit. Cf. tamen *Mannerti* Germaniam p. 735. ss. et Wesseling. ad Itineraria p. 247. W.

3. *Sperabatur*] i. e. timebatur. cf. ad 16, 12. *Iudices* praefectos provinciarum omnino, ut saepe — *secessione* discordiis 20, 8. — *ita intepuit* remisit ab vehementia consueta. *Gabinii necem* 29, 5. W.

4. *Incitato odio*] Sic *furori incitatissimo* XXXI, 2, 11. Cf. Davis. ad Cicer. Acad. II, 28. p. 190. ed. Rath. ubi uterque locus Ammiani sic citatur, ut, operarum fortassis errore, *imitato* et *imitatissimo* legatur. W.

Probum Praefectum Praetorio] de quo vide Ind. I. — *Prosapiae claritudo* erat enim ex gente nobilissima *Aniciorum*, de qua vide 16, 8. extr. W.

5. *Moderatores tranquilli*] amici principum modesti. W.

6. *Obedientium*] civium 21, 5. 12. 30, 8. *Provisorum nomina titulorum* imperatorum tributorum. Sic *tituli* 27, 3. 7. et *provisiones* 17, 3. — *Argumentis aliis post validioribus aliis, usu laedendi reperiente longaevo.* Vix sana haec puto, quamquam, quid voluerit Ammianus, perspicere mihi videor, nempe hoc: usu cives onerandi diuturno didicerant alium post alium praetextum tributis exigendis invenire. W.

Denique tributorum onera vectigaliumque — mutare compulerunt sedes.] Heu miseram conditionem, ubi sic vivitur! Salvianus de Gubernat. lib. 5. *Romanorum omnium votum est, ne umquam eos necesse sit in ius transire Romanorum. Una et consentiens illic Romanae plebis oratio, ut liceat eis vitam quam agunt, agere cum barbaris. Et miramur, si non vincantur a nostris partibus Gothi, cum malint apud eos esse, quam apud nos Romani. Itaque non solum transfugere ab eis ad nos fratres nostri omnino nolunt, sed ut ad eos confugiant, nos relinquunt.* Et quae porro ille de hisce tributariarum functionum oneribus, et malis inde ortis adiungit, non magis illius saeculi statum tristem testantia, quam ad haec nostra quoque tempora accommodatissima. LINDENBR.

Augmenta] Ernest. „Proprium hoc est tributi nomen, sed dicit noster etiam incrementum. Cf. Gothofredi notata in Glossar. Nomic. s. v. augmentum.“ W.

Mutare compulerunt sedes.] In codice Regio [et Colb.] et Editione Aug. scriptum inveni, *compulit sedes.* Ac fortasse ita scripserat Marcellinus more Graecorum, qui dicerent, τὰ τέλη ἠνάγκασε. VALES.

Flagitantium ministrorum exactorum *amaritudine* inclementia *expressi.* Sic e Cod. Colbert. dedit Valesius (v. Praef. eius p. LXI.) antiquiores *oppressi.* Cogitavit Ammianus sine dubio de spongia. cf. Sueton. Vespas. c. 16. W.

7. *Illecebrosius*] ob auri sacram famem. *Parsurus tamen Pannoniis* popularibus quippe suis — *Compendia* lucra capta. W.

8. *Residuorum*] i. e. reliquorum, aliorum. cf. 20, 7. et alibi. W.

Acturos sibi gratias a Praefecto compulsi mittere legatos.] Moris erat, ut provinciales legationibus missis publice in Senatu laudarent eos, qui suam provinciam rexerant: quae consuetudo coepit ex adulatione Graecorum, qui Magistratibus suis assentabantur. Sed Senatus olim quidem huiusmodi legationes aspernabatur, neque iis audiendis aut tempus aut locum dabat, ut docet Cicero in lib. 3. Epist. 8. Idem in lib. 2. contra Verrem eius consuetudinis meminit. Neronis tandem tempore Senatusconsultum factum est, ne rectores provinciarum ad Concilium provinciae suae referrent, agendas sibi apud Senatum gratias, neve quis ea legatione fungeretur, ut scribit Tacitus in lib. XV. c. 21. Sed nihilo minus ea consuetudo postea revocata est, ut patet ex Plinio in Gratiarum actione c. 70. *Volo ego qui provinciam rexerit, non*

tantum codicillos amicorum, sed decreta coloniarum, decreta civitatum alleget: efficacissimum pro candidato genus est rogandi, gratias agere. Lampridius in Alexandro Severo c. 22. *Praesides,* ait, *provinciarum, quos vere, non factionibus laudari comperit, in itineribus secum semper habuit in vehiculo, etc.* *Meminit et Dio in libro 56. Cassiodorus in libri 7. Epist. 2.* VALES.

Iphiclem quemdam Philosophum.] Sectae Cynicae, ut indicant sequentia, *spectatum robore mentis hominem:* et Iulianus in Orat. contra imprudentes Cynicos pag. 370. (p. 198. ed. Spanhem.) Iphiclem quem sodalem suum vocat, ait horrida et squalenti coma, nudo pectore, vili indutum pallio per hiemem incessisse: quae Cynicum Philosophum fuisse clare demonstrant. VALES. Iacobus Gothofredus ad codic. Theodos. lib. XII. tit. X. cuius legem huic loco plurimum respondere censebat, citat *Iphiclum,* et *quo noscitabat,* et *inter suos antecellens.* GRON.

10. *Tamquam telo perculsus*] Wakefield. ad Lucret. III, 1038. legi vult *percussus.* ERF.

Genuino vernaculo, Graeco *sermone.* W.

Quod non scitabat.] In codice Regio, *nonscitabat,* ὑφὲν scribitur, tertia littera punctis subnotata: in Editione vero Augustana distincte legitur, *quod noscitabat;* recte, ut equidem iudico. Emendari tamen praeterea vellem, *quos noscitabat.* VALES.

Inter suos excellens.] Non omittenda est Mss. Flor. et Regii Editionisque Aug. scriptura, verior fortasse, *ante suos cellens* — [In Colb. Ms. *ante suos excellens.*] VALES.

Plumbo] in equuleo. — *Urente irarum nutrimenta* iras magis adhuc inflammante *Leone* c. 2. W.

Si celsior e scopulo caderet.] Quanto elegantior est Editionis Augustanae scriptura: *Ut e celsiore scopulo caderet?* Cui subscribit codex Regius, in quo ita exaratum inveni: *Ut ex celsiore scopulo caderet.* Eamdem sententiam Claudianus expressit in lib. I. contra Rufinum v. 21.

— — — iam non ad culmina rerum
Iniustos crevisse queror: tolluntur in altum,
Ut lapsu graviore ruant.

Et ante eum Iuvenalis in Sat. X. 107. postremo Gregorius Nazianz. Oratione 16. pag. 259. ὁ μὲν πλεῖον ἐπαιρόμενος, ἵνα καὶ πέσῃ χαλεπώτερον. VALES.

11. *Carnuntum*] hod. *Petronell.* v. Mannert German. p. 738—740. W.

Iuventii Praef. Praet.] Iuventius (sic in Ms. Regio scribitur) Praefectus Praet. Galliarum fuerat, et Florentio successerat, ut patet ex Codice Theod. de censu sive adscriptione. Florentii quidem Praefecti Praet. per Gallias meminit Marcellinus in lib. XXVII. c. 3. [In Ms. Colb. scriptum *Fiventii.*] VALES. Vid. Corsini p. 237. et 249. W.

Urgentes] accusatores. W.

Ut autem aiebat ille ad imbecillitatem firmandam fluentium.] Haec verba absunt ab exemplari Regio et Vat. et Editione Augustana: sic enim in illa legitur, *urgentes, et cavillorum;* in Regio

Regio vero et Vaticano exemplari, *urguentes, ut capillorum;* [in Colb. *urgentes: ut capillorum.*] VALES.

Ad imbecillitatem firmandam fluentium capillorum] Medicorum dictio est: hi enim *capillos fluere* aiunt, cum cadunt. Corn. Celf. lib. VI. c. 1. *De capillis loquor, qui post morbum fere fluunt.* Et *fluor capillorum,* Serenus Sammonicus; ut Graeci, ἡ ῥύσις τῶν τριχῶν. Alex. Trall. lib. I. c. 2. Non de nihilo est autem, quod afinum interfectum ait in remedium fluentium capillorum. Nam et Marcellinus Empir. cap. 6. obfervavit, capillos nafci, fi lichenem afini quis terat, et pulverem illum ex oleo vetere imponat. LINDENBR. Reinefius orae exemplaris fui cum plura adfcripfiffet afinina contra varios morbos remedia e Plinio 28, 11. 29, 6. Sexto de medicina ex animal. c. 15. tandem addit, non opus fuiffe afinos ideo occidere, quibus vivis et fine noxa refecari lichen poffit. W.

13. *Merobaude*] cf. Zofim. IV, 1. W.

Acincum] De quo notat quaedam Th. Reinefius lib. II. Var. Lect. cap. 15. GRON.

Acincum] in vicinia urbis, quam nunc vocamus *Ofen,* Mannerti German. p. 744. Cf. etiam Weffeling. ad Itiner. p. 243. Non debet confundi cum *Aciminco* 19, 11. *Contabulato ponte* 24, 7. — *Augusta* Imperatoris *figna.* Sic declaratio augusta 20, 5. W.

14. **Praeter Sabariam.*] Haec urbs hodie *Sarvar* appellatur, et fita eft ad confluentem Guntii et Arrabonis, ut cenfet Cluverius in Defcriptione Norici. Ea Pannoniae civitas Martinum Turonicum Epifcopum tulit.* VALES.

Sabariam (Stein am Anger, Mannert l. c. p. 762.) Cf. Weffeling p. 232. et 262. W.

15. *Unde hoc* caftra nempe hiberna, paullifper *fequeftrato,* omiffo, dilato. — *Bregitionem,* ad vicum *Szoeny* haud procul ab urbe *Comorn,* Mannert p. 742. Conf. Wefieling p. 246. et 265. — *Prodigiis ingerentibus* fc. fe, nifi malis *ingruentibus.* W.

16. *Ruinas fortunarum celfarum*] mortes principum. — *Crinita fidera cometarum* ultimum poterat abeffe. *Supra docuimus* XXV, 10. *Contemplabili* (active, ut fit illa aetate, fumta voce) *dextera* quamquam manum oculosque follerter componerent atque dirigerent, uno verbo *perita, artifice* manu. Cf. inprimis locum huic noftro geminum 23, 4. W.

17. *Omen colligeret*] caperet. W.

Lapfam forem ferratam.] Cataractam intelligit, de qua dixi ad lib. XXI. Livius in lib. XXVII. c. 28. *Porta cataracta deiecta claufa erat, etc.* Euftathius in ult. Iliad. καταῤῥάκτην ait effe πύλην ἐνδόμυχον, συντελοῦσαν εἰς πολιορκίαν. VALES.

18. *Lux ereptura cum vita*] quidni *ei vitam?* — *Aeftimari dabatur,* fic intelligi datur 21, 14. opinari 26, 10. cet. W.

Aeftimari dabatur fortunam eius effe] Ut Genium, fic et Fortunam unicuique fuam veteres tribuebant: unde Alex. Magnus dicere folitus, *fe nihil praeter Fortunam fuam metuere.* *Curt. lib. 5. pag. 20. Et de Fabio Seneca lib. de Ira cap. XI. *Habuit in confilio Fortunam publicam.* Nam urbibus Genium Fortunamque fuam attribuebant, ut fupr. lib. XX. notatum cap. V. quam et Darium in confilio habuiffe conqueritur, cum morbo correptus

ſuperbas eius litteras accepiſſet. Curtius lib. 3. c. 5, 12. Bene Euctemon apud eumdem lib. 5. c. 5, 12. *Suam quisque Fortunam in conſilio habet, cum de aliena deliberat.** Velut icunculam boni ominis cauſa ſecum Impp. in cubiculo habebant, eamque, cum fatalem horam inſtare ſentirent, ad ſucceſſorem transmittebant. Spartianus in Severo, Capitolinus in Antonino c. 12. Hanc ergo ſub imagine coniugis triſtem et habitu lugubri velut diſcedentem cum vidiſſet, abitum e vita denotari exiſtimatum fuit: neque ſecius evenit. LINDENBR. Cf. ipſum Noſtrum XIV, 10. XXI, 14. W.

19. *Stratoris militis.*] Stratores erant milites, qui Imperatorem in equum allevabant erantque ſub diſpoſitione Tribuni Stabuli, ut ex hoc loco apparet. Hi equos a provincialibus oblatos inſpiciebant, ac probabant, quemadmodum docet Marcellinus in lib. 29. c. 3. et lex unica in Cod. Theod. de Stratoribus. HENR. VALES. [Ibid. in Mſ. Colb. ſcriptum, *praeter artorem erigens:* ubi legendum puto, *praeter Stratorem*, id eſt ante Stratorem.] HADR. VALES.

Iuſſit abſcidi.] Poſitum pro *abſcindi.* Sed cum in omnibus codicibus ita ſcriptum reperiſſem, mutare religio fuit: praeſertim cum apud Arnobium in fine lib. 6. et Paulinum in Epiſt. 5. et 6. eodem modo ſcriptum ſit id verbum. VALES.

Cruciabiliter] 26, 6. W.

CAPVT VI.

1. *Tirocinium*] tirones Romanae iuventuti miſcendos, uti eſt infra 31, 10. cf. Caſaubonus ad Scr. H. A. Probo c. 14. W.

2. *Equitio introducente.*] Sic Gelenius excudi iuſſit, contra ſcriptorum codicum auctoritatem. Nam in Regio quidem [et Colb.] exemplari legitur *Equitio vadente:* in Mſ. autem Flor. *et Toloſ.* perinde atque in Aug. Editione inverſo verborum ordine, *Equitio in Conſiſtorium vadente ſunt intromiſſi.* Proinde non dubito quin aut, *Equitio vadente*, ſcribendum ſit, ut in Mſſ. aut ſane, *Equitio ſuadente.* VALES. *Vadente* probum eſt. W.

Aequitio] magiſtro admiſſionum 31, 12. W.

Membris incurvatis cet.] cf. omnino Zoſim. 4, 17. W.

Praeſtricti] Wakefield. ad Lucret. V, 1222. legendum putat *perſtricti.* ERF.

Extimos latrones] in ultimis terrae ſuae finibus habitantes. *amnique* Danubio *conſines. Munimentum* V. 29, 6. W.

3. *Imperator ira vehementi perculſus* cet.] Gibbonus VI, 264. nimis acerbe Ammianum dicit in hac Valentiniani morte deſcribenda ad delirium usque eloquentem fuiſſe. cf. Zoſimum IV, 17. Aur. Victorem Epit. qui in quibusdam variant. — *Sonu.* Declin. 4. cf. 20, 4. ubi Genit. *ſonus.* W.

[Et ad molliora] Haec uncis incluſa deerant in Colbertino. Vid. Hadr. Valeſii Praef. p. LXI. W.

Tamquam ictus e caelo, vitalique via voceque] Ita Mſ. et recte, prae illo quod vulgo legitur, *ictus telo vitalia voceque.*

De morte autem eius ſic Hieronymus Epiſt. ad Heliodor. *Valentinianus vaſtato genitali ſolo, et inultam patriam derelinquens, vomitu ſanguinis exſtinctus eſt.* LINDENBR. Conf. Salmaſ. ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. I. p. 346. W.

Ictus e coelo] Haec ſcriptura correctorem ſapere videtur Wakefieldio ad Lucret. III, 171. Praefert igitur *ictus telo.* ERF.

Suffectus] Erneſti ſ. h. v. mavult *ſuffocatus.* W.

Et repente cohibito ſanguine.] In Mſſ. Flor. Vat. et Regio legitur, *ecrepene cubito ſanguine:* [in Colbert. *egre pene cubito ſanguine.*] At Mariang. Accurſius ſic edidit, *erumpente ſubito ſanguine*, quod non diſplicet. Nam ut ait Hieronymus in Epiſt. ad Praeſidium Diaconum: *Nuper Valentinianus Imp. cum adverſus Sarmatas quinque propter Illyrici vaſtationem in Conſiſtorio ſaevus infremeret, et totius gentis excidium rigidus minaretur, ſanguine erumpente diſcrepuit.* Et in Epiſt. ad Heliodorum idem Hieronymus Valentinianum vomitu ſanguinis interiſſe dicit. Cui ſubſcribit Socrates in lib 4. cap. 26. et ex eo Sozomenus in lib. 6. cap. 36. At Victor in Epitome c. 45. impetu ſanguinis voce interclusa, ſenſu integrum exſpiraſſe tradit: cui aſſentitur Zoſimus in lib. 4. c. 17. et vetus Auctor apud Suidam in λείας. VALESIUS. Agnoſco varietatem narrationum de morte huius Imperatoris, quas quidem nihil moror Ammiano intentus, a quo patet undiquaque negari emiſſionem ſanguinis foras contigiſſe vel ob nullam pavimenti partem cruore infectam, ut reor, Ammiano additurо, ſi contigiſſet; vel ob ſudorem talem, vel ob venas in vacuum reſectas. Quae ipſa debuerant deterrere correctores, ne hic erumpentem ſanguinem fingerent contra tot συμπτώματα eum refellentia; immo magis etiam ſanctitas ſcripturae antiquae. Porro ſi totam iuncturam narrationis relegas, non poſſe copulativam abeſſe patet luce clarius, ut vel iſtud *erumpente* donari Accurſio ſine damno noſtro queat. Ut igitur commodiſſime inſtaurem, accipio quod veteres literae mihi propinant *aegreque ceu coalito ſanguine.* GRONOV. Wakefield. ad Lucret. III, 694. ſcribendum ſuſpicatur *et repente ſubito ſanguine*, i. e. ſanguine ſtatim per vomitum ſubeunte vel ſurgente et irruente. ERF.

[*Ne laberetur ſpectantibus exſulibus, conc. etc.*] Qui ſint iſti exſules, nemo facile dixerit. At in codice Colbert. lego, *ſpectantibus et vilibus:* quomodo et in Lugdunenſi Editione Gryphii ſcriptum reperitur. Optime: ut intelligatur ad ſpectandum Imperatorem cuiusvis conditionis homines, et humiles etiam vileſque perſonas concurriſſe: quales tum a Principe removere Cubiculariis ac miniſtris vitae ſecretioris minime vacabat.] HADR. VALES.

5. *Meatus aliqui, quos haemorrhoidas nunc appellamus*] Vid. Galenus in Def. Medic. Celſus lib. 2. cap. 1. Pollux lib. IV. cap. 25. LINDENBR.

Quos haemorrhoidas.] Quos hic meatus intelligat Marcellinus, difficile eſt dicere: haemorrhoïdes autem quid ſint hoc in loco, adhuc difficilius. Medici enim haemorrhoïdas vocant ora venarum quae in ſede ſunt, et ſanguinis ex iis effuſionem. At id prorſus alienum eſt ab hoc loco quem prae manibus habemus. Itaque ſupereſt, ut dicamus, aut Scriptorem noſtrum ea dixiſſe quae non ſatis intelligeret, aut haemorrhoïdas communiter dici ora venarum omnium, ut apud Sophoclem Philoct. 825. φλὲψ αἱμοῤ-

ῥοῖς. (imo αἱμοῤῥαγής. W.) Idque firmat Ariſtoteles in lib. 5. de Natura animalium, et in lib. 3. de Partibus animalium, ubi haemorrhoïdas, id eſt ſanguinis effluxum, non ex ſede tantum, ſed e naribus etiam et gingivis cieri docet. Ceterum hic locus in Regio et Vatic. codice, [et Colbert.] *ac Toloſ.* ſic legebatur: *Meatus aliqui quas heroïdas nunc appellamus, obſeratae ſunt gelidis frigoribus concruſtatae:* et ita quoque in Editione Aug. excuſus eſt, niſi quod *haemorroïdas* in illa legitur. *Intelligere autem videtur Marcellinus τὴν τοῦ αἵματος σύμπηξιν, quae ex nimio frigore accidere ſolet, ut ait Xenophon in libro v. de Expeditione Cyri, pag. 368.* VALES.

6. *Aetatis quinquageſimo anno et quinto.*] Conſentit quidem Victoris Epitome c. 45. ſed Zonaras annos ei tribuit LXXXIV. menſes XI. Socrates vero cum Sozomeno LIV. et ita Zonarae codices emendandos puto. VALES.

Imperii, minus centum dies, ſecundo et decimo.] Exacta computatio eſt. Valentinianus enim Auguſtus erat nuncupatus anno Natalis Dominici 364. die v. Cal. Martias. Idem anno Dom. 375. diem functus eſt xv. Cal. Decembres in caſtello Bregetione, ut recte ſcribit Idatius in Faſtis. [Bregetio nunc *Graan* vulgo dicitur.] VALES.

CAPVT VII.

2. *Cibalas Pannoniae oppidum*] non procul a vico Mikanofzi, Mannert. German. p. 770. Cf. etiam Weſſeling. ad Itiner. p. 131. W.

A pueritia prima Funarius.] *Aurel. Victor Epit. c. 45.* P. Diacon. lib. XI. LINDENBR.

Mala cohaerenter laeva manu retinenti] Plinius lib. VII. cap. 20. *Crotoniatem Milonem athletam, cum conſtitiſſet, nemo veſtigio educebat, malum tenenti nemo digitum corrigebat.* Ab amalia tamen ſuperatum Aelianus ſcribit, Variar. lib. 2. cap. 24. Μίλωνος τούτου τὴν ῥοιὰν, ἣν ἐν τῇ χειρὶ κατεῖχεν, οὐδεὶς τῶν ἀντιπάλων ἑλεῖν ἐδύνατο. ἡ δὲ ἐρωμένη αὐτοῦ ῥᾷστα αὐτὴν ἐξῄρει, φιλονεικοῦσα πρὸς αὐτὸν πολλάκις. *De morte Milonis vide Gell. lib. 15. cap. 16.* Vide etiam Philoſtratum de Vita Apoll. lib. IV. c. 9. VALES.

3. *Peritiam militum more luctandi.*] Luctatio militaris minus accurata quidem, et minus erudita fuit quam palaeſtrica: ſimplicior tamen et fortior. De qua vide Capitolinum in Maximino c. 6. et Iordanem in Geticis. VALES.

Britannum rexit exercitum.] Victor in Epitome c. 45. Gratianum ſeniorem ad Praefecturae Praetor. culmen perveniſſe commemorat: cui tamen minime credo: neque enim id Marcellinus hoc in loco praeteriiſſet. Adde quod Praefectura Praet. hominibus militaribus deferri eo tempore vix ſolebat. VALES.

4. *Germanitate concordi*] Cum in MſſT. Flor. et Regio, *ac Toloſ.* et in Editione Aug. legatur, *germanitate ita concordia;* coniicere facile eſt, ſic a Marcellino ſcriptum fuiſſe, *germanitate et concordia ſibi iunctiſſimum.* HENR. VALES. [Diſerte ſcriptum

legi in codice Colbert. *ut germanitate, ita concordia ſibi iunctiſſimum:* quae vera eſt lectio et indubitabilis.] HADR. VALES.

6. *Exercitus auxit valido ſupplemento.*] Praecipue iuventutis Gallicanae et Germanorum tirociniis, ut Zoſimus tradit in lib. 4. c. 12. VALES.

Latere — ſe proripiens] Graeciſſat Ammianus, ut XXVII, 12, 7. *lateant id tentantes*, ubi vide. W.

Ad noſtra ſe proripiens.] In exemplari Regio [et Colbert.] *ac Toloſ.* et Aug. Editione legitur, *ad noſtra ſaepe proripiens.* non male. *Proripiens* autem pro *prorepens* ponitur, per κατάχρησιν ſive abuſum et corruptionem ſermonis illius ſaeculi. VALES.

7. *Correxit*] κατώρθωσεν. Vid. ad XVII, 13, 26. W.

Vithigabium — clam confodit] Cf. XXVII, 10. ubi etiam pugna ad *Solicinium* (Schwetzingen) narratur. — *Tenebris amandaſſet* abſcondidiſſet. Cf. 27, 10. W.

8. *Saxonas*] Vide XXVIII, 5. W.

9. *Britannos*] XXVII, 8. W.

10. *Valentinum Pannonium*] XXVIII, 3. — *Africam — discriminibus magnis exemit* XXIX, 5. W.

Ad omnes diſſenſionum motus perflabiles gent. Mauricas.] Vanitatem et perfidiam genti Maurorum inſitam longe antea notaverat Salluſtius in Hiſtoriis. Tertullianus enim in lib. de Anima ſcribit: *Salluſtius vanos Mauros, et feroces Dalmatas pulſat.* Vani enim proprie ſunt homines leves, infidi, inconſtantes, quos Graeci κούφους vocant, ut docet Agellius in lib. 18. c. 4. Iordanes quoque in Geticis infidelitatem Maurorum ſuggillat, *et Prudentius in Apotheoſi adverſus Iudaeos. Per *gentes* autem *Mauricas* intelligit Marcellinus non provinciales Mauros, ſed barbaros, qui trans limitem habitabant in varias nationes diviſi; de quibus vide librum* XXIX. c. 5. Spartianus in Hadriano c. 5. *gentes Mauras* vocat, ut et Mamertinus in Genethliaco. Incertus auctor Panegyrici Maximiano et Conſtantino dicti, *ferociſſimos Mauritaniae populos, inacceſſis montium iugis et naturali munitione fidentes* appellat. Sic *Mauri* ſumuntur a noſtro Marcellino ſaepe, ut in libro XXII. c. 7. et a veteribus non raro. Itaque erravit Pacatus in Panegyrico, quum de Theodoſii patris victoriis loquens ſic ait, *Compulſus in ſolitudines avias omnis Alamannus, et uterque Maurus occurrent.* Confundit enim barbaros Mauros, qui a Theodoſio Magiſtro Militiae victi ſunt, cum provincialibus Mauris. Iuvenalis in Satira XIV, 196. quum ait, *Dirue Maurorum attegias*, et alibi (XI, 125.) quum ſcribit, *Et Mauri celeres, et Mauro obſcurior Indus;* de his Mauris barbaris loqui voluit.* VALES.

11. *Ut induſtria magna tentarat*] XXIX, 4. W.

CAPUT VIII.

1. *Bene merita narraturi.*] Sic Gelenius edidit ex coniectura. Verumtamen cum in codice Regio, *Toloſ.* [et Colbert.] et in Editione Auguſtana legatur, *praeterita narraturi;* videndum eſt

ne forte ita ſcriptum reliquerit Marcellinus, *praecipua narraturi.* HENR. VALES. Id quod Hadrianus tanti putavit, ut ipſi contextui inſereret. quum Henricus verecundior retinuiſſet Gelenianum. Mutationem vero hanc ſumpſit, ut opinor, ex his praecedentis capitis verbis, *inter probra medium et praecipua:* quibus ſimilia uſurpat auctor lib. XXI. cap. 16 poſt Conſtantii mortem: *Bonorum igitur vitiorumque eius differentia vere ſervata, praecipua prima conveniet expediri.* Ubi videmus, poſtquam iunctim praemiſit utraque, ex iis tunc bona (et dicit quoque *bona et vitia* in laudatione Ioviani lib. XXV. cap. 10. et Valentis XXXI. 14.) appellari *praecipua.* Id hoc loco quidem non fit. Quae quidem quum in Conſtantio indicet prima convenire expediri, nunc velut diſcedens ab iudicio ſuo praecipua poſtponet. Iam quae ſimilitudo inter *praeterita* et *praecipua?* niſi in capite et calce, quum plurima etiam in medio ſarta teneat Gelenius, quem ſimul et MSſtos ut adiuvem, cenſeo ſcripſiſſe *et pia et recta narraturi.* Cicero lib. I. de Orat. c. 25. *Adeſt enim fere nemo, quin acutius atque acrius vitia in dicente, quam recta videat.* GRON. MS. *praetemerita,* quae duplex videtur eſſe lectio in unam confuſa. Scripſerim itaque *merita.* ERF.

3. *Interdum ſecerint ſaeviſſimi.*] In MSſ. Regio, *et Toloſ.* [ac Colbert.] et in Editione Aug. ſcriptum inveni, *fecere ſaeviſſimi:* quam ſcripturam veriorem eſſe vel ipſe clauſulae numerus ac modus evincit. At Gelenius hanc loquendi formam vitioſam putavit et barbaram: cur ita? Nam Terentius, bonus inprimis Latinitatis Auctor, ſic locutus eſt in Hecyra IV, 1, 52.

> *Nam ut hic laturus hoc eſt, ſi ipſam rem ut ſiet reſciverit,*
> *Non aedepol clam me eſt: cum hoc quod levius eſt, tam*
> *animo iracundo tulit.*

Et Marcellinus quoque noſter alibi ſic locutus eſt, ut in principio lib. XXI. Sed interdum Caſtellus ac Gelenius eam ſcripturam interpolaverunt. VALES.

4. *Artaxerxes Perſarum ille Rex.*] Plutarchus in Apophtheg. p. 173. D. Ἀρταξέρξης ὁ Ξέρξου, ὁ Μακρόχειρ προσαγορευθεὶς, διὰ τὸ τὴν ἑτέραν χεῖρα μακροτέραν ἔχειν, πρῶτος τοῖς ἁμαρτάνουσι τῶν ἡγεμονικῶν τιμωρίαν ἔταξεν, ἀντὶ τοῦ τὸ σῶμα μαστιγοῦν, μαστιγοῦσθαι μὲν ἀποδυσαμένων τὰ ἱμάτια, καὶ ἀντὶ τοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτίλλεσθαι τὴν τιάραν ἀποτέμνων. Simile quiddam de Gallieno narrant: *Cum quidam gemmas vitreas pro veris vendidiſſet eius uxori, atque illa re prodita vindicari vellet, ſurrigi quaſi ad leonem venditorem iuſſit; deinde e cavea caponem emitti: mirantibusque cunctis rem ridiculam, per curionem dici iuſſit,* IMPOSTURAM FECIT ET PASSUS EST. Trebellius Poll. in Gall. c. 13. LINDENBR.

Ad vicem capitum] pro capitibus, XV, 10. XXVII, 3. — *Ne ſecaret aures more regio pro delictis.* De hoc ſupplicii genere, quod λώβη dicebatur, conferri poteſt Crenius Animadv. Philol. hiſt. T. IX. p. 167. W.

5. *Papirius Curſor.*] Aurel. Victor de Viris illuſtr. c. 31. *Cum Praeneſtinum Praetorem graviſſime increpuiſſet, Expedi, inquit, lictor ſecures. Et cum eum metu mortis attonitum vidiſſet, incommodam ambulantibus radicem exſcindi iuſſit.* Vide Liv. lib. IX. c. 16. Plin. lib. XVII. cap. XI. LINDENBR.

Ut qui bella diuturna per ſe ſuperavit et gravia.] Totam hanc περικοπὴν auctori ſuo reſtituimus, ex auctoritate Regii *Toloſanique* codicis, et Editionis Auguſtanae. Sic enim in iis legitur, *non ideo contemptus vis bella diuturna parum ſuperavit, et gra . . . . . . ſolus, etc.* Hoc tantum licentiae nobis ſumpſimus, ut ex coniectura emendaremus, *per ſe ſuperavit:* quemadmodum loquitur Marcellinus noſter in lib. XVI. HENR. VALES. [In codice Colbert. legitur, *non ideo contemptus ius bella diuturna parum ſuperavit et gra . . . . lius, etc.*] HADR. VALES. Haec egregia concordia librorum veterum in verbis *contemptus vis* vel *ius bella* ſatis plane indicat, ſi pro eis reponatur *contemptus ut qui bella,* non reſtitutionem aut emendationem vocari oportere, ſed quodlibet aliud licentiae genus. Lege: *abſolvit: non ideo contemptus ſuis bella diuturna patrum ſuperavit etc.* Hoc miror non aſſecutum alterutrum ex doctiſſimis fratribus, quum plane idem reſtituerint lib. XXVIII. cap. 5. in fine. GRON.

Ad reſiſtendum aptus Alexandro Magno, ſi calcaſſet Italiam.] Exſtat hac de re elegans et gravis tractatio T. Livii lib. IX. c. 17. contra quam contrariis argumentis accurate diſputat V. Cl. Paulus Paruta Nob. Venetus Diſcurſ. Politicor. lib. I. tit. 2. Utrorumque rationes acutae ſunt, et dignae quae perpendantur. LINDENBR.

6. *Iſocratis memorat pulchritudo.*] Locus Iſocratis eſt in Oratione Panathenaica c. 75. ubi de pugnis Lacedaemoniorum iniuſtis diſſerit: θαυμάζω δ', εἴ τινες τὰς μάχας καὶ τὰς νίκας τὰς παρὰ τὸ δίκαιον γενομένας, μὴ νομίζουσιν αἰσχίους εἶναι καὶ πλειόνων ὀνειδῶν μεστὰς, ἢ τὰς ἥττας τὰς ἄνευ κακίας συμβαινούσας. *Miror autem, ſi qui ſunt, qui proelia ac victorias praeter ius et aequum partas non turpiores eſſe, et pluribus probris ſcatere cenſeant, quam clades ſine ignavia acceptas.* VALES.

Iſocratis pulchritudo] Sic *amplitudo Platonis* ſupra c. 4. *Quam ignoranti* pro magis quam ignoranti. W.

7. *Honore multis.*] Rectius, *honori multis.* LINDENBR.

8. *Quam quidam praetendentes Imp. Aurelianum.*] Sic plane Hieronymus in Chronico: *Valentinianus,* ait, *egregius Imp. et Aureliano moribus ſimilis, niſi quod ſeveritatem eius nimiam et parcitatem, quidam crudelitatem et avaritiam interpretabantur.* Quae Hieronymi verba mutuatus eſt Iordanes in lib. de Succeſſione Regnorum. Sed et Graeci fere omnes Valentinianum hunc laudibus extollunt, ut videre eſt in Excerptis Iohannis Antiocheni quae nuper edidimus, et in Hiſtoriis Zonarae atque Cedreni. Sed Valentiniani ingenium quod fuerit, patet ex hoc Auſonii loco in Gratiarum actione ad Gratianum eius filium initio §. 3. *Non palatium, quod tu cum terribile acceperis, amabile praeſtitiſti; non forum et baſilica, olim negotiis plena, nunc votis; non Curia honorificis modo laeta decretis, olim ſollicitis maeſta querimoniis.* Ubi querimoniae intelliguntur eae, quas habes in lib. XXVIII. Denique Symmachus in lib. X. Epiſt. 27. ad Valentinianum eiusdem filium, eum diligentiſſimum ac ſerium Imp. nominat. *Idem tamen Auſonius in eadem Gratiarum actione ſub finem §. 72. eam Valentiniani ſeveritatem neceſſitati temporum tribuit. Sic enim ait: *Tu Valentiniano genitus, cuius alta bonitas, praeſens comitas, temperata ſeveritas fuit. Parto*

*et condito optime Reip. ſtatu, intelligis poſſe te eſſe leniſſimum ſine diſpendio diſciplinae.** VALES.

Imperatorem Aurelianum purgare tentabant] Iordanes quoque cum Aureliano Valentinianum comparat: *Egregius, et Aureliano ſimilis moribus, niſi quod ſeveritatem nimiam et parcitatem, quidam crudelitatem et avaritiam cauſabantur.* LINDENBR.

Poſt procinctus Parthici clades magnitudine indigens impenſarum] Zoſimus IV, 16. ἐποιεῖτο δὲ τούτου πρόφασιν τῆς στρατιωτικῆς δαπάνης τὸ πλῆθος, ὅπερ ἠνάγκασεν αὐτὸν ἐκδαπανῆσαι τὰ τῷ δημοσίῳ φυλαττόμενα χρήματα. W.

Themiſtoclis illius diſſimilis.] Plutarchus de Civil. inſtit. LINDENBR

[*Tolle haec tu, qui Themiſtocles non es.*] Ita vulgatae Editiones omnes aut ſaltem pleraeque exhibent. At in codice Colbert. ita ſcriptum reperio: *Tolle, inquit, haec ad comitum quemdam prope adſtantem, vere quia Themiſtocles non es.* Id eſt, quia vere Themiſt. non es et generoſius auri contemptor. Haec haud dubie vera ſcriptura eſt, quam ideo vulgatae ſubſtitui.] HADR. VALES.

9. *Cum proſcriptorum locupletes domus.*] Valerius Maximus in lib. 4. cap. 3. idem ſic narrat: *In illa quoque procella, quam C. Marius et L. Cinna Reip. inflixerunt, abſtinentia populi Rom. mirifica conſpecta eſt. Nam cum a ſe proſcriptorum penates vulgi manibus diripiendos obieciſſent: inveniri potuit nemo, qui e civili luctu praedam peteret, quae quidem tam miſericors plebis continentia tacitum crudelium victorum convicium fuit.* At non eadem moderatione geſſit ſe populus Rom. in proſcriptione Syllana. Plures enim tum reperti ſunt, qui ſectionem proſcriptorum emerent, ut refert in Sylla Plutarchus et in Craſſo, *ac Velleius II, 28.* Triumvirali autem proſcriptione pauci fuere, qui ad ſectionem accederent, teſte Appiano in lib. 4. Affine huic exemplum Italorum refert Tacitus in 3. Hiſt. c. 34. qui capta Cremona, cum cives a militibus venderentur, talium mancipiorum emptionem aſpernati ſunt. HENR. VALES.

10. *Invidia praeter haec.*] Zoſimus Lib. IV. c. 16. de Valentiniano: τοῖς τε ἐκ τοῦ ζῆν ἀμέμπτως ἔχουσι δόξαν ἐφθόνει. HENR. VALES.

Pleraque vitiorum imitari virtutes.] *Senec. Epiſt. 45. *Vitia nobis ſub virtutum nomine obrepunt. Temeritas ſub titulo fortitudinis latet. Moderatio vocatur ignavia: pro cauto timidus accipitur.* Idem Epiſt. 120. *Virtutibus vitia confinia; et perditis quoque ac turpibus recti ſimilitudo eſt. Sic mentitur prodigus liberalem: cum plurimum interſit, utrum quis dare ſciat, an ſervare neſciat.** Quintil. lib. 8. cap. 3. *Vicina virtutibus vitia, etiam qui vitiis utuntur, virtutis tamen his nomen imponunt.* Iuvenalis Satyr. 14. v. 109.

Fallit enim vitium ſpecie virtutis et umbra.

Gregor. Pap. lib. I. Epiſt. 25. *Saepe namque vitia virtutes ſe eſſe mentiuntur.* D. Hieron. ad Demetriad. *Cl. Marius Victor Orator Maſſil. de corruptis ſuae aetatis moribus:

Nil ſanctum eſt nobis, niſi quaeſtus; et illud honeſtum eſt,
Utile quod fuerit: vitiisque vocabula recti
Indimus, et parci cognomen ſumit avarus.

Theodulfus Episc. Aurelianens. in Paraenesi ad Iudices pag. 17.

Saepe latet vitii virtutis imagine pestis,
Et magis inde nocet, quo minus illa patet. * LINDENBR.

Livorem virtutum rectae pot. invidiam esse sociam.] Sic Gelenius edidit absque sensu. Sed cum in Mss. Flor. et Regio, [Colbert.] *et Tolos * sic legi animadvertissem, *livorem severitatem rectae potestatis esse invidiam sociam:* non dubitavi quin emendandum esset hoc modo, *memorabat assidue severitatem rectae potestatis esse individuam sociam.* Accurlius quidem ediderat, *livorem severitatis, etc.* Sed procul dubio expungenda vox illa est, quam nescio quis addiderat, ut cum praecedenti periodo haec cohaereret. Verum quis nescit Marcellinum haec Impp. elogia nullo plerumque ordine contexere? Porro hoc Valentiniani dictum refert etiam Zonaras: *οὗτος καὶ τὴν ἰσχὺν γενναιότατος καὶ τὴν γνώμην ἦν δικαιότατος. διὸ καὶ τὰς ἀρχὰς τότε μετιόντων πολλοὺς ὡς ἀδικοῦντας ἐτιμωρήσατο, τὸν κρατοῦντα λέγων ἀπαιτεῖσθαι πρὸ τῶν ἄλλων δικαιοσύνην. Hic fortissimus idemque iustissimus fuit. Itaque multos qui Magistratus gerebant, tamquam iniuste agentes supplicio affecit, cum diceret ab Imperatore iustitiam prae omnibus requiri.* VALESIUS. Ita quidem statuere facilis et levissima res est; sed approbare aliis et in eadem sententia confirmare lectorem satis erit operosum. Ubi autem in superioribus occurrit tale exemplum, ut omnes similiter Mssti consentiant in aliquam vocem, quae nihil nisi hanc pronunciationem meruit *Proculdubio expungenda vox illa est, quam nescio quis addiderat?* Quomodo autem ideo cum praecedenti periodo cohaeret, si habeatur *livorem severitatem,* quum ita sensus omnis turbetur, et prorsus nihili sit? Idcirco adiuvandos opinans codices veteres et ab vitio leni, quod inolevit, liberandos, reponebam *memorabat assidue, rigorem, severitatem rectae potestatis esse individuam sociam.* GRON.

[*Utque sunt dignitatum apices maximi licere sibi cuncta existimantes, et ad suggillandum contrarios exturbandosque meliores pronius inclinati.*] Itane Principes eos qui ipsis contradicere audent, aut adulari nolunt, pulsare et suggillare solent? Imperatoribus et Regibus indecorum atque adeo insolitum est non inimicos modo, sed etiam hostes ipsos caedere, cum manus a famulis quoque suis continere consueverint. Sic tamen Editiones Ammiani omnes praeferunt. At in codice Colbertino reperio diserte scriptum, *et ad supplicandum contrarias exturbandosque meliores pronius inclinati.* Quae indubitata est scriptura, mutata littera *a* in *o*, et corrigendo *contrarios*. *Supplicare* heic sumit Ammianus pro supplices reddere, humiliores infirmioresque redigere, sibi subiicere atque summittere adversantes.] HADR. VALES.

Quo vitio exarsisse Principem legimus Hadrianum.] Spartianus in Hadriano c. 15. *Quamvis esset oratione et versu promptissimus, et in omnibus artibus peritissimus; tamen professores omnium artium semper ut doctior risit, contempsit, obtrivit, etc.* LINDENBR. Cf. Tillemont. T. II. P. 2. p. 390. W.

11. *Maculosos tales appellans et sordidos.*] Eadem metaphora Ambrosius in Epist. 6. dixit maculosum pro ignavo: *Quaeramus nobis viam inaccessam sermonibus insolentium, inviam sermonibus imperitorum, quam nullus maculosus deterat, maculosus scilicet ignaviae suae sordibus.* VALES.

Inattente formidans.] In codice Regio [et Colbert.] scriptum reperi, *imamenta formidans*, perinde ac in Ms. Flor. exstare monuit Lindenbrogius. In Editione Aug. legitur, *imaginimenta formidans*, ex imaginatione, sic enim loqui liceat, Accursii. Sed arridet omnino coniectura Lindenbrogii, *ima mente formidans*. VALES.

12. *Fieri motus quosdam.*] Legendum esse arbitror, *cieri motus, etc.* sic superiore linea pro, *cum eum ex incidentibus, etc.* in Mss. legebatur, *fumium ex incid.* eodem errore. VALES.

13. *Lycurgos et Cassios*] Vide notata ad XXVI, 10. W.

CAPVT IX.

1. *Potiorum ducum flagitia progredi sinebat.*] Vide supra c. 5. §. 3. sed et Zosimus IV, 16. id confirmat: καὶ οὔτε τοὺς ἄρχοντας ἤθελεν ἐξετάζειν. VALES.

3. *Nec imperante eo provinciam nummularius rexit.*] Suetonius in Domitiano capite VIII. *Nummarios iudices cum suo quemque consilio notavit.* Seneca in Lusu: *Designatus Consul nummulariolus.* Idem de Beneficiis libri I. capite 9. *Nummarium tribunal.* * LINDENBR. Cf. Reitemeier ad Zosim. IV, 28, 5. p. 592. et Merillii Obss. p. 31. W.

4. *Venuste pingens et fingens et novorum inventor armorum*] De Valentiniano etiam Aurelius Victor Epit. c. 45. *Pingere venustissime — fingere cero seu limo simulacra, nova arma meditari.* Perperam Nostri locum intellexit *Comes Caylus (Abhandlungen zur Geschichte u. zur Kunst* B. 1. Abhandl. IV. von Fürsten welche die Künste getrieben haben) impugnatus ideo a V. D. in *Neue Bibl. d. schönen Wissenschaften* B. 7. p. 101. W.

5. *Inter religionum diversitates medius stetit, nec quemquam inquietavit, etc.*] De hac ἐθελοθρησκείᾳ sive religionis libertate plures inter initia imperii a se promulgatas fuisse leges, ipsius Imp. Valentinianus, in Constitutione de Haruspicibus non molestiandis, ait. *Testes sunt leges a me in exordio imperii mei datae, quibus unicuique quod animo imbibisset, colendi libera facultas tributa est.* L. 9. C. Theod. de malef. et mathem. * Vide Socratem Histor. Eccles. lib. 4. cap. 1. Etiam ante Valentinianum Iulianus et Iovianus Impp. et post eos Valens libertatem religionis concesserunt. Socrates lib. 3. cap. 21. lib. 4. cap. 27. Themist. Orat. Consulari ad Iovianum pag. 144. et ad Valentem Imp. quam Latine tantum ab Andr. Duditio V. Cl. habemus. * LINDENBR.

Inter religionum diversitates medius stetit.] Valentinianus in exordiis principatus cum maleficorum artes abolere vellet, lege lata prohibuerat, ne sacra nocturna celebrarentur: quae lex relata est in Codice Theod. in tit. de maleficiis cap. 7. Sed cum Praetextatus Proconsul Achaiae Valentinianum libere monuisset, ea lege vitam propemodum Graecis omnibus, id est Paganis adimi, si mysteriorum castissimi ritus funditus tollerentur; Valentinianus sacra more maiorum a Graecis celebrari permisit, ut scribit Zosimus in lib. 4. principio. Quae lex hodie quidem non exstat: sed eius

mentio fit in lege 9. Cod. Theod. de maleficis. Sic enim Imp. Valentinianus fcribit ad Senatum: *Harufpicinam ego nullum cum maleficiorum caufis habere confortium iudico: neque ipfam, aut aliam praeterea conceffam a maioribus religionem genus effe arbitror criminis. Teftes funt leges a me in exordio imperii mei datae, quibus unicuique quod animo imbibiffet colendi libera facultas tributa eft, etc.* De Valentiniano idem teftatur Symmachus in Epift. 54. lib. x. et S. Ambrofius in Orat. de obitu Valentiniani, et in Epift. 30. ad Valentinianum de ara Victoriae, *ac Socrates in libro IV. Hift. Ecclef. capite 24.* VALES. Contra Tillemontium, qui libertatem religionis a Valentiniano conceffam negat, vid. Reitemeier. ad Zofim. IV, 3. p. 580. W.

6. *Cum oculis caefiis.*] Cedrenus Valentinianum fic depingit: *ἦν δὲ τῷ σώματι εὐμεγέθης, τὴν χροιὰν ἐρυθρὸς, τὴν τρίχα τῆς κεφαλῆς ἐπίξανθον ἔχων, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡραίους μικρὸν ἐπιγλαυκίζοντας. Corpore erat procero, colore ruber, flavo capillo, oculis venuftis et mediocriter glaucis.* VALES.

Semper obliquum intuentes.] ἴσ. *femper obliquum intuentibus.* LINDENBR.

Lineamentorum recta compago.] Sic *membrorum recta compago* XIV, 11, 28. ubi vide. W.

C A P V T X.

1. *Ut miffum Conftantinopolim.*] Valentiniani Magni cadaver Conftantinop. introivit anno fequenti, qui Valentem V. et Valentinianum Iuniorem Confules habuit, v. Cal. Ianuarias, ut refert Idatius in Faftis: fed in farcophago depofitum eft ab Imp. Theodofio fexennio poft, Antonio et Syagrio Coff. tefte eodem Idatio et Marcellino Comite in Chronico. VALES.

Velut imperiorum arbitrae.] In codice Regio *ac Tolof.* legitur, *arbitrariae:* quod non probo. [In Mf. Colbert. *arbitrarae.*] Ceterum non tunc primum Gallicanae legiones fe principatus arbitras ferebant. Semper enim Galli aliis parere dedignati funt, et aut ipfi Principes facere, aut ceteris gentibus imperare voluerunt. Quod et Vopifcus fcribit in Saturnino (Scriptt. Hift. Aug. T. II. p. 717. W.): *Saturninus oriundus fuit Galliis, ex gente hominum inquietiffima, et avida femper vel faciendi Principes, vel imperii.* Adde Trebellium Pollionem in Poftumio c. 3. VALES. Et in Gallienis c. 4. *Galli quibus infitum eft effe leves ac degenerantes a civitate Romana, et luxuriofos principes ferre non poffe, Pofthumium ad imperium vocarunt.* Zofimus IV, 19. ὑφορώμενοι (Merobaudes et Equitius) *μή ποτε συμβῇ τοὺς ὑπὲρ τὸν Ἴστρον βαρβάρους ἀνάρχοις ἐμπεσεῖν τοῖς πράγμασι.* Ea faepe utentes licentia Imperium Galli detulerunt, miffis tyrannis pluribus, Conftantio, Conftantino Magno, Iuliano. W.

2. *Tamquam in eadem navi.*] Proverbiale loquendi genus eft, quo utitur Cicero in lib. 2. Epift. 5. *Tibi, etfi ubicumque es, in eadem es navi, tamen quod abes gratulor.* VALES.

Sedit Summatum Confilio] Sic fedit quorumdam opinioni XXV, 10. Cf. XIV, 1. XIX, 7. W.

Merobaudes protinus acciretur.] Quem ob rei militaris scientiam Valentinianus adversus Quados expeditionem parans, Magistrum utriusque militiae constituerat, ut scribit Zosimus in lib. 4. c. 17. Idem postea Consul iterum fuit, tandemque iussu Maximi tyranni mortem sibi conscivit, ut refert Pacatus in Panegyrico. VALES.

4. *Valentinianus puer, tum quadrimus.*] Atqui Valentinianus Iunior natus erat Gratiano Nob. et Dagalaifo Coss. anno Natalis Dominici 366. die 15. Cal. Febr. ut scribit Idatius in Fastis, et auctor Alexandrini Chronici iisdem plane verbis quibus Idatius. Quibus suffragatur Themistius in Orat. xi. ad Valentinianum Iuniorem, pag. 254. ubi natalem ipsius vice oraculorum et vaticiniorum praedixisse ait tyranni Procopii exitum. Constat autem Procopium eo anno quem dixi, a Valente victum et necatum fuisse. Accedit praeterea Socrates in lib. 4. Sozomenus in 6. qui Valentinianum Iuniorem eo anno in lucem editum esse testantur. Quod si ita est, quo modo idem quadrimus ad Imperium venisse dicatur non video. Creatus enim est Augustus post Consulatum Gratiani III. et Aequitii, anno Domini 375. Huic difficultati, quam ego primus et iamdudum deprehenderam, aliisque solvendam proposueram, ita occurrendum puto, ut Valentinianum, qui anno 366. natus est, diversum esse dicamus ab hoc qui postea Augustus fuit: quod quidem his argumentis evincam. Primo enim Valentinianus, qui mortuo patre Augustus est renuntiatus, quadrimus tunc erat, ut scribit praeter Marcellinum nostrum Victor in Epitome c. 45. et Zonaras: Zosimus certe iv, 19. vix quinquennem fuisse dicit. Deinde viginti annos natus obiisse dicitur a Nicephoro in lib. xii. cap. 38. Interfectus porro est, ut inter omnes constat, anno Domini 392. Hieronymus in Epist. de Exitu Nepotiani, eumdem Valentinianum adolescentem adhuc et paene puerum esse occisum memorat. Quae certe omnia non procederent, si anno 366. natus fuisset. Denique Valentinianus Iunior, is qui anno 366. in lucem est editus, Consulatum gessit cum Victore anno Domini 369. ut testatur aperte Themistius in Orat. xi. quam ei Consulatum Constantinop. auspicanti Cal. Ian. dixit. Quod si hic idem esset cum eo, qui post mortem Valentiniani Augustus est nuncupatus, cum is paullo postquam Imp. est factus, Consulatum inierit cum Valente, Consul iterum necessario dici debuisset. At in Fastis omnibus annus ille 376. sic notatur, *Valente Aug. V. et Valentiniano Iuniore Aug.* Quae cum ita sint, apparet duos eiusdem nominis Valentinianos, alterum Valentiniani magni, alterum Valentis filium, distingui debere. *Vide Adnotationum mearum in Socratem pag. 50.* VALES.

Iustina matre.] Quae Magnentio tyranno prius nupserat, ut scribit Zosimus iv. c. 19. et 43. Quo maxime refellitur fabula illa, quam refert Socrates in lib. 4. cap. 36. de digamia Valentiniani Maioris, qui duas uno tempore uxores habuerit. Ait enim Socrates, Severam Aug. cum Iustinam virginem praestanti forma secum lavantem vidisset, pulchritudinem puellae Valentiniano laudavisse: qui statim eius amore captus, eam uxorem adsciverit non repudiata Severa. Virginem igitur fuisse dicit, quae uxor fuerat Magnentii. VALES.

5. *Imperator declaratus Augustus nuncupatur*] Distinguenda h. l. videtur Imperatoris declaratio a nuncupatione Augusti. Ne-

que enim credibile eſt profectionem in villam centeſimo lapide disparatam reditumque cum puero quadrimo eoque lecticae impoſito tam brevi temporis ſpatio confici potuiſſe, ut is ſexto iam die in caſtris fuerit. Sexto igitur die Imperator eſt declaratus, et, ubi in caſtra venit, Auguſtus nuncupatus. W.

6. *Poſtea metu ſollicitudine diſcuſſa.*] Mſ. *mens ſollicitudine.* Corrige, *poſtea metus ſollicitudine diſcuſſa.* Idque omnino verum putamus. LINDENBR.

Metu ſollicitudine] Aſſentior Lindenbrogio ſic emendanti, *metus ſollicitudine,* *ut in Mſ. Toloſ. ſcriptum reperi.* Ita vetus Auctor poſt Imperii Notitiam editus in deſcriptione Thoracomachi, *timoris ſollicitudinem* dixit. *In Mſ. Toloſ. [ac Colbert.] ſcriptum eſt, *mens ſollicitudine.** VALESIUS. Sed non maiori intervallo hinc diſtat *mentis ſollicitudine*, ut Cicero pro Cluentio cap. 10. *Qua ſollicitudine animi! quo timore!* Nihilominus quum conſidero acrius lectionem ſcriptam, dubitare incipio, an non potius inde ſit demendum, non addendum. Imo videtur certe auctor dediſſe, *Poſt tamen ſollicitudine.* GRON.

Et peritus.] In Mſ. Vaticano et Regio, *Toloſ.* [ac Colbert.] legitur, *benivolus et pertus.* *De pietate Gratiani in fratrem Auſonius in Panegyrico §. 7. *Piiſſimo. Huius vero locupletiſſimum teſtimonium eſt pater divinis honoribus conſecratus; ad inſtar filii ad Imperium frater adſcitus. Eadem benevolentia et Theodoſium paullo poſt participem aſſumſit Imperii, cum parvulum haberet et fratrem: avidior fide ſocietatis, quam nimiae poteſtatis:* ut ait Auguſtinus in lib. v. de Civitate Dei.* HENR. VALESIUS. [Ceterum aut apud Ammianum pro *pertus* legendum eſt *apertus:* ut Caeſar in libro de Bello Africo *Gallos homines apertos minimeque inſidioſos* appellavit: aut ſi legamus *peritus*, eo nomine deſignari putandum eſt, numeris omnibus abſolutum, vitiorum expertem, aut omni virtute adornatum atque perfectum, qualem Gratianum Aug. deſcribit Ammianus ipſe, quem in lib. XXXI. *moderatum* et *clementem*, et lectorum Principum aemulum fuiſſe tradit. Certe Ammianus in libro XVI. c. 7. de Eutherio ſpadone loquens, peritum ita ſumit: *Ex omni latere autem ita peritum,* (ut Eutherium) *neque legiſſe neque audiſſe confiteor.*] HADR. VALESIUS.

AMMIANI MARCELLINI

LIB. XXXI. C. I.

1. *Furiis in aetatem adſcitis.*] Apparet emendandum eſſe, *furiis in ſocietatem adſcitis,* ut loqui ſolet Marcellinus noſter. VALES.

2. *Quisque* pro *quisquis,* ut Plaut. Capt. IV, 2, 17. *ad quemque iecero, ad terram dabo.* Mil. II, 2, 5. *quemque videritis hominem, huc deturbatote.* W.

Valentini lavacri.] Hoc Valentis lavacrum erat Antiochiae, cuius meminit Evagrius in lib. 1. cap. 20. quod cum incendio magna ex parte corruptum eſſet, Theodoſius Senior eidem reficiendo ducentas auri libras largitus eſt. VALES.

3. *Carmina quidam nimium horrenda.*] Ita recte ediderunt nuper Pariſini, quum in prioribus exſtaret *nimirum.* quod etiam ſic reſtitui debere adſcripſerat exemplari ſuo pater. Sed quum poſtea intelligeret in Vaticano codice legi *nimiarum,* ſupponebat *carmina quaedam neniarum horrenda.* Conſulantur antiqui codices. GRON.

4. *Tragula gurgulione confecto.*] Sic primus edidit Mariangelus Accurſius, mendoſe ut apparet. In Mſſ. autem Regio, Flor. et Valentino [ac Colbert.] *et Toloſ.* legitur *Tagula:* fortaſſe pro *Aquila.* Praeterea in codice Regio [et Colbert.] ſcriptum inveni, *gurgulione conſecto.* VALES.

Cum Chalcedonos ſubverterentur veteres muri.] Rem eamdem ſimul et verſuum *(aliquibus tamen in locis variantium)* inſcriptionem apud Socratem habemus, Hiſtor. Eccleſ. lib. 4. cap. 8. Zonar. et Cedren. *Hoſce verſus aliter ex Socrate, et ex Zonara tomo 3. legit Leopardus Variarum Emendationum libri 4. capite 15.* LINDENBR.

Cum Chalcedonos ſubverterentur vet. muri.] Ob probra et convicia quae Chalcedonenſes in Valentem iecerant Procopiani belli temporibus, ut refert Socrates in lib. 4. cap. 8. VALES.

Ut apud Conſtantinop. aedificaretur lavacrum.] Conſtantianae ſcilicet thermae teſte ibidem Socrate. Zonaras tamen ac Cedrenus e lapidibus murorum Chalcedonenſium aquaeductum Conſtantinop. aedificatum eſſe ſcribunt a Valente, eiusque appellatum nomine: *opus ſane memorabile, cuius meminit Themiſtius in Oratione decennali ad Valentem A. et Gregorius Nazianzenus in Orat. XXV. qui hunc Valentis aquaeductum ſubterraneum et aerium fluvium eleganter appellat. Ita etiam Themiſtius in Ama-

torio ſeu de Regia pulcritudine ad Gratianum A. αἱ δὲ ὑποδραμοῦσαι ἠλιβάτους πρῶνας ἔγγειοι καὶ ἐναέριοι, σταφυλῇ τὰ νῶτα ἀπεικασμέναι, πλέον ἢ σταδίους χιλίους ἄναντα καὶ κάταντα, οὔτε ἄντην οὔτε κατάντην διαδραμοῦσαι, καὶ οὔτε ὑποσχεθεῖσαι οὔτε ἐνσχεθεῖσαι συνεφοίτησαν ὑπορόφιοι. καὶ ἥκουσιν ἤδη πρὸ τῶν πυλῶν.* Zonaras et Cedrenus tradunt, Nymphaeum quoque a Praefecto urbis exſtructum eſſe, in cuius dedicatione populus choreis et epulis vacavit. Quod etiam relatum eſt a Socrate in dicto loco. Ceterum in Socrate libentius Καρωσιαναὶ legerem quam Κωνσταντιαναί. Caroſianae enim thermae a Valente abſolutae et dedicatae ſunt poſt Conſulatum Gratiani III. et Aequitii, agente Praefecto urbis Conſtantinop. Vindalonio Magno, ut ſcribit Idatius in Faſtis et auctor Chronici Alexandrini: et a Caroſia Valentis filia nomen traxere teſte Sozomeno in lib. 6. VALES.

5. ΤΕΡΠΟΜΕΝΑΙ ΣΤΡΟΦΩΝΤΕΣ.] Ita primus excudi fecit Accurſius. At in Mſ. Florentino legitur, στροφόνφες teſte Lindenbrogio. Ego vero ſuſpicor ſcribendum eſſe τερπόμεναι στρέψωνται: quamquam apud Socratem in lib. 4. cap. 8. legitur, στήσονται: cui ſubſcribunt Zonaras, Cedrenus, Nicephorusque Calliſtus. Sed cum in primo verſu δροσερῇ χορείῃ ex Mſſ. ediderimus, στήσονται hic convenire non poteſt. VALES. Primo ſic edidi, quum mihi diſpliceret Hadrianus interpolans in ſua editione manum fratris ſui edensque στροφόντες, quum vere reddiderit Henricus, ut nunc exhibeo, niſi typis ea mutatio attribui debet: etſi Henricum miror, cur ei voci accentum appoſuerit, qui nullus eſt apud Lindenbrogium. Magis vero miror, cur ad talem mutationem auſus fuerit diſcedere, quam nullo genere Codices veteres approbant. Quin tu ex illis hoc habe veriſſimum, τερπόμεναι στρόφον ἔσσαν. Ut enim apud Heſychium ἔσσας ἐκάθισας, ἔσσεν ἐνέδυσεν, εἶσεν ἐκάθισεν, ſic horum verſuum auctor ἔσσαν dixit, et στρόφον ductum canalium per partes varias urbis. GRON.

ΔΗ ΤΟΤΕ ΟΥΝΙΑ ΦΥΛΑ.] In Mſ. Flor. [ac Colbert.] et Editione Aug. legitur, δνια φῦλα: unde quispiam non abſurde coniecerit ſcribendum potius eſſe, Δὴ τότε δήϊα φῦλα: ſed in Socrate et Zonara aliisque ſupra citatis legitur Δὴ τότε μυρία φῦλα: et huic verſui ſubiicitur ab iisdem Auctoribus hic alter, qui in noſtris codicibus deerat.

Ἄγρια, μαρμαίροντα, (al. μαργαίνοντα) κακὴν ἐπιειμένα ἀλκήν.

Certe οὔνια φῦλα ferri non poteſt: cum heic de Gothis ſermo ſit, non de Hunnis. VALES. Crediderim ex hoc loco ſervaviſſe Heſychium Δώϊα, ὅμοια, quam vocem vides ad lectionem, quam in Mſſ. eſſe teſtantur Lindenbrogius aeque ac Valeſius et praeſes editionis Auguſtanae. Ut praedicantur omnigena gentium ſeptentrionalium genera atrocitate et feris animis et vaſtandi cupiditate congruentia collectum iri. GRON.

ΠΟΡΟΝ ΠΕΡΑΟΝΤΑ.] In Mſ. Flor. [et Colbert.] et Editione Aug. πορόντα legitur duabus ſimul confuſis dictionibus. Nec dubito, quin (ut apud Socratem legitur ac ceteros) ſcribendum ſit, πόρον διαβάντα. VALES. Cuius notam ſic purgavi ex priore editione, quum mendoſe nuper Pariſiis ederent βάντα πόρον διαβάντα, quod futile. Ceterum illud ὀλέσει in ſequente verſu comperior exſtare tantum in editione Auguſtana, ubi exhibetur ΟΛΕΤΙ.

quum Lindenbrogius tantum ΛΕΤΙ, quod vide an non fuerit λήξει. GRON.

ΚΑΙ ΔΗΡΙΣ ΕΦΕΞΕΙ.] In codicibus quidem noſtris ſcriptum erat δήγειν ἐφέξει: unde coniectura ductus emendavi δῆρις ἐφέξει. At in Socrate et citatis Auctoribus legitur καὶ πότμον ἐπίσποι, minus recte: dicendum enim erat ἐφέψει, ſi tamen in uſu eſt. Ceterum hos Graecos verſus poſt Langium et Chriſtophorſonum Latine ſic vertimus:

Tempore quo liquidas agitabunt urbe choreas,
Laetaque ſubſilient hilares per compita Nymphae,
Ac funeſta dabit murus munimina thermis:
Tunc fortes populi variis e gentibus orti
Traiicient armis Hiſtri ſpecioſa fluenta,
Vaſtabuntque agros Moeſos atque arva Scytharum.
Aſt ubi Pannoniam attigerint, maiora parantes,
Hos illic fatum et Martis violentia ſiſtet. VALES.

CAPVT II.

1. *Hunnorum gens monumentis veteribus leviter nota.*] De Hunnis eorumque ſedibus ac moribus vide Zoſim. lib. IV. c. 20. (ubi vid. Reitemeier. p. 588. et inprimis Heynius p. 637. W.) Sozomen. lib. VI. cap. 37. Agath. lib. V. Iordan. de reb. Getic. Hiſtor. Miſcel. lib. XII. *Reginon. Prumienſ. lib. 2. pag. 44. b.* LINDENBR. Adde de veteribus *Claudianum* in Rufin. Lib. I. v. 323. ſſ. de recentioribus *Deguignes* Hiſt. generale des Huns, des Turcs etc. Par. 756. v. Tomis in 4. *Gebhardi* ad Guthrium T. XV. et *Gibbon*. T. VI. p. 270 — 322. Forſterus de byſſo p. 22. Hunnos fuiſſe ſuſpicatur *Seras* a Tibetanis Indiae vicinis ſic appellatos. W.

Ultra paludes Maeoticas glacialem Oceanum accolens.] De Hunnorum ſitu idem tradit Hieronymus in Epitaphio Fabiolae: et ex profeſſo Procopius tum in lib. I. Perſicorum, tum in 4. Gothicorum. VALES.

2. *Infantium ferro ſulcantur altius genae.*] Idem prodit Iordanes in Geticis c. XXIV. cuius verba ex Marcellini noſtri Hiſtoriis translata eſſe non dubito. Sic enim ait de Hunnis: *Nam maribus ferro genas ſecant, etc. Hinc imberbes ſeneſcunt, et ſine venuſtate ephebi ſunt, quia facies ferro ſulcata tempeſtivam pilorum gratiam per cicatrices abſumit.* Porro hanc cauſam eſſe cur imberbes ſint Hunni, libenter et Ammiano noſtro et Iordani concelſerim. Sed tamen aliam quoque eius rei cauſam mihi videor deprehendiſſe. Obſervavi enim Hunnos in luctu genas cultris convulnerare ſolitos eſſe. Sic enim de Cutriguris, quae Hunnorum gens eſt, narrat Agathias in lib. 5. οἰμωγή τε ἠκούετο μακρὰ βαρβαρική. τοῖς γὰρ ξιφιδίοις τὰς παρειὰς καταξαίνοντες ὠλοφύροντο κατὰ τὸν πάτριον νόμον. *Et gemitus barbarorum ingens exaudiebatur. Genas enim pugionibus concidentes, more patrio lugebant.* Et apud Menandrum Protectorem in lib. 8. Hiſt. Turxathus Dilzibuli *vel Dizabuli* filius, Turcorum Princeps, cum patri nuper mortuo exſequias celebraret, Romanorum legatos genas ſibi una cum reliquis Turcorum laniare iubet: δέον ὑμᾶς,

ὑμᾶς, ὦ Ῥωμαῖοι, καταχαράττειν τὰ πρόσωπα ταῖς μαχαίραις, etc. Ex quibus intelligendi ſunt Sidonii verſus in Panegyrico ad Avitum, quos nemo adhuc interpretatus eſt (v. 243.)

Vulnere vel ſi quis plangit, cui fleſſe feriſſe eſt,
Ac ferro peraraſſe genas, vultuque minaci
Rubra cicatricum veſtigia defodiſſe. VALES.

Prodigioſae formae cet.] Iornandes c. 24. *Erat iis ſpecies pavenda nigredine, ſed velut quaedam, ſi dici fas eſt, deformis offa, non facies; habensque magis puncta quam lumina.* Cf. Gibbon. T. VI. p. 326. W.

In commarginandis pontibus. Ita Sidon. Apoll. lib. IV. Epiſt. 20. *Viridantia ſaga limbis marginata puniceis.* LINDENBR.

3. *In hominum figuras. Sic et in ſua vita.*] Quis huius ſcripturae auctor fuerit, incompertum habeo Nam Accurſius quidem ſic ediderat: *In hominum autem figura ſic et in ſua vita viſi ſunt aſperi, etc.* In Regio autem exemplari, *Toloſano,* [et Colbert.] ita ſcriptum inveni: *In hominum autem figura licet in ſua vita niſi ſunt aſperi, etc.* quemadmodum in duobus Vaticanis codicibus legitur. Proinde ita a Marcellino ſcriptum eſſe coniicimus: *In hominum autem figura ſic et inſuaves ſunt et aſperi.* aut certe: *In hominum autem figura licet inſuavi, ita viſi ſunt aſperi, etc.* Sane eiusmodi fere ſcripturam huius loci fuiſſe docet Iordanes in Geticis, qui haec Marcellini noſtri verba ſic imitatus eſt. *Hi vero ſub hominum figura vivunt belluina ſaevitia.* HENR. VALES. [Hi porro in codice Colbert. vocantur modo *Hunni,* modo *Huni;* necnon *Chini* ac *Chuni.*] HADR. VALES. Quum poſterior viri doctiſſimi coniectura accedat propius ad veterem lectionem; tum quod in omnibus Mſſ. libris occurrit *niſi,* non *viſi,* eius certe debuit ratio ſanctior haberi, et illud, non hoc attendi. Tum quaeſo cur viſos fuiſſe dicat, quam potius ſimpliciter et vere tales fuiſſe? Unde, niſi fallor, patebit veram Marcellini manum fuiſſe *In hominum autem figura licet inſuavi, tam hi ſunt aſperi.* GRON.

5. *Ex pellibus ſilveſtrium murium.*] Hae pelliculae odoratae erant,*) ut praeter Helmodum in lib. I. Chronici Sclavorum, docet D. Hieronymus in lib. 2. contra Iovinianum his verbis: *Odoris autem ſuffitus et diverſa thymiamata, amomum, cyphi, oenanthe, muſcus et peregrini muris pellicula.* Idem in Epitaphio Marcellae viduae ſub initium, *fragrare muſco, mure, etc.* [Iordanes in Geticis ſcribit, pelles murinas ab Hunnuguris, quae gens Hunnica eſt, in orbem Romanum importari. Priſcus ait Hunnorum Reges pellibus ferarum ad ornatum uti.] VALES.

Pellibus ſilveſtrium murium.] Iordan. in Hiſtor. Goth. *Hunuguri hinc ſunt noti, quia ab ipſis pellium murinarum venit commercium.* De Scythis Iuſtinus ex Trogo lib. 2. c. 2. *Lanae iis uſus ac veſtium ignotus: et quamquam continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis ac murinis utuntur.* *Seneca Epiſt. 90. *Magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac*

*) Id negat Crenius Animadv. philol. hiſt. T. VIII. p. 201. Ammiani enim mures non eosdem fuiſſe ſpecie, qui fuerint Hieronymi. W.

murium, quae tactu mollia et impenetrabilia ventis sunt. Ivo Carnot. Epist. 49. *Complices quos sibi pelliculis peregrinorum murium atque aliis huiusmodi vanitatum aucupiis inescaverat.* Illae ipsae autem pelles sunt, quas posterior aetas *marturinas* vocat. Helmoldus Chron. Slavor. lib. I. cap. I. *Pellibus abundant peregrinis, quarum odor letiferum nostro orbi superbiae venenum propinavit. Et illi quidem ut stercora haec habent, ad nostram, credo, damnationem, qui ad marturinam vestem anhelamus, quasi ad summam beatitudinem. Itaque pro laneis indumentis, quas nos appellamus faldones, illi offerunt tam pretiosos martures.* Vide Aelianum de Animal. lib. XVII. cap. 17. LINDENBR. Cf. *Beckmann* Gesch. d. Erfindungen B. 5. S. 17. W.

In pannulos desluxerit defrustata.] Meliorum codd. haec lectio est. Glossar. *Concisus, frustatus.* Ammian. lib. XX. c. 2. *Defrustandae Mesopotamiae opitulari.* Sidonius Apoll. lib. IX. Epist. 9. *Maxima ex magnis capita defrustans.* Restituimus iam olim eodem modo locum L. Flori lib. 2. c. 2. §. 32. *Punicae praedae omnibus promontoriis insulisque frustarentur et fluitarent.* Perperam enim hactenus, antequam Gallicana Editio prodiit, *frustrarentur* lectum est. LINDENBR.

6. *Galeris incurvis capita tegunt.*] Hieronymus in Epitaphio Nepotiani tiaras vocat. Postquam enim Romanos ab Hunnis vinci et fugari memoravit, subiicit: *Nec amputamus causas morbi, ut morbus pariter auferatur: statimque cernamus sagittas pilis, tiaras galeis, caballos equis cedere.* VALES.

Vetant incedere gressibus liberis.] Hinc ἄποδες et ἀκροσφαλεῖς Hunni dicuntur ab antiquo Scriptore apud Suidam: ὁ δὲ ἐκέλευσε χωρεῖν ἐπὶ τοὺς ἄποδας καὶ ἀκροσφαλεῖς Οὔννους. ἄνευ γὰρ ἵππων οὐ ῥαδίως ἂν Οὖννος τὴν γῆν πατήσειεν. *Ille vero iussit ut contra truncos et in incessu titubantes Hunnos procederent. Neque enim Hunnus absque iumento facile ambulaverit.* [Itaque merito indignatur Hieronymus in Epitaphio Nepotiani: *Proh pudor! fugit Rom. exercitus, victor orbis et dominus. Ab his vincitur, hos pavet, horum terretur adspectu, qui ingredi non valent, qui si terram tetigerint, se mortuos arbitrantur.* Adde Zosimum IV, 20. §. 6. Quod supra Hieronymus ait, *Romanum exercitum Hunnos pavere, et horum terreri adspectu;* idem Iordanes de rebus Geticis affirmat: *Quos bello forsitan minime superabant, vultus sui terrore nimium pavorem ingerentes fugabant.* Addit fuisse eos deformes, nigros, statura breves, parvis oculis et torvis, simis naribus, et ob sectas ferro genas imberbes. Unde ab Ammiano bestiis comparantur bipedibus, et *pandi* omnes ac *prodigiosae et insuavis* formae fuisse dicuntur. Calcei sine formulis recte convenienterque fieri non possunt. At Hunnorum calcei informes erant, ac ipsorum pedibus minime conveniebant, utpote formulis nullis aptati, quas sutores vel Cordubanarii nostri vulgo *formas* hodieque vocitant, *des formes.* Quare Hunni male calciati, libere et facile ingredi non valebant: atque si terram tetigissent, actum de se arbitrabantur: quippe qui pedibus hostem insequentem effugere, ac mortem evadere se non posse intelligerent.] VALES.

Equis prope affixi duris quidem, sed deformibus et muliebriter iisdem nonnumquam insidentes.] Verissima haec sunt: atque eo modo Gubazen Lazorum Regem equo insedisse, cum a

Iohanne Byzantio pugione *vulneratus ad terram prosterneretur,* Agathias lib. III. scribit. ἐτύγχανε γὰρ (inquit) ἐναλλάγδην ἔχων τὼ πόδε ὑπὲρ τὸν αὐχένα τοῦ ἵππου. Quem gestum etiamnunc in rusticis persaepe videmus. Ergo *muliebriter equo insidere*, est κατὰ πλευρὰν τὼ πόδε ἔχειν, ἢ ἐναλλάγδην: cui contrarium περιβάδην. Achill. Tatius de amorib. Clitophontis et Leucip. lib. I. c. I. ἡ παρθένος μέσοις ἐπεκάθητο τοῖς νώτοις τοῦ βοὸς, οὐ περιβάδην, ἀλλὰ κατὰ πλευρὰν, ἐπὶ δεξιᾷ συμβᾶσα τὼ πόδε, τῇ λαιᾷ τοῦ κέρως ἐχομένη, ὥσπερ ἡνίοχος χαλινοῦ. Quod et ipsum in nummis antiquis apud Anton. Augustinum Episc. Ilerd. apparet lib. III. pag. 85. LINDENBR.

Equis prope adfixi.] Sic Claudianus in libro primo in Rufinum de Hunnis v. 329.

Nec plus nubigenas duplex natura biformes
Cognatis aptavit equis. VALES.

Muliebriter] „i. e. divaricatis cruribus.“ Sic Reinef. Imo vero non divaricatis. W.

In ipsis quivis.] In codice Regio, [et Colbert.] *ac Tolos.* et Augustana Editione legitur: *Et ipsi quivis, etc.* Unde adducor, ut credam sic a Marcellino scriptum fuisse: *Ex ipsis* (supple *equis*) *quivis in hac natione pernox et perdius emit et vendit, etc.* VALES.

8. *Subito de industria dispersi vigescunt.*] Hic praeliandi mos erat Hunnorum, ut Claudianus quoque canit lib. I. in Rufinum v. 330.

— — acerrima nullo
Ordine mobilitas, insperatique recursus:

et Agathias in lib. I. de Narsete, qui a Francorum copiis premebatur: βαρβαρικήν τινα στρατηγίαν καὶ μᾶλλον τοῖς Οὔννοις μεμελετημένην ἐμηχανᾶτο. ἐκέλευε γὰρ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν στρέψαντας τὰ νῶτα ἐς τὰ ὀπίσω ἀναχωρεῖν, etc. *Narses barbarum quoddam et Hunnis magis usitatum strategema excogitavit. Suos enim terga vertere iussit, etc.* Idem in fine libri V. Hunnos, cum fugiunt, infestiores magisque timendos esse scribit, quippe qui aversi sequentem hostem sagittis incessant. Et his artibus Hunni Gothis superiores evasere. Partim enim circumequitando, partim excurrendo et opportune retrocedendo, iaculantes ex equis maximam Gothorum caedem fecere, teste Zosimo Lib. IV. c. 20. Ceterum hic emendavi *vigescunt* ex codice Regio et Valentino, [ac Colbert.] VALES.

De industria dispersi lugescunt.] Mss. *dispersi iugescunt.* neutrum placet. *Loisell. legit *vigescunt*, id est, vigorem et animos capiunt.* LINDENBR.

Et imposita acie.] Scribendum puto, *et incomposita acie.* VALES.

Parte decernuntur.] ℓσ. *parte cernuntur.* LINDENBR.

Parte decernuntur.] In codice Regio [et Colbert.] *Tolos. et Vatic.* legitur, *parit decernuntur.* Unde sic corrigendum arbitror: *Nec invadentes vallum, nec castra inimica pilantes prae nimia rapiditate cernuntur.* VALES.

9. *Eoque omnium* cet.] Hunc locum iam olim tractavit G. Canterus Nov. Lectt. p. m. 323. W.

Procul missilibus telis.] Procopius in principio libri 2. Gotth. ait Hunnos esse ἱπποτοξότας ἀρίστους, id est optimos ex equo sagittarios, et inter equitandum peritissime iaculari. Gothos contra pedites iaculari scribit in lib. 1. Gotth. Equites enim Gothorum hasta dumtaxat et gladio utuntur: quo fit ut ab Hunnis longe superentur. VALES.

Missilibus telis acutis ossibus arte mira coagmentatis.*] Id usitatum omnibus Germanis fuit, ut ait Tacitus de Moribus German. c. 46. *Sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperant. LINDENBR.

Sed distinctis.] Ita Mariangelus Accursius edidit: sed in exemplari [Colbert.] *et Tolos.* ac Regio scriptum inveni, *sed distint.....* VALES.

Distinctis] Hoc fateor me non intelligere. Fortasse scribendum *distincti*, i. e. composita acie. ERF.

Sine vi respectu con.....] Apparet scribendum esse, *sine sui respectu confligunt:* quemadmodum loqui solet Marcellinus cum alibi, tum in lib. XXIX. c. 5. §. 38. VALES.

Hostesque, dum mucronum noxias observant, contortis laciniis illigant.] Ars haec bellandi Scythiae populis usitata, ut ex Herodoto VII, 85. Pausania I, 21. aliisque Scriptoribus constat. *Val. Flaccus Argon. lib. 6. v. 132.

Doctus et Anchates patulo vaga vincula gyro
Spargere, et extremas laqueis adducere turmas.

Lips. notat in Analect. ad milit. pag. 284. 4. De Alanis Egesippus lib. V. cap. 50. *Laqueos iacere atque hostem innectere, ars Alanis bellandique mos est.* Vide Ioseph. Belli Iud. lib. 7. LINDENBR.

Noxias] Conferri iubet Ernesti Livium 41, 23. Oudendorp. ad Sueton. Iul. 81. et Glossar. Livian. in h. v. W.

Contortis laciniis illigant.] Hunnis id familiare fuisse docet Sozomenus in lib. VII. cap. 25. ubi de Theotimo Tomorum in Scythia Episcopo loquitur: quem Hunnus quidam opulentum ratus, cum illaqueare vellet, manum qua laqueum coniecerat, arescere sensit. Sed et Scytharum reliquae gentes eo astu in proeliis utebantur. De Iaxamatis quidem id refert Mela in fine lib. 1. de Auchatis Valerius Flaccus in 6. v. 132.

Doctus et Auchates patulo vaga vincula gyro
Spargere, et extremas laqueis abducere turmas.

De Parthis etiam, qui a Scythis originem ducunt, vetus Auctor apud Suidam in σειραῖς. Omitto Alanos, de quibus idem tradit Iosephus et Hegesippus. [Sed et Pausanias in Atticis scribit, Sarmatas idem factitasse: et Iaxamatarum ostio Tanais proximorum feminas ex equis pugnare scribit Mela libri I. capite ult. et *quos laqueis interceperunt hostes, trahendo conficere.*] VALES. Cf. Gronov. Praef. p. XVIII. W.

Equitandi vel gravandi.] Sic edidit primus Hadrianus; qui quum in praefatione (p. LXI.) se defendat idque auctoritate codicis Colbertini, hactenus sequor, quum alioquin et τὸ *gradiendi* satis locum suum tueatur, sed vincat veritas antiqui calami. GRON.

10. **Cum carpentis in quibus habitant.*] Tertullianus adversus Marcionem libri I. capite I. *Gentes* (inquit) *ferocissimae in-*

habitant (Pontum) si tamen habitatur in plaustro. Sedes incerta, vita cruda, libido promiscua, et plurimum nuda. Etiam quum absconduut, suspensis de iugo pharetris indicibus, ne temere quis intercedat. * LINDENBR.

Taetra villis vestimenta.] Claudianus in Rufinum lib. I. de Hunnis v. 326.

— — *tristes habitus, obscenaque visu Corpora.*

Atri scilicet coloris vestibus Hunni erant amicti. Unde et Marcellinus in superiore pagina obsoleti coloris tunicam eisdem tribuit. Paene monere omiseram in Regio codice legi, *tetra illis vestimenta,* quod magis placet: *et in Tolos. ac Vatic. codicibus legitur: [in Colbert. *terra.*] VALES.

11. *Ad omnem auram incidentes.*] Scribendum omnino est, *ad omnem auram incidentis spei novae perquam mobiles:* quod quidem Marcellinus noster imitatus videtur ex Livio, qui in lib. XXIX. c. 3. dicit, *mercede parari auxilia ex Afris, gente ad omnem auram spei mobili atque infida.* VALES. Sic iam antea coniecerat Gruterus. Vid. Gronov. Praef. p. XXIII. W.

Furori incitatissimo] Vid. ad XXX, 5. 4. W.

12. *Adusque Achaiam pervenit.*] Longe aliter in MSS. codicibus Regio, Flor. ac Valentino, *Tolos. Vatic.* [et Colbert.] legitur, *adusque Adalam:* quod cum Accursius minime intelligeret, audacter emendavit *adusque Achaiam,* contra Historiae fidem. Neque enim Hunni iis quidem temporibus adusque Achaiam penetrasse dicuntur. Sed procul dubio emendandum est, *adusque Alaniam pervenit:* quod confirmatur ex cap. 3. ubi Marcellinus noster institutam Historiae seriem repetens, sic ait: *Igitur Hunni pervasis Alanorum regionibus, etc.* Adde, quod, nisi ita legatur, sequentia cum antecedentibus minime cohaerebunt. Sequitur enim digressio et παρέκβασις de Alanis; ut satis appareat sermonem de illis prius habitum fuisse. Postremo Iordanes in Geticis ait, ab Hunnis superatos esse Alanos: quod ex Marcellino, ut pleraque de Hunnis ibi relata, mutuatus est. Annon enim ex hoc Marcellini nostri loco illa Iordanis exscripta sunt? *Quod genus expeditissimum, et multarum gentium grassatorem Getae, ut viderunt, expavescunt.* VALES.

Restant Massagetae.] Vide Strabon. lib. XI. p. 511. Almel. Dionys. Alex. pag. 98. LINDENBR.

Restant Massagetae.] Sic Mariangelus Accursius edidit. Ego vero cum in codice Regio, *Tolos.* [et Colbert.] scriptum invenerim, *Res Massagetae,* in suspicionem hanc adductus sum, ut truncatum ac mutilum hunc esse locum existimarem, atque hoc fere modo esse supplendum, *adusque Alanos pervenit, veteres Massagetas: qui unde sint, etc.* Quae coniectura non mediocriter confirmatur ex lib. XXIII. c. 5. §. 16. ubi dicit Marcellinus, *et Massagetas quos Alanos nunc appellamus, etc.* VALES.

Quae diu multa luda... et varia.] Siquidem ita est clare in libris antiquis, sive per confusionem trium linearum III. extitit in editionibus *lu,* quum deberet inde colligi τὸ *in;* certe alterutrorum aberrationem existimans, non ambigo quin scripserit Ammianus, *quae diu multa indago et varia.* GRON.

13. *Hister advenarum.*] Hic locus sic commode suppleri potest: *Hister advenarum auctus magnitudine fluentorum, etc.*

quemadmodum loquitur Marcellinus in lib. xv. c. 11. §. 18. de Rhodano, et in fine libri xviii. ut notavi ad hunc locum ſupra. VALESIUS. Poreſt certe. Sed unde colligetur illa manus Ammiani? quum τὸ *auctus* ſine ullo veteris libri indicio immittatur, ubi nullus eſt in Mſſ. hiatus. Lenius certe erit in anteceſſum, dum clariora producantur, adiuvare ita: *Fluminum adauctus* vel *adoleſcens Hiſter advenarum magnitudine fluenti.* Vides nihil a me mutari. Literae *ad* oſtentant prorſus vocem *adauctus*, vel *adoleſcens*. Genitivus *advenarum* cogit credere praeceſſiſſe ſubſtantivum vel *fluminum* vel *fluviorum* vel *amnium*, vel *aquarum*, ut lib. xxiii c. 3. §. 8. *Per ſupercilia riparum fluvialium, aquis adoleſcentibus undique convenis.* GRON.

Hoc tranſito.] Supple *Hiſtro*. Alani enim ſupra Hiſtrum incolebant, Europaeae Sarmatiae populi, ut praeter Dionyſium Characenum tradit Plinius in lib. 4. c. 25. Oroſius in 1. et Tzetzes in Lycophronem. Sed Procopius in lib 4. Gotth. Alanos regionem illam quae a Caucaſo ad Caſpias portas extenditur, incolere ſcribit. Ptolemaeus vero Alanos Aſiaticos ab Europaeis Alanis diſtinguit, contra quam Marcellinus. Nam Europaeos Alaunos vocat a montibus Alanis ita dictos: Aſiaticos vero Alaunos Scythas ab Alanis montibus cognominatos in Scythia cis Imaum montem collocat. VALES. Cf. Gronov. Praef. p. xv. W.

Alani inhabitant, ex montium appellatione cognominati.] Euſtathius in Dionyſ. Ὅτι Ἀλανὸς ὄρος Σαρματίας, ἀφ' οὗ τὸ ἔθνος οἱ Ἀλανοὶ ἔοικεν ὀνομάζεσθαι. *Ineptit Iſidorus, dum a Lano fluvio Alanos dictos putat, Origin. libro 9. capite 2.* LINDENBR.

14. *Poſt quos Vidini ſunt.*] Herodotus iv. 21. 108. *Budinos* vocat: item Pompon. Mela lib. 1. cap. 20. Plinius lib. iv. cap. 12. LINDENBR.

[*Poſt quos Vidini ſunt, et Geloni.*] In Mſ. Colbert. legitur *Nidini*, quod nomen cum non intelligerent Critici, in *Vidini* mutavere. *Vidini* autem ſeu *Bidini* poſitum pro *Budini*: quam gentem Geographi in eo tractu collocaverunt. *Budinos* Gelonis proximos facit Pomponius Mela in libri 1. capite ultimo, de quibus et Plinius. *Neuros* idem Pomponius in Scythia Europaea collocat: qui in Ammiani codice Colbertino *Nervi* vocantur: qua ratione hoc nomen in ceteris noſtri Hiſtorici codicibus ſcriptum eſſe non dubito. Certe *Nidini* et *Nervi* in codice Valentino legi etiam teſtatur P. Pithoeus ad oram Ammiani ſui.] HADRIANUS VALESIUS. Utique etiam editio Auguſtana habet *Nervi*. GRON.

Geloni perquam feri, qui detractis peremptor.] Pomp. Mela lib. 2. c. 1. *Geloni hoſtium cutibus equos ſeque velant: illos, reliqui corporis; ſe, capitum.* LINDENBR.

Bellatrix gens.] Haec verba deſunt in codice Regio, *et Toloſ.* In Vaticano autem codice [et Colbert.] locus ſic legitur, *equisque tegmina conficiunt bellatur gen. Gelonis, etc.* ut fortaſſis ita ſcribendum ſit, *equisque tegmina conficiunt bellatoriis:* quemadmodum in lib. 23. ſub initium iumenta bellatoria dixit Marcellinus. Solinus vero in cap. xx. ex quo haec transſcripta ſunt, ſic habet: *Geloni ad hos proximant: de hoſtium cutibus et ſibi indumenta faciunt, et equis ſuis tegmina.* VALESIUS. Quae ſodes illa citationis ſpecies? An iumenta bellatoria iubeor quaerere in principio libri xxiii. quae in hoc ipſo capite infra ſe-

quuntur? Ut hinc pateat adiectivum istud obvenisse animo Valesii ex vicinia et progressu lectionis, non quod solida meditatio illud subiecerit. Et memini similia iam superius observata. Quin tu iuste considerans lectionem veterum codicum (nam et Vaticanus *bellaturgë*) lego, *equisque tegmina conficiunt bellaturis. Eis Gelonis.* Tum enim significat potissimum ista tegmina sumi, quum in bellum sunt exituri, non semper. GRON.

Agathyrsi collimitant interstincti colore purpureo corp.] Plin. lib. IV. c. 12. *Caeruleo capillo Agathyrsi.* Pomp. Mela lib. 2. cap. 1. *Agathyrsi ora artusque pingunt: ut quique maioribus praestant, ita magis vel minus: ceterum iisdem omnes notis, et sic ut ablui nequeant.* Festus Avienus in Orbis terrae descript. v. 345.

Dira Melanchlaeni gens circumfusa vagatur,
Proxima Neurorum regio est, celeresque Geloni,
Praecinctique sagis semper pictis Agathyrsi. LINDENBR.

Cf. Taciti Annal. 4, 57. W.

15. *Melanchlaenas*] Pomp. Mela lib. 2. c. 1. *Melanchlaenis atra vestis, et ex eo nomen.* Dio Chrysost. in Borysthen. pag. 439. (Reisk. II. p. 77.) χρῶνται δὲ τῇ ἄλλῃ ἐσθῆτι μελαίνῃ ὡς τὸ πολὺ, ἀπὸ γένους τινὸς Σκυθῶν τῶν Μελαγχλαίνων, ὡς ἐμοὶ δοκοῦσι, κατὰ τοῦτο ὀνομασθέντων ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων. LINDENBR.

Melanchlaenas] Is. Vossius ad Melam pag. 113. ait veterem lectionem esse *Melanchinas*, unde censet Ammianum videri appellasse *Melanchitonas*, vel *Melanchimos.* Sed et in praecedentibus legebat Salmasius ad Solinum p. 189. (p. m. 133. W.) *latius fucatis*, quod utique meretur cognosci et considerari. GRON.

Orienti aestivo] Oriens hibernus ubi occurrat, vide apud Crenium Animadv. T. x. p. 56. Cf. etiam Columella Lib. I, 5. et 6. ibique Intt. et Gesneri Lexicon rusticum v. Aequinoctialis. W.

16. *Per populos ac gentes amplas.*] Hoc in loco facile mihi assensuros lectores existimo. Nam cum in Editione Augustana et in codice Regio, *Tolos.* [et Colbert.] scriptum esse vidissem, *per populos. Has gentes et amplas, etc.* emendavi absque ulla mutatione, *diffusi per populosas gentes et amplas.* VALES.

17. *Mores et media et efferatam.*] Non absurde fortasse hic locus sic supplebitur, *ob mores eosdem et feritatem vivendi similem et armaturam.* Ita fere in lib. XVII. c. 12. init. dixerat Marcellinus, *Sarmatas et Quados, vicinitate et similitudine morum armaturaeque concordes.* Quod Graeci eleganter dicerent, ὅμοροί τε καὶ ὁμοιότροποι καὶ ὁμόσκευοι. Sic enim Thucydides in fine lib. 2. de Getis loquitur, et in lib. 5. itemque Dio in fine lib. 54. VALESIUS. Sed Is. Vossius ad Melam, quum haec verba in veteribus libris sic concepta legeret, *et efferatam vivendis etiam immatarum*, legebat *mores e Media; at efferata vivendi secta immutarunt*, ut prodidit ad Melam III, 4. pag. 238. et ibidem explicat. GRON.

18. *Distentas*] In ed. Gronov. et Ernest. operarum errore legitur *distantes.* W.

Locatis sarracis] Glossar. *Sarraca* ἅμαξα. Sisenna apud Nonium: *Impedimenta collocant omnia, construunt carros, et sar-*

raca crebra disponunt. Quintil. lib. VIII. cap. 3. Curius Fortunat. lib. 3. Sidon. Apoll. lib. IV, Epist. 18. LINDENBR.

Locatis sarracis.] In Editione Augustana legitur *sarriculis:* in MSS. [Colbert.] *et Tolos. Vatic.* et Flor. *sarraclis:* in Valentino autem codice *sarraculis,* teste Ant. Loisello. Postremo in exemplari Regio scriptum inveni *carrucis:* quam scripturam omnium deterrimam esse existimo VALES. Cf. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. T. I. p. 340. et Casaub. T. II. p. 222. W.

20. *Persae, qui sunt originitus Scythae.*] Persas posuit pro Parthis. Nam de Parthis quidem id scriptores antiqui docent, eos originem ex Scythis ducere. Sic Trogus Pompeius in lib. 2. c. 1. et lib. 41. c. 1. et ex illo Iordanes in Geticis. Sic Q. Curtius in lib. 6. c. 2. et Stephanus Byzantius, et Arrianus in Parthicis, qui imperante apud Aegyptios Sesostri, apud Scythas autem Iandyso, Scythas in eam regionem quae Parthia dicitur, migrasse memorat. Arriani verba referuntur in Bibliotheca Photii. Auctor quoque Chronici Alexandrini Scytharum iuventutem ait a Sesostri in Parthiam esse translatam. Ex quibus liquido apparet, Marcellinum Persas pro Parthis perperam dixisse. Eadem licentia Tertullianus in libro de Pallio dixit: *Scythae exuberant Persas.* Idem tamen castigatius loquitur in libro de Anima: *Dum aborigines occupant terras, ut Scythae Parthicas.* VALES.

Originitus] Sic *nativitus* apud Tertull. de Anim. cap. 12. LINDENBR.

21. *Hunnis per omnia suppares.*] Et hunc locum Iordanes imitatus est in Geticis, cum ait: *Alanos quoque pugna sibi pares, sed humanitatis victu formaque dissimiles, frequenti certamine fatigantes subiugavere.* VALES.

La .... cinando et venando] Suppleri percommode potest hoc modo, *latrocinando et venando.* LINDENBR.

Latrocinando et venando] Ut quidem supplendum esse vidit primus ac monuit Bongarsius ad Iustini librum secundum, quum in prioribus editis esset hiatus. Ceterum non intelligo, qua auctoritate modo Parisini ediderint *Bosporum,* quum et Henrici Valesii, et Lindenbrogii, et Augustana editiones habeant *Bosphoron,* quod rite correctum revocavi. Sed et paulo ante video in Augustana legi, *sic crinibus mediocriter flavis.* Modo igitur constet ratio viris doctis, qui voculam primam eiecerunt; quod ipse non paterer, si legeretur in MSS. GRON.

22. *Iudicatur ibi beatus*] Eadem opinio Massagetis. Strabo lib. XI. p. 513. Almel. Θάνατος νομίζεται παρ' αὐτοῖς ἄριστος, ὅταν γηράσαντες κατακοπῶσι μετὰ τῶν προβατείων κρεῶν, καὶ ἀναμὶξ βρωθῶσι· τοὺς δὲ νόσῳ θανόντας ῥίπτουσιν, ὡς ἀσεβεῖς καὶ ἀξίους ὑπὸ θηρίων βεβρῶσθαι. *Tertull. advers. Marc. lib. I. cap. I. de Ponti circumcolis: *Parentum cadavera cum pecudibus caesa, convivio convorant.** LINDENBR.

23. *Ne tugurium quidem*] Ita restitui ex editione Henrici, Lindenbrogii, Augustanae, quum temere, ut opinor, nuper dederint Parisini *nec tug.* GRON.

Gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem] Ab origine rerum veteres pro Diis immortalibus hastas coluere, inquit Iustin. lib. XLIII. c. 3. Hinc non Alanis tantum,

ſed Scythis in univerſum uſu receptum fuit, enſes loco numinis venerari. Pomp. Mela lib. 2. capite 1. *Mars omnium Deus, ei pro ſimulacris enſes et tentoria dedicant, hominesque victimis feriunt.* Solinus cap. 20. *Populis iſtis Deus Mars eſt, pro ſimulacris enſes colunt.* De hoc enſe notanda quae Priſcus Sophiſta in Eclog. legation. refert pag. 50. Ἔσεσθαι δὲ οὐκ εἰς μακρὰν τῆς παρούσης αὐτῷ δυνάμεως αὔξησιν συμβαίνειν καὶ τοῦτο τὸν θεὸν τὸ τοῦ Ἄρεος ἀναφήναντος ξίφος· ὅπερ ὂν ἱερὸν καὶ παρὰ τῶν Σκυθικῶν βασιλέων τιμώμενον, οἷα δὴ τῷ ἐφόρῳ τῶν πολέμων ἀνακείμενον, ἐν τοῖς πάλαι ἀφανισθῆναι χρόνοις, εἶτα διὰ βοὸς εὑρεθῆναι. Quem locum Priſci etiam Iordanes laudat in Hiſtoria Gothica: — *Gladius Martis inventus ſacer apud Scytharum Reges ſemper habitus quem Priſcus Hiſtoricus tali refert occaſione detectum: Quum paſtor, inquiens, quidam gregis unam buculam conſpiceret claudicantem, nec cauſam tanti vulneris inveniret, ſollicitus veſtigia cruoris inſequitur, tandemque venit ad gladium, quem depaſcens herbas bucula incaute calcaverat, eſfoſſumque protinus ad Attilam defert.* Ceterum de Scythico hoc Deo vide Herodot. lib. IV. c. 62. Arnob. adverſ. Gent. lib. VI. et quae ad Ammian. notata lib. XVII. LINDENBR.

[*Gladius b. r. humi figitur nudus: eumque ut Martem regionum ſuarum praeſulem verecundius colunt.*] Quod Ammianus heic de Alanis dicit, idem Iordanes in Geticis Scythis omnibus, atque Hunnis tribuit, *quibus per omnia ſuppares* fuiſſe Alanos Ammianus diſerte teſtatur. De gladio Martis humi defixo, qui ſacer apud Scytharum Reges habebatur, a paſtore reperto, et ad Attilam Hunnorum Regem delato, verba Iordanis Priſcum Hiſtoricum ſecuti talia ſunt:* *Addebat ei tamen confidentiam gladius Martis inventus, ſacer apud Scytharum Reges ſemper habitus: quem Priſcus Hiſtoricus tali refert occaſione detectum. Cum paſtor quidam gregis unam buculam conſpiceret claudicantem, nec cauſam tanti vulneris inveniret, ſollicitus veſtigia cruoris inſequitur, tandemque venit ad gladium, quem depaſcens herbas bucula incaute calcaverat, eſſoſſumque protinus ad Attilam defert. Quo ille munere gratulatus, ut erat magnanimus, arbitratur ſe totius mundi Principem conſtitutum, et per Martis gladium poteſtatem ſibi conceſſam eſſe bellorum.* Haec a Priſco Sophiſta, Theodoſii Iunioris Aug. aequali, Byzantinae Hiſtoriae Scriptore diligentiſſimo, Iordanes accepit: ex quo iudicari facile poteſt quanti facienda ſint, maxime cum Ammiani noſtri auctoritate confirmentur.] VALES.

Quas circumcircant.] De hac lectione loquitur Hadrianus Valeſius in praefatione p. LXVI. Sed debuit ſcire et fateri diu ante Colbertinum ipſi inſpectum ſic legendum iuſſiſſe ex Vaticano codice Iſ. Voſſium in notis ad Melam pag. 114. quum iam et ex Florentino produxiſſet veſtigia eius Lindenbrogius. Quod autem mox editur *quid portendatur,* noſſe oportet ab Henrico editum *portenditur,* ab Lindenbrogio *portendetur,* in Auguſtana *portetur,* idque eſſe et in Vaticano libro diſco ex manu paterna, quae et ex Barthio lib. II. Adverſar. cap. 12. annotavit idem probante et teſtante de codice Opſopoei, et opinor verum. GRON.

24. *Futura miro praeſagiunt modo: nam rectiores virgas*] *Scholiaſt. Nicandri in Theriacis pag. 40. ad illum verſum (511.): Καὶ μυρίκης λάζεο νέον· μάγοι καὶ Σκύθαι μυρικίνῳ μαντεύονται

ξύλῳ· καὶ γὰρ ἐν πολλοῖς τόποις ῥάβδοις μαντεύονται. Cyrill. Alex. in Oſeam cap. 44. pag. 142. ῥαβδομαντεία· δύο γὰρ ἱστάντες.* Scytharum hanc divinationem ita deſcribit Herodotus lib. IV. c. 67. Μάντιες δὲ Σκυθέων εἰσὶ πολλοὶ, οἱ μαντεύονται ῥάβδοισι ἰτεΐνῃσι πολλῇσι ὧδε· ἐπεὰν φακέλους ῥάβδων μεγάλους ἐνείκωνται, θέντες χαμαὶ, διεξελίσσουσι αὐτοὺς, καὶ ἐπὶ μίαν ἑκάστην ῥάβδον τιθέντες, θεσπίζουσι, ἅμα τε λέγοντες ταῦτα συνειλέουσι τὰς ῥάβδους ὀπίσω, καὶ αὖτις κατὰ μίαν συντιθεῖσι. αὕτη μέντοι ἡ μαντικὴ πατρωΐη σφι ἐστί. Qualis fere etiam Germanorum fuit, ut *M. Adamus ſcribit, Hiſtor. Eccleſ. cap. VI. *Auſpicia et ſortes quam maxime obſervabant. Sortium conſuetudo ſimplex erat: virgam frugiferae arbori decifam in ſurculos amputabant, eosque notis quibusdam discretos ſuper candidam veſtem temere ac fortuito ſpargebant. Mox ſi publica fuit conſultatio, Sacerdos populi; ſi privata, ipſe paterfamilias precatur Deos, coelumque ſuſpiciens ter ſingulos tollit, ſublatos ſecundum impreſſam ante notam interpretatus eſt.* Vide Caeſar. de Bell. Gall. lib. I. c. 50. et Tacit. de Morib. c. 10.* LINDENBR.

C A P V T III.

1. *Ermenrichi.*] Is eſt, qui Ermanaricus a Iordane dicitur in Hiſtoria Gothorum, quem vide. VALES.

2. *Fundatus et habilis diu cunctatus eſt.*] Cum in exemplari Regio, *Tol. Vatic.* [et Colbert.] ſcriptum inveniſſem, *fundatus eſt habilis diu conatus eſt:* non dubitavi, quin locus emendandus eſſet hoc modo, *quamvis manere fundatus et ſtabilis diu conatus eſt.* Sic enim loqui ſolet Marcellinus. VALES.

3. *Ad amnem Danaſtum*] Inf. *prope Danaſti margines.* Iordanes de reb. Goth. *A Danaſto extenduntur usque ad Danubium, quae flumina multis manſionibus ab invicem abſunt.* LINDENBR.

*Ad *amnem Danaſtum.*] *Danaſtium* codex Regius praefert, *et Vatic. Toloſ. [et Colb.] forte pro *Danaſtrum.** Iordanes *Danaſtrum* vocat, et Conſtantinus Porphyrog. in cap. 8. de adminiſtrando Imperio. [Nunc dicitur *Dneſter*, ſeu *Dnieſter*, ac *Nieſter.* Eumdem eſſe ac Tyram tradit Cluverius in cap. 43. lib. 3. Germ. et capite 42.] VALES.

Boryſthenem (Dnieper). W.

4. *Thervingorum*] Eutrop. lib. VII. c. 5. (ubi vid. Tzſchuck. p. 538. W.) *Provincia trans Danubium facta in his agris, quos nunc Thaiphali tenent, et Victophali et Thervingi habent. Ea provincia decies centena millia paſſuum in circuitu tenuit.* LINDENBR.

Ut ante relatum eſt] L. XXVII. c. 5. W.

5. *Caſtris denique prope Danaſti, etc.*] Nil variant libri ſcripti: forſan tamen ſic legendum erit: *Caſtris denique prope Danaſti marginis aggerem in Ungorii valle longius opportune metatis.* LINDENBR.

Aggere ut Ungorii vallem.] Inter locos qui in hoc Auctore a nobis restituti sunt, hic merito palmam ferat. Quid enim corruptius vulgata scriptura? quid contra apertius et certius hac emendatione? *Castris denique prope Danasti margines ac Greutungorum vallem longius opportune metatis, etc.* Hunni quippe traiecto Tanai primos invaserant Alanos, qui Tanaitae dicebantur, idcirco quod ad flexum Tanais fluv. sedes habebant, ut docet Ptolemaeus in Descriptione Europaeae Sarmatiae: deinde Greuthungos aggressi sunt, qui Tanaïtis confines erant, ut supra docuit Marcellinus. Eosdem *Greuthungos* (sic enim ibi codex Regius, *Tolos.* [et Colbert.]) memoravit in lib. XXVII. c. 5. §. 6. ubi longe trans Danubium habitasse dicuntur. Quamquam Basiliensis Editio *Greutungos* sine adspiratione ibidem praeferebat. Idatius in Fastis et in Chronico *Greothingos* nominat: Zosimus vero in lib. 4. c. 38. Γροθίγγους. Sic enim scribendum est. At Claudianus de IV. Consulatu Honorii v. 623. et in Eutropium lib. 2. v. 153. Grutungos vocat, [ut et Pollio in Claudio c. 6.] VALES.

6. *Rumpente noctis tenebris Luna.*] Aut scribendum est *tenebras*, aut sane *erumpente noctis tenebris Luna.* VALES.

7. *Gerasi fluminis.*] Quod ad Orientem erat antiquae Daciae. Eumdem enim esse Gerasum existimo cum eo quem Ptolemaeus ἱέρασον vocat in Descriptione Daciae, et sola pronuntiatione differre *haec nomina. Accolis nunc dicitur *Prut*, teste Cluverio in lib. 3. c. 41.* VALES. Kantemirius (Beschreib. der Moldau S. 44.) memoriae, ut videtur, lapsu, hunc fluvium ait apud Ammianum Parotae nomine occurrere. W.

Lorica] h. l. de muro, ut c. 15. W.

8. *Inusitatum antea hominum genus*] Ernestius „vide, inquit, ne legendum sit *invisitatum;* nam hae voces saepius confusae sunt. vid. Drakenborch. ad Livii v, 34. Certe eidem Livio v, 17. *gens invisitata* dicitur. cf. Tacit. Hist. II, 50." Eadem sententia est Thomae Wopkensii in Miscell. Observ. novis T. X—XII. p. 229. Cf. XXX, 4, 17. W.

Modo ruens.] Sic Accursius edidit, ex coniectura, ut opinor. Certe in MSS. Flor. et Regio *et Tol.* [ac Colb.] *et Vat.* legitur, *modo nierum.* VALES. Unde videtur corrigendum, *quod inusitatum antehac hominum genus, modo, nivium ut turbo montibus celsis, ex abdito sint coortum, eis.* Nam *modo coortum* debet iungi. GRON.

Ab arvis patentibus iam peregrini fulm. Martis.] Magis placet exemplaris Regii *et Tolos.* [ac Colb.] scriptura, *distinguitur a Barbaris patentibus iam peregrini fulminibus Martis.* Sensus autem hic est, ideo Gothos Thraciae sedes elegisse, quod Histro flumine Thracia dirimeretur a barbaris gentibus, quae bellicis cladibus, et Marti iam peregrino expositae erant. Mars enim in Thracia natus dicitur, ut docet Arnobius in lib. 4. contra Gentes: *Quis Spartanum fuisse Martem? nonne Epicharmus auctor est? quis in Thraciae finibus procreatum? non Sophocles Atticus cunctis consentientibus theatris?* Hinc Manilius in lib. 4. Astron. v. 689.

— — — *et Threce Martem sortita colonum.* VALES.

CAPUT IV.

1. *Occupavere*] Thervingi. W.

2. *Praetenditur*] cf. xv, 11, 9. xxii, 8, 29. et, quos Ernestius laudat, Tacit. Annal. ii, 55. Salmaf. ad Solin. p. 295. W.

4. *Negotium laetitiae fuit potius quam timori*] Sic fcripfiffe Marcellinum non adducor ut credam. Legendum videtur *propius*, eadem permutatione, quae in Cicer. de Offic. i, 15. locum habet. Ibi equidem non dubito eorum accedere fententiae, qui *propius attingere* unice verum effe exiftimant. ERF.

Adulatoribus in maius fortunam Principis extollentibus] Eunapio tefte (de Legationib. p. 19) ad Valentis animum non exiguos ftimulos admoverat fimultas in nepotes ex fratre, qui regnum inter fe partiti erant, avunculo non appellato, receptis itaque barbaris vires fe imperii non parum auxiffe ille fibi perfuaferat. Cf. Reitemeier. ad Zofim. iv, 20. p. 588. et Heyne p. 638. W.

* *Thracenfes necopinanti offerrent.*] Sic primus edidit Mariangelus Accurfius, corrupte, ut apparet. Nam Gothi qui e Scythia in Thraciam transferebantur, ob id Thracenfes vocari non poterant. In MIf. codicibus Vatic. et Regio [ac Colb.] fcriptum eft, *tharens ei nec opinanti offerret*, pro *trahens*. Sed veram lectionem nullius litterae transpofitione corruptam exhibet codex Tolofanus, in quo totus hic locus ita fcribitur: *Eruditis adulatoribus in maius Principis fortunam extollentibus, quod ex ultimis terris tot tirocinia trahens, ei nec opinanti offerret, etc.** VALES.

5. *Hacque perfuafione.*] Sic edidit Accurfius ex coniectura, ut arbitror. Nam in codice Regio, *Tolof. et Vat.* fcriptum inveni, *hacques permittuntur, etc.* [in Colb. *hacque permitt.*] Ex quo apparet ita potius emendandum fuiffe, *Hacque fpe mittuntur diverfi, etc.* VALES.

Everfurus derelinqueretur] Ego fic edidi fecutus Henricum Valefium, Lindenbrogium, editionem Auguftanam. Reddant nuperi Parifienfes caufam, cur pofuerint *relinqueretur*. GRON.

Cavatis arborum alveis] μονοξύλοις Zofim. iv, 38. Cf. xvi, 11, 9. et Claudian. in iv. Conf. Hon. 623. W.

6. *Eminentiffimus vates*] Virgilius Georg. ii, 106. — *Truduntur.* Sic e cod. Colbertino pro *turbentur* dedit Hadr. Valefius, quem vide praef. p. LXI. W.

7. *Refipifcant tandem memoriae veteres.*] Omnino fcripfiffe Marcellinum exiftimo: *Revivifcant tandem etc.* Sic enim poftulat totius loci fententia. Sed fequentia mirum in modum corrupta funt, quae absque librorum fubfidio nemo, ut opinor, emendaverit. HENR. VALES. An credibile eft Henricum, poftquam haec in prima editione temere effudit, non deinceps unquam hoc egiffe, ut dignaretur Ifaaci Voffii obfervationes in Melam perlegere? Sed neque tota vita fua Hadrianum easdem infpexiffe; hoc eft, utrumque fibi nixum, et de aliis arroganter iudicantem tamdiu et in tanta defperatione et vana fequentium notarum haefitatione (ubi illud *quaefitae in unum* rurfus nonnifi ex fequentibus verfibus menti fuae illudere Henricus paffus eft) ineptire? Certe laurea dignam femper iudicavi hanc Voffianam reftitutionem (ad

Melam II, 2. p. 182. W.): *quae ductum Hellesponti occupantes, et discidio quodam fabrili, mare sub imo Athonis pede quaesitum exponunt, et turmatim apud Doriscum exercitus recensitos, concordante etc.* Quam quidem tanti iudicavi, ut deberet locum suum occupare, quo saltem uno illic posito asterisco nova haec editio purgata exeat, quem ita vulgo collocabant: *quae dudum Hellespontum occupantes, et discidio quodam fabrili maris. ubi montonis *quaesitum exponunt* Unum modo in his considera, an non ex antiqua lectione pateat auctorem scripsisse *ductum Hellespontium;* dein *exercitus recensetos,* de quo alibi. GRON. Corruptam librorum scripturam, quando non omnem difficultatem tollit Vossiana emendatio, Ernestium secutus postliminio restitui. W.

Quaesitum exponuntur.] Fortassis ita scripserat Marcellinus, *quaesitae in unum exponuntur.* supple *acies.* quo modo loqui solet. Sed in exemplari Regio [et Colbert.] scriptum inveni, *quaesitum exponunt,* supple *memoriae veteres.* VALES.

Exercitus recensetur.] Mallem equidem sic scribi, *et turmatim apud Doriscum exercitus recensentur.* Eadem enim figura in lib. XVIII. c. 6. §. 23. Marcellinus dixit: *Quousque nobis Doriscum et agminatim intra consaepta exercitus recensitos Graecia fabulosa narrabis?* Tanta quippe tamque infinita diversarum gentium multitudo convenerat, ut singuli populi iustorum exercituum speciem referrent. Ceterum bis in eo itinere Xerxes copias recensuit: primo Abydi, deinde in opido Thraciae Dorisco, ut docet Herodotus in VII. c. 60. Quocirca coniicere quispiam possit hic scribendum esse, *ubi...... Abydi quaesiti in unum exponuntur, etc.* VALES.

8. *Alaviro* Alarico. *Fritigernus* Fredegarius, Friedlieb, Gernfried. — Sic Reinelius. W.

9. *Cum difficilibus necess. articulis.*] Hunc locum praeclare mihi videor restituisse. Cum enim in codice Regio, *Tolos. Vat.* [et Colbert.] scriptum sic reperissem, *cum difficiles, etc.* non dubitavi quin Marcellinus noster ita scriptum reliquisset: *Cum difficiles necessitatum articuli correctores rei militaris poscerent aliquos, etc.* Quinetiam eadem in periodo paullo supra emendavi, *nostri limitis reseratis obicibus,* cum antea vitiose legeretur *limites.* Sed emendatio nostra etiam Regii codicis auctoritate fulcitur, in quo lectionem hanc nostram superscriptam inveni. VALES.

10. *Quorum insidiatrix aviditas.*] Idem scribit Hieronymus in Chronico: *Anno Dom. 378. gens Hunnorum Gothos vastat: qui a Rom. sine depositione armorum suscepti, per avaritiam Maximi Ducis ad rebellionem fame coacti sunt.* Hieronymum sequitur, ut solet, Orosius in lib. VII. cap. 33. Notetur interim Valentis imprudentia, qui tot numero barbaros minime depositis prius armis in Romanum solum recepit. Quamquam eius rei culpa fortasse non ipsi Valenti, sed eius Ducibus tribuenda est. Valens enim, ut scribit Eunapius et Zosimus IV, 20. iusserat, ut Gothi nonnisi traditis armis traiicerentur. Sed Duces quibus traiectionis cura mandata fuerat, lucro dumtaxat ac compendio proprio inhiantes, id tantum curaverunt, ut praestantes forma mulieres, et formosos pueros, servosque et colonos sibi robustos seligerent. Quidam

etiam muneribus corrupti, cum linea accepiſſent texta, et ſtragula utrimque villoſa, barbaros cum armis traiecerunt. Alterum item Valentis conſilium laudandum eſt, quod refertur ab Eunapio in Excerptis legationum. Iuſſerat enim Valens, ut ante omnia imbellis aetas utriusque ſexus transveheretur, utque ii per diverſas orbis Rom provincias diſtribuerentur, quo fidei reliquorum atque obſequi quidam quaſi obſides eſſent Haec porro Gothorum traiectio contigit Valente Aug. V. et Valentiniano Iun. Coſſ. anno Dom. 376. ut recte ponit in Faſtis Idatius, non autem 378. ut Hieronymus. VALES.

Apud ſui periculi iudices.] Sui periculi iudices ſunt ipſi qui facinus admiſerunt. Hi igitur, ait Marcellinus, ſi in ſua cauſa ac proprio periculo iudices conſtituerentur, ne ipſi quidem hoc facinus impunitum dimitterent. Hanc autem loquendi formam ſumſiſſe videtur ex Cicerone, qui in Orat. pro Deiotaro initio ſic dicit: *Nemo enim fere eſt, qui ſui periculi iudex, non ſibi ſe aequiorem quam reo praebeat.* *Quod brevius et eleganter dixit Seneca in lib. 2. de Beneficiis, cap. 26. *Nemo non benignus eſt ſui iudex.** Et Ovidius in lib. 3. de Ponto, Epiſt. 6. v. 9.

Huic ego qui patior, nil poſſem demere poenae,
Si iudex meriti cogerer eſſe mei.

Id Graeci eleganter dicunt αὐτῷ δικάζειν, ut loquitur Chryſoſtomus Homilia 37. in Matthaeum: πῶς οὖν τὰ ἐναντία ψηφίζεσθε νῦν, ὅτι οὐχ᾽ ἑτέροις ἀλλ᾽ ὑμῖν αὐτοῖς δικάζετε· τοσοῦτον ἡ φιλαυτία γίνεται κώλυμα εἰς τὸ συνορᾷν τὸ δίκαιον. διὰ τοῦτο ὅταν μὲν ἑτέροις κρίνωμεν, μετὰ ἀκριβείας ἐξετάζομεν; ὅταν δὲ ἡμῖν αὐτοῖς δικάζωμεν, ἐσκοτώμεθα, etc. Nec ignoro virum doctiſſimum *) in Notis ad Hiſtoriam Auguſtam hunc Marcellini noſtri locum aliter explicuiſſe, de Praefectis nempe Praet. a quibus appellare non licet. Sed haec interpretatio nec verbis nec ſententiae Auctoris noſtri reſpondet. VALES.

11. *Quantos*] quot. Sic, monente Erneſt. in Cod. Theodoſ. l. 3. de agentibus lib. 6. t. 27. Tanti pro tot habuimus XXVII, 7. 7. W.

Inter quae ducti ſunt Optimatum.] Hunc locum ſic legendum ac ſupplendum eſſe exiſtimo: *Pro ſingulis dederant mancipiis: inter quae et filii ducti ſunt Optimatum.* In codice quidem Regio [et Colbert.] et in Editione Aug. legitur, *dederant mancipiis.* VALES.

12. *Quorum arbitrio regebatur*] Erat enim etiamtum impuber Vithericus. Vid. c. 3. W.

13. *Abſceſſit*] in loca remotiora. *Memor Valentem — deſpexiſſe* XXVII, 5. W.

---

*) Vir iſte doctiſſimus eſt Salmaſius ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. 1. p. 334. Idem ille vero, teſte Reineſio, eundem locum tractavit de modo uſurar. c. 15. p. 673. ubi *periculum* eodem, quo apud Cornelium Nepotem in Epaminonda c. 8. legitur, ſignificatu accipit et iudices iſtos αὐτογνώμονας ſ. ἰδιογνώμονας dictos eſſe ſtatuit. W.

CAPVT V.

1. *Dissimulatione*] incuria, negligentia, ut XX, 4. XXVIII, 4. W.

Nefandis nudandi commerciis.] Caussam huius quoque lectionis edit Hadrianus in praefatione, (p. LXII.) cui pro tempore obsequor. GRON.

2. *Vertendi* verti se *mussabant.* — *Proficisci* interiora terrarum petere, sed dissociatis catervis. W.

4. *Ut et imperiis obediret et Regibus validis iungeretur, incedens segnius*] Profectus est quidem, ut imperatoris iussibus parere videretur, sed lentius, ut, qui recens advenerant, Ostrogothos ad arma cum ipso consocianda invitaret. W.

6. *Quod accidens*] Sic edidit Hadr. Valesius (v. Praef. p. LXVI.) cum in cod. Colbert. *quae accedens* reperisset. Antea legebatur *Quae accidisse.* W.

In nepotali mensa.] *Sueton. in Caligul. cap. 37. *Nepotinis sumtibus.** Festus: *Nepos luxuriosus a Tuscis dicitur: nam nepotes sunt luxuriosi homines appellati.** Tertull. Apolog. cap. 46. *Aristippus in purpura sub magna gravitatis superficie nepotatur.** Vide Isidor. Origin. lib. X. LINDENBR.

* *Satellites omnes, qui pro Praetorio honoris et tutelae caussa duces praestolabantur.*] Lege Procopium in libro 2. Vandalicorum pag. 161. et Hieronymum in Micheam pag. 541.* VALES.

7. *Adscensis equis volarunt.*] Scribendum puto, *evolarunt.* Ceterum Iordanes in Geticis non hoc astu scribit evasisse Fritigernum, sed districto gladio viam sibi ad suos aperuisse. VALES.

8. *Triste sonantibus classicis*] Claudian. in Rufin. II, 57. *rauca sonare cornua.* W.

Pilando villas et incendendo.] Neque enim opinor debuisse me adhaerere nuperae Parisiensi, quae delicias hic sibi et nobis fecit mutans *praedando:* quasi non iam capite secundo huius libri occurrisset *castra inimica pilantes.* Et utique notavit ipse Henricus ad libri XIV. caput secundum. GRON.

10. *Rerum digerere summitates*] summa sequi fastigia rerum. Sic Ernest. W.

11. *Tenebris obsusam aliquando fuisse Remp.*] Eleganter et Latine. Sic *oculos suffusos* dixit Plin. lib. VIII. cap. 50. *Virgil. Aen. I, 228. *Lacrymis oculos suffusa nitentes.** Et Ulpian. L. 5. §. 3. ff. ad L. Aquil. *Forma calcei cervicem percussit, ut oculus puero perfunderetur.* LINDENBR.

12. *Inundarunt Italiam ex abditis.*] Vide Flor. lib. III. cap. 3. LINDENBR.

Quid potestas Martia de habitu prudentiae valeat.] Pleonastice positum *de,* ut saepius illo aevo. Vide quae notavimus ad XXIX, 3, 8. W.

13. *Marco itidem moderante Imperium, etc.*] Locus foedissime in omnibus, quae vidi, exemplaribus corruptus. Et qui corrigere eum hactenus conati sunt, feliciusne an audacius id tentaverint, ipsi viderint: mihi religio est temere quod sine auctoritate veteris scripturae moliri. Res ipsa autem ex Dione LXXI, 8. Eusebio, Eutrop. lib. VIII. c. 13. Oros. lib. VI. cap. 15. et Histor. Augg. Scriptoribus nota est. LINDENBR.

Post urbium captarum, etc.] Hic locus mirifice corruptus est, quem tamen emendare conati sunt viri doctissimi Casaubonus atque Salmasius, uterque in Notis ad Historiam Augustam T. I. p. 353. Et Casauboni quidem coniectura haec est: *Post urbium captarum et direptarum, et pessumdatarum cunctarum provinciarum interitus, cum partes eorum exiguas reliquisset intactas......: Verum, etc.* At Salmasius sic emendat: *Post urb. capt. et dirept. casum, post pessumdatos pop. Rom. exercitus, partes eorum exiguas reliquit intactas.* Sed quis credat Marcellinum nostrum ita scripsisse? Priori quidem coniectura nihil excogitari potuit infelicius, et a Marcellini genio magis alienum. Ac profecto ut desperatis aegris adhiberi remedia vetat Hippocrates, ita etiam a desperatis Auctorum locis abstinendum esse existimo. Illud itaque dumtaxat monebo, locum esse quemdam in lib. XX. cap. 5. qui cum hoc collatus auxilio esse possit: sic enim habet: *Cum dispersa gentium confidentia, post civitatum excidia peremptaque innumera hominum millia, pauca quae semiintegra sunt relicta, cladis immensitas persultaret.* VALES. Nemo miretur ab Henrico sic pronuntiari de coniectura Casauboni, quum ipse eam vitiarit citando *eorum*, quum Casaubonus ediderit *earum*. Salmasius autem non sustinuit *post pessum datos*, sed ut legitur in MSS. editis *et pessum datos*, agnoscens locum desperatum: interim uterque consentit ad *in unum spirando*, ut est in Augustana etiam editione, Lindenbrogii et Henrici, nescio cur nupera Parisiensi omittente particulam. Prior pars videtur ita suppleri velle: *post pericula urbium captarum et direptarum:* posterior forsan ita commodior procedit: *et post multos militum ac protectoris* (Quidni *procuratoris?* ERF.) *interitus.* Ut protectorem innuat M. Vindicem, quem ἔπαρχον isto tempore oppressum refert nominatim Dio Lib. LXXI. c. 3. GRON.

14. *Nondum solutiore mollitie.*] In MSS. Regio *et Tolos.* et Editione Aug. sic legitur, *nondum solutio restitutae mollitie.* Quare non dubito quin Marcellinus ita scripserit: *Nondum solutioris vitae mollitie, etc.* VALES.

15. *Duobus navium millibus perrupto Bosphoro.*] Historiae illustrandae locum ex Trebellio Poll. adscribam in Claudio c. 6. Sub illo enim gesta sunt, quae hic narrantur. *Scytharum diversi populi, Peucini, Trutungi, Austrogothi, Virtingui, Gipedes, Celtae etiam et Heruli praedae cupiditate in Romanum solum et Rempub. venerunt, atque illic pleraque vastarunt, dum aliis occupatus est Claudius, dumque se ad bellum quod confecit, imperatorie instruit, ut videantur fata Romana boni Principis occupatione tentata: sed credo, ut Claudii gloria accresceret, eiusque fieret gloriosior toto penitus orbe victoria. Armatarum denique gentium trecenta viginti millia tum fuere. Habuerunt praeterea duo millia navium, duplicem scilicet numerum, quam illum, quo tota pariter Graecia omnisque Thessalia, urbes etiam Asiae quondam expugnare conata est.* LINDENBR.

Duobus navium millibus perrupto Bosporo.] Consentit quidem Pollio in Claudii gestis [vid. Casaubonum ibi p. 365. W.]: sed Zosimus in lib. I. c. 42. [ubi v. Reitemeier p. 557. W.] sex millia navium habuisse barbaros scribit. Suidas vero in v. σκύθαι, ubi illum Zosimi locum adducit, habet πλοῖα ἐννακόσια corrupte, ut

ut apparet. Ceterum etiam antea Scythae in Asiam irruperant Valeriani Aug. temporibus, ut idem Zosimus, et Iordanes in Geticis scribit: ut dubium esse possit, utram hic Scytharum traiectionem intellexerit Marcellinus. VALES.

16. *Ceciderunt dimicando cum barbaris Imperatores Decii.*] Aurel. Victor de Caess. c. 29. *Deciorum mortem plerique illustrem ferunt. Namque filium audacius congredientem cecidisse in acie: patrem autem, cum perculsi milites ad solandum Imperatorem multa praefarentur, strenue dixisse, detrimentum unius militis parum videri sibi. Ita refecto bello cum impigre decertaret, interiisse pari modo.* LINDENBR. Deciorum mentio, si exigas ad chronologiam, aliena ab hoc loco videtur. W.

Obsessae Pamphyliae civitates, insulae populatae etc.] Trebellius Poll. in Gallienis c. 13. *Inter haec Scythae per Euxinum navigantes Istrum ingressi, multa gravia in solo Romano fecerunt. Quibus compertis Gallienus Cleodamum et Athenaeum Byzantios instaurandis urbibus muniendisque praefecit. Pugnatum est circa Pontum, et a Byzantiis ducibus victi sunt barbari. Veneriano item duce navali bello Gothi superati sunt; tum ipse Venerianus militari periit morte. Atque inde Cyzicum et Asiam, deinceps Achaiam omnem vastaverunt.* LINDENBR.

Insulae populatae.] Creta scilicet, Cyprus, et Rhodus, imperante Claudio a Scythis vastatae sunt; ut scribit Pollio in Claudio c. 12. et Zosimus 1, 46. VALES.

Thessalonicam circumsedit.] Scythae imperante Valeriano Thessalonicam diuturna obsidione presserunt; ut refert Zosimus 1, 29. Iordanes, et Georgius Syncellus in Chronico. Sed et postea regnante Claudio eamdem civitatem aggressi sunt, itidemque Anchialum et Cyzicum, teste Zosimo 1, 43. VALES.

Anchialos capta, et tempore eodem Nicopolis.] Trebell. Poll. in Claud. c. 12. *Sub hoc barbari qui superfuerant, Anchialo vastata conati sunt Nicopolim etiam obtinere. Sed illi provincialium virtute obtriti sunt.* LINDENBR.

Nicopolis quam indicium victoriae contra Dacos Traianus condidit.] Imitatus Pompeium, qui ob victoriam de Mithridate in minore Armenia Nicopolim quoque exstruxit. Pausanias lib. x. De Traiani bellis contra Dacos et Decebalum Dio lib. 68. c. 6. ss. P. Patricius in Eclog. legat. LINDENBR. Cf. Tillemont. T. II. P. 1. p. 308. W.

17. *Excisa est Philippopolis.*] Excidium hoc in Decii tempora incidit. Vide Zosim. lib. 1. c. 24. LINDENBR.

Excisa et Philippopolis.] Regnante Decio, ut ex Dexippo scribit Georgius Syncellus in Chronico, cuius verba profert Scaliger in Eusebiano Chronico pag. 71. Ex quibus apparet nullum hic ordinem temporum a Marcellino nostro servatum fuisse. VALES. Cf. Tillemont. T. III. P. 2. p. 591. W.

Claudio gloriosa ductore, et eodem honesta morte perempto] Mortis genus Aurel. Victor Epit. c. 34. indicat: *Claudius cum ex fatalibus libris quos inspici praeceperat, cognovisset, sententiae in Senatu dicendae primi morte remedium desiderari, Pomponio Basso, qui tunc erat, se offerente, ipse vitam suam, haud passus responsa frustrari, dono Reipublicae dedit.* Alii ta-

men morbo eum periiſſe aiunt. LINDENBR. Cf. Tillemont. T. III. P. 3. p. 1020. W.

Aurelianum acrem virum.] Rufus Feſtus c. 8. *Traianus Dacos ſub Rege Decebalo vicit, et Daciam trans Danubium in ſolo barbarico provinciam fecit, quae in circuitu habuit decies centena millia paſſuum. Sed ſub Gallieno Imp. amiſſa eſt, et per Aurelianum, translatis exinde Romanis, duae Daciae in regionibus Moeſiae et Dardaniae factae ſunt.* LINDENBR.

Per longa ſaecula] per longum tempus. W.

CAPVT VI.

1. *Curare hiberna*] hiberna agere, ut XIX, 11. init. W.

2. *Civitatis Magiſtratus.*] Id eſt Duumvir. Sic Magiſtratus pro Duumviro ſumitur in toto Titulo Codicis Theod. de Decurionibus. Et apud Optatum in lib. 1. itemque in Geſtis purgationis Caeciliani, Caecilianus *Magiſtratus* et *Duumvir* promiſcue appellatur. Eodem ſenſu Magiſtratus ſumuntur in lib. x. Apuleii, et a Tertulliano in lib. de Corona, cum ait: *Coronant et publicos ordines laureis publicae cauſae: Magiſtratus vero inſuper aureis.* *Sic in Concilio Eliberitano capite 56.* Hi a Graecis στρατηγοὶ dicebantur, ut docent Gloſſae vett. in quibus legitur, στρατηγὸς, *Magiſtratus.* στρατηγία, *Magiſtratus.* Corinthi certe ſummus Magiſtratus dicebatur στρατηγὸς, ut indicat Arrianus in lib. 3. Diſſertat. Epicteti, cap. 1. et Libanius in Orat. pro Ariſtophane Corinthio. Apud Rhodios quoque et Tarſenſes ſummum Magiſtratum ita vocatum eſſe docet Dio in Rhodiaca et in Tarſica 1. Idem apud Epheſios nomen fuiſſe docet Lucianus in Toxari, apud Philippenſes Lucas in Actis Apoſtolorum cap. 16. Athenis quoque στρατηγοὶ oppreſſo Archontum nomine primas invaſere. Nam et apud Ciceronem in lib. v. Epiſt. 11. ad Atticum, et in decreto Athenienſium in honorem Herodis quod Ioſephus refert, στρατηγὸς primo loco nominatur ante ἄρχοντα. Denique in omnibus Graeciae civitatibus tandem obtinuit, ut ſummi Magiſtratus dicerentur Strategi, ut ex veteribus nummis et marmoribus conſtat, in quibus ἐπὶ στρατηγοῦ τοῦ δεῖνος toties occurrit. Et ſic ea vox interpretanda eſt in lib. 4. Artemidori cap. 51. et ult. et in lib. v. cap. 37. Itemque apud Euſebium in lib. 8. Hiſt. Eccl. cap. 19. τοὺς ἐν ἁπάσαις πόλεσι λογιστὰς ἅμα στρατηγοῖς καὶ ταβουλαρίοις: id eſt *Curatores ſingularum civitatum cum Magiſtratibus et Tabulariis:* qui locus etiam confirmat ea, quae de Tabulariis civitatum notavimus ſupra. Sic etiam in cap. 23. eiusdem libri, et in cap. 1. libri IX. λογιστὰς et στρατηγοὺς coniungit Euſebius, perinde ac in Collatione 1. Carthaginenſi p. 5. *Univerſos etiam cunctarum provinciarum Curatores, Magiſtratus, et ordinis viros, etc.** et in lege 2. Cod. Theod. de Canone frument. Poſtremo Origenes in libro ult. contra Celſum in fine, στρατηγεῖν dixit pro magiſtratu fungi: εἰ δὲ βούλεται ἡμᾶς ὁ Κέλσος καὶ στρατηγεῖν τῆς πατρίδος, etc.* VALES.

Cum Fabricenſibus.] Hadrianopoli Fabrica erat ſcutaria atque armorum ſub diſpoſitione Magiſtri Officiorum, ut docet Notitia Orientalis Imperii. Hadrianopolitanae Fabricae mentio ſit ab D.

Athanasio in Epist. ad Solitarios sub initium: ubi dicit Arianos Episcopos, antequam Concilium Serdicae inchoaretur, Hadrianopolim aufugisse: qua in urbe cum efficere non potuissent, ut Clerici secum communicarent, re ad Constantium relata, impetrarunt, ut x. Laicis in loco qui Fabrica dicitur, capita amputarentur: καὶ πεποιήκασιν ἀπὸ τῆς ἐκεῖ καλουμένης Φάβρικος δέκα λαϊκῶν ἀποτμηθῆναι τὰς κεφαλὰς, etc. VALES.

3. *Eminens aliquorum audacia peribat inulta, multique* cet.] Lindenbrogii hanc esse emendationem pro *peribat invitam multisque* docuit me Ernstius Observatt. Lib. I. c. 5. p. 32. qui legendum ipse putat *perimebat iis vitam, multique.* ERF.

6. *Sequendarum auri venarum periti.*] Sic loquuntur Imperatores in lege 7. Cod. Th. de Metallis; et Firmicus *in libro 8.* *Metallorum*, ait, *inventores erunt, qui latentes auri et argenti venas ac ceterarum specierum sollertibus inquisitionibus persequentur.* Hinc Claudianus in Consulatu Theodori v. 40. *venas sequaces* dixit. Ceterum auri metalla in Thracia fuisse ad Datum opidum docet Strabo in lib. 7. p. 330. Almel. et Zenobius in Adagiis. Bessi quoque Thraciae populi auri metalla exercebant, ut patet tum ex Pacati Panegyrico c. 28. tum ex Claudiano de Consulatu Theodori v. 41. Metallarii Thraces memorantur in lege 7. Cod. Th. de Metallis. VALES. Conf. Gibbon T. VI. p. 352. et Reitemeier Geschichte des Bergbaues u. Hüttenwesens bey den alten Völkern, Gött. 1785. S. 104. 105. W.

Conditoria frugum] *Conditorium* est ἀποθήκη, ut lib. XVIII. c. 9. *Conditorium muralium tormentorum.* Plinius lib. VII. c. 16. *Corpora eius miraculi gratia in conditorio Sallustianorum adservabatur hortorum.* *Retinuit Solinus eamdem rem narrans pag. 17. (c. I. p. m. 6. extr. W.) *Reliquiae adhuc in conditorio Sallustianorum videntur.* Petron. Arb. pag. 65. *Descendit in conditorium.* Et pag. 66. *Praeclusis conditorii foribus.* Pag. 67. *Fatale conditorium familiari ac viro.** Tertullianus de Resurr. cap. 44. *divini thesauri conditorium* vocat hominem. LINDENBR.

CAPVT VII.

1. *Ut super Armeniae statu pro captu rerum componeret impendentium*] Haec ita accipit interpres Gallicus: ut praesidio esset Armeniae, si forte Persae praesente rerum statu ad irruptionem faciendam uti vellent. Quae ratio ut latinitati Ammianeae non repugnet, falsam tamen esse sequentia docent, ubi legiones Armenicae Gothis oppositae dicuntur. De pactione igitur cum rege Persarum facta cogitandum: alioqui enim nudari non potuisset Armenia. W.

Antiochia protinus egressurus.] Valens Antiochia egressus est, Gratiano IV. et Merobaude Coss. ut patet ex Codice Th. in tit. de erogatione mil. ann. et in tit. de militari veste. VALES.

Et Traianum ambo Rectores.] Traianus Magister militum memoratur a Theodorito in lib. 4. cap. 29. Hist. Eccles. ubi et dictum eius refertur. Cum enim Valens Constantinopolim ingressus Traianum adversus Gothos cum exercitu praemisisset, et ille victus rediisset, conviciis a Valente laceratus est: qui cum animi

mollitiem et ignaviam ei exprobraret, Traianus libere respondit, non se a barbaris victum, sed ipsum Imp. victoriam hostibus prodidisse, quippe qui Deo bellum indixisset, ac veros Dei cultores acerbissime vexaret: atque ita Deum sibi quidem infensum, barbaris autem amicum ac propitium redderet. Est ad eumdem Traianum Epistola D. Basilii 376. et 377. Denique Palladius in Lausiaco Τραϊανὸν στρατηλάτην vocat, eiusque filiam Candidam a sanctitate vitae commendat. VALES.

3. *Numquam reperiens exitum.*] Scribendum omnino est, *nusquam reperientes exitum:* vel sane, *nullumque reperientes exitum*, ut loquitur Marcellinus infra c. 8. §. 1. VALES.

4. *Richomeres Domesticorum tunc Comes.*] Postea Magister militum *factus a Gratiano, et post ab eodem datus est Theodosio, tunc cum Gratianus Theodosium collegam adscivit Imperii, et cum eo Palatium, ac Comites rei militaris partitus est. Richomeres ergo in Oriente* Consul a Theodosio factus est cum Clearcho, anno Dom. 384. Libanius de Vita sua in fine, eum Antiochiam venisse testatur, eique Consuli ac Magistro equitum panegyricum abs se dictum esse: ῥιχομήρης ἔρχεται στρατηγὸς ἱεροῖς τε καὶ θεοῖς προσκείμενος ἄνθρωπος: *Richomeres Magister militum advenit, vir sacris Deorum immortalium addictus.* Eumdem postea Theodosius adversus Eugenium tyrannum profecturus, Magistrum utriusque militiae constituerat, Tatiano et Symmacho Coss. ut patet ex lege 13. Cod. Theod. de re militari: sed Richomeres ante expeditionem morbo decessit, teste Zosimo in lib. 4. Sunt ad eumdem Epistolae Symmachi in lib. 3. et Libanii. VALES.

Deseruerat] sc. militiam. De quo usu conf. Besselius in Miscell. philolog. crit. p. 166. W.

5. *Opidum Salices.*] Opidum Scythiae, quod ob frequentiam salictorum, ut videtur, dicebatur Ad Salices. Situm erat inter Tomos et Salmuridem, ut patet ex Itinerario Antonini [ubi vid. Wesseling. p. 226. W.]. VALES.

Intramuranis cohibita spatiis.] Lex Grammaticae postulat, ut scribatur *cohibitum*, supple *vulgus*. VALES.

7. *Tessera data gentili*] vexillis de more sublatis auditisque triste sonantibus classicis c. 5. §. 8. W.

Cuique Optimatum acceptas.] In codice Regio, *Tolos.* [Colbert.] et Flor. et in Editione Aug. legitur: *quae Optim. acceptis.* Proinde sic locum emendari debere existimo: *Accivere vastatorias manus: quae mandatis Optimatum acceptis, statim ut.* Optimates porro Gothi vocabant Duces suos, eo quod nobilitate ceteris antecellerent. Sic supra Sueridus et Colias Gothorum Optimates dicuntur, et Anaolfum Gothorum Optimatem vocat Idatius in Chronico. Aurelianus quoque apud Vopiscum in Bonoso [vid. ibi Casaub. T. II. p. 770. W.] Optimates Gothicas similiter dixit. Olympiodorus Historicus in Bibliotheca Photii: τῶν Ῥαδαγαΐσου Γότθων οἱ κεφαλαιῶται ὀπτίματοι ἐκαλοῦντο. HENR. VALES. Itane frater sequi fratrem recusat; et quum maior interponat *mandatis*, minor recalcitrans reponit *iussis*? idque quum utriusque nulla queat dari fides. Utique multo lenior medicina erit: *Quae optimatium assensu, statim etc.* GRONOV.

Incensis malleolis.] Veram huius loci scripturam ex Regio codice *et Tol.* et Editione Aug. restitui. Sic Marcellinus in lib.

XXI. c. 9. de Iuliano dixit: *Sed ille, ut fax vel incensus malleolus volucriter ad destinata festinans, etc.* VALES.

Ad carraginem quam ita ipsi appellant, aliti velocitate regressae] Quod Ammianus, Flav. Vopiscus in Aureliano c. 10. Trebellius Poll. in Gallienis c. 13. et si qui alii, *carraginem*, id Graeci Tactici καραγὸν appellant. Leo Imp. Καραγὸς λέγεται, ὁ διὰ τῶν ἁμαξῶν καὶ τριβόλων, καὶ τῶν ἄλλων μηχανῶν γινόμενος περιορισμὸς εἰς ἀσφάλειαν τοῦ στρατοῦ. Carraginem optime describit Cl. Claudian. in Rufin. lib. 2. v. 127.

Tum duplici fossa non exsuperabile vallum
Asperat alternis sudibus, murique locata
In speciem, caesis obtendit plaustra iuvencis.

Exactius adhuc Agathias lib. 2. Καὶ τοὺς τῶν ἁμαξῶν τροχοὺς, ἃς δὴ ὡς πλείστας ἐπήγετο, στοιχηδὸν ἐς ἀλλήλους ἁρμόσας, ἐνέπηξε τὰ ὀπίσω τῷ ἐδάφει, ἄχρι καὶ ἐς τὰς πλήμνας περιχώσας, ὡς μόνα τὰ ἡμικύκλια ὑπερανέχειν καὶ προβεβλῆσθαι. Theophylactus Simocat. lib. VII. τὰς ἁμάξας συνθέντες περιεβάλοντο χάρακα. Hanc eamdem intellexit Plutarchus, cum de Caesare scribit: περὶ ταῖς ἁμάξαις καὶ τῷ χάρακι τὸν πλεῖστον ἔσχεν πόνον. Sic nempe Helvetii sese praestruxerant, quo modo barbari omnes castra munire solebant. Vegetius lib. 3. cap. 10. *Omnes barbari carris suis in orbem connexis, ad similitudinem castrorum securas a supervenientibus exigunt noctes.* Iordanes de reb. Goth. *Se suosque ilico intra saepta castrorum, quae plaustris vallata habebat, reclusisset.* P. Diacon. lib. XV. *Intra plaustrorum munimenta se continens, erumpere non auderet.* LINDENBR.

Carrago „Munimenti genus, barbaris usurpatum, quum quidem carris in orbem iunctis, veluti vallo, semet circumclauderent. Etiam fugae praesidium carrago erat. vid. Casaub. ad Scrr. Hist. Aug. T. II. p. 222." Sic Ernestius. Cf. Meursii Auctarium philol. p. 134. et Gibbon. T. VI. p. 356. not. 80. W.

Aliti velocitate] Adiective positum est *aliti* eodem modo quo XIX, 4. *volucri* velocitate. Cf. XVIII, 6. W.

10. *Cadente itaque protinus die.*] Rectius in Fauchetii codice legitur *Candente:* quemadmodum loquitur Marcellinus in lib. XXI. c. 10. *ubi lux excanduit tertia.* VALES.

11. *Barritum*] cf. XVI, 12, 43. — *Vires validas erigebant.* Elegantissime (sic Ernest.) explicet Virgil. Aen. V, 426. Constitit in digitos extemplo erectus uterque, Brachiaque ad superas interritus extulit auras. W.

12. *Clavas in nostros coniicientes ambustas.*] Fuere haec arma barbaris potissimum et rudi saeculo usitata. Virgil. VII. Aeneid. v. 524.

— — Non iam certamine agresti
Stipitibus duris agitur sudibusve praeustis,
Sed ferro ancipiti decernunt. LINDENBR.

13. *Secantes suffragines.*] Cum in Mss. Flor. *Tolos.* [Colbert.] et Regio scriptum sit, *secandos suffr.* non dubito quin Marcellinus scriptum reliquerit, *secando suffragines.* Nam et id modulatius sonat, et Marcellini stilo magis respondet. VALES.

15. *Cedens vespero dies.*] Apuleius Miles. 8. *Sol nocti tandem decessit.* Sidonius Apollinaris lib. 2. Epist. 2. *Ver decedit aestati.* LINDENBR.

16. *Dirae volucres*] carnivorae. Cf. Wernsdorf. ad poetas minor. II. p. 226. W.

Albentes ossibus campi.] Virgil. Aeneid. XII. v. 35.

— — recalent nostro Tiberina fluenta
Sanguine adhuc, campique ingentes ossibus albent.

Et alibi: (Aen. V, 865.)

— — campos (imo *scopulos* W.) *multorum ossibus albos.*

Tacit. Annal. I, 61. *Medio campi albentia ossa, ut fugerant, ut restiterant, disiecta aut aggerata.* LINDENBR.

Cum ea copiosa multitudine.] Regius codex [et Colbert.] scriptum habet, *cum eo copiosa m.* quod positum videtur esse pro, *adeo copiosa.* VALES.

CAPVT VIII.

4. *Barbarique molibus m.*] Scribendum omnino est, *barbari erumpere molibus magnis ardebant:* sic enim sensus postulat. VALES. Ut Numantinis apud Florum 2, 18. circumdatis, ubi non impetrabant praelium, dicitur placuisse eruptio. Si modo id verbum ita notum potuit excidere. Unde vidi, qui adscripserat margini legendum *barbari exire.* Quod certe verbum potuit coiisse probabiliter in copulam *que.* Nisi alia literarum similitudo fraudem huic loco intulerit, et auctor dederit *barbarique evagari mol.* GRON.

Chunorum.] Nihil variant veteres libb. Et *Chunos* vocat (uti et Ptolem. in Descriptione Sarmatiae, Sidon. Apoll. carmin. VII, *et Gregor. Turonens. lib. 2. cap. 6. 7. et alibi*) quos alii *Hunnos*, vel *Thynos;* ut Priscianus Perieget. v. 705. [ubi tamen Wernsdorf. *Unnus* habet. W.]

Hinc Thynus sequitur, post fortis Caspia proles.

Neque de fide eius lectionis dubitandum est, quam ita varie efferri etiam Eustath. in Dionys. notat: Οὖννοι ἢ Θοῦννοι μετὰ τοῦ θ στοιχείου, Κάσπιον ἔθνος εἰσὶ Σκυθικόν. Dionysius tamen dixit:

Οὖννοι δ' ἑξείης, ἐπὶ δ' αὐτοῖς Κάσπιοι ἄνδρες. LINDENBR.

5. *Praetenturas stationesque agrarias*] Cf. notata ad XIV, 3, 2. W.

Ut immanis pulsus undarum.] Non is equidem sum, qui omnia pro arbitrio corrigere velim: sed tamen facere non possum quin coniecturam meam hic proponam. Suspicor enim scribendum esse, *uti amnis impulsu undarum obicibus ruptis emissus.* VALESIUS. Supra lib. XV. cap. 4. *Inter montium celsorum anfractus impulsu immani exoriens Rhenus.* GRON.

6. *Tractum qui immensa disterminat maria.*] In codice Regio [et Colbert.] *ac Tolos.* et Editione August. hanc scripturam inveni, *fractum quod immensa dist. m.* Sed in Regio exemplari superscriptum erat *fretum,* optime, ut equidem iudico. Sic enim Marcellinus noster in lib. XXI. c. 10. *adusque fretum et Propontidem.* Et in lib. XXVII. c. 4. Thraciarum provincias a Septentrione quidem ait Danubio terminari: a Meridie autem scopulis montis Rhodopes attolli: ab Oriente vero finiri in fretum,

quod ab Euxino Ponto in Aegaeum reciprocis fluctibus fertur. Vide et infra c. 16. §. 7. VALES.

8. *Ore affecto.*] Cum in Regio codice *et Tolof.* [ac Colb.] fcriptum invenerim, *ore adfecto:* prope eft ut exiftimem fic a Marcellino relictum fuiffe, *adulta virginitas caftitasque nuptarum ore abiecto flens ultima ducebatur.* [Annon tamen Mff. codicum fequenda nobis eft potius auctoritas? *Ore* enim *adfecto* nihil aliud eft quam facie unguibus fecta: quod facere in luctu et in fummo dolore mulieres folent.] VALES.

Puncto temporis brevioris extortum.] Sic quidem in exemplari Regio fuperfcriptum eft, ex coniectura antiquarii: fed in textu ipfo fcriptum eft hoc modo, *brevioribus extotum,* *ut et in Tolof.* [et Colbert.] Unde absque ulla propemodum litterarum mutatione fic emendandum putavi: *Quae cum puncto temporis brevi* (ita loquitur Marcellinus in l. XIX. c. 5.) *opibus exutum, etc.* VALES.

Duro devovifti victori.] Nihil moveo, fiquidem conftitit Hadrieno ratio ut fic ederet, quum frater eius aliique priores exhibuerint *crudo,* quod fi eft in mfftis, longe equidem praetulerim. Manifefte enim alludit ad verba Taciti lib. I. Annal. cap. 8. *Quique a parentibus acceperant diem illum crudi adhuc fervitii.* Sed nec quod paulo ante immutatum eft, tacitum ferre nuperus editor debet, quum ulteriores habeant *de te, Fortuna ut inclementi:* quae apoftrophe fane non incommoda. GRON.

9. *Oppidum nomine Dibaltum.*] *Debeltum* opidum Thraciae dicitur in Itinerario Antonini p. 229. Weffeling. Ptolemaeus δεούελτον coloniam nominat, perinde ac Plinius in lib. 4. c. 18. qui fua aetate *Deultum* dictum effe teftatur. Eique fcripturae fuffragantur veteres nummi. Hierocles in συνεκδήμῳ p. 635. Weffeling. inter Aemimonti urbes memorat Debeltum. Sic enim ait: Ἐπαρχία Αἱμιμόντου ὑπὸ ἡγεμόνα πόλεις ἕξ. Ἀδριανούπολις, Ἀγχίαλος, Δεβελτὸς, Πλωτινόπολις. VALES.

CAPUT IX.

1. *Prope Beroeam.*] Thraciae civitatem, ut dixit Marcellinus in lib. XXVII. c. 4. quae a Graecis fere βεῤῥόη appellatur: fic enim Theophylactus Simocatta in lib. 2. Hift. cap. 15. Hierocles p. 635. Weffeling. ἐπαρχία Θράκης ὑπὸ Κονσουλαρίου πόλεις ἕ. Φιλιππούπολις. Βεῤῥόη. Beroa quoque dicitur in Itinerario Antonini p. 193. 194. VALES. *Beroea* (Cara Veria). W.

4. *Adortusque nationes oppreffit.*] Hunc locum egregie mihi videor reftituiffe. Cum enim in codice Regio [et Colbert.] *ac Tolof.* fcriptum effe vidiffem, *nationes ut priusque,* quemadmodum fere in Mf. Flor. et Editione Auguft. legitur, emendavi, *adortusque nationis utriusque graffatores,* Gothos fcilicet et Taifalos: ftatimque fcribendum, *trucidaffet omnes, etc.* VALES.

CAPUT X.

2. *Dudum*] inde ab anno 354. Vide fupra XV, 4. W.

3. *Inter Principis Armigeros*] inter fatellites Imperatoris. W.

4. *Gelu pervium pruinis, etc.*] Huius loci, ut apparet, mutili ſententia his fere verbis ſuppleri poteſt: *Rhenum gelu pervium ac pruinis Februario menſe tranſire tentarunt: quos tendentes prope cum Petulantib. Celtae, etc.* Et paullo poſt ſic ſcribendum videtur: *Verum retrocedere coacti Germani, noſcentesque, etc.* VALES.

7. *Nannieno igitur.*] Hic Nannienus Comes ſupra nominatus eſt in libri XXVIII. cap. 5. VALES.

8. *Apud Argentariam.*] Hieronymus in Chronico anno Dom. 378. *Alamannorum,* ait, XXX. *circiter millia apud Argentuariam opidum Galliarum ab exercitu Gratiani ſtrata.* Melius in Chronico Caſſiodori id refertur Gratiano IV. et Merobaude Coſſ. qui erat annus Natalis Dominici 377. Huius victoriae meminit etiam Victor in Epitome c. 47. Eſt autem Argentaria ſeu Argentuaria Germaniae opidum in Triboccis ſitum teſte Ptolemaeo: cuius mentio fit in Itinerario Antonini p. 354. Weſſeling. et Tabula Peutingerorum. *Hodie *Colmar* dicitur, urbs clara Elſatiae, ut cenſet Cluverius in lib. 2. Germ. cap. 12. vel potius *Arburg,* cuius parietinae viſuntur.* Ceterum hic locus haud paullo melius ſic legeretur: *Ubi primum apud Argentariam ſ. p. c. d. pugnari eſt coeptum, ſagittarum, etc.* VALES.

Argentariam] Iis, qui nunc *Horburg* dici putant, cum Schoepflino aſſentitur Mannertus P. 2. Faſc. 1. p. 274. W.

10. *Rege quoque Priario interfecto.*] Amplector emendationem Clariſſ. amiciſſimique Marci Velſeri, Duumviri Auguſt. legentis, *Rege quoque Priamo interfecto.* Indubie enim ſic Ammian. ſcripſit. Atque is eſt Priamus ſive pater, ſive filius, de quo in Chronicis Proſper Tiro: IV. *Gratiani anno Priamus quidam regnat in Francia, quantum altius colligere potuimus.* Neque aliter id nomen in Sigeberto Gemblacenſi *Abbate Urſpergenſi pag. 94. aliisque eius ſaeculi Scriptoribus* exſtat: et tempus haud abludit, aut inſolens eſt Francorum aliquos pro Gratiano ſtetiſſe, alios in ipſum pugnaſſe. LINDENBR.

Priario] Reineſius Lindenbrogiano margini alleverat: „Priamum vocat Proſper ad a. 382. Gratiani 4. Interfectus ad Argentariam anno 377. in ſolo Romano. Caſſiodor.“ — Valeſianae adſcripſerat haec: „Ex hoc nugones in hiſtoria Gallica Priamum formavere, et ab huius filio Paride Pariſios. Ita Iſacius de origine Gallorum.“ W.

13. *Tamquam venaticias praedas.*] Melius meo quidem iudicio ſcribitur in Regio exemplari *venaticas:* ſic in veteri Lexico *Venaticus* θηρευτικὸς explicatur. Sed parvi intereſt, utro modo ſcribatur. Nam in principio lib. XXX. *venaticiam praedam* agnoſcunt noſtri codices. VALES.

15. *Etenim diu reputante.*] In Mſ. Flor. legi Lindenbrogius monuit: *Et m diu reputante, etc.* in codice Regio ſcriptum inveni: *Et tamen.* In Editione Auguſtana *et Toloſ. codice:* *Et inde.* Quae variae ſcripturae ex compendiariae illius notae, quam primo loco poſui, prava interpretatione natae ſunt. Mihi vero dubium non eſt quin legendum ſit: *Et quoniam diu reputante Gratiano, etc.* ſenſus enim ita neceſſario poſtulat. VALES.

17. *Noſtris ti.ociniis*] Erneſt. conferri iubet Caſaubonum ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. II. p. 664. W.

18. *Quanto cum vigore.*] In Regio codice, *Tolof.* [et Colbert.] et in Editione August. legitur, *quantoque cum vigore:* unde quispiam non inepte coniecerit fic fcribendum effe, *quo quantoque cum vigore.* VALES.

Praeclarae indolis adulefcens.] Gratiani Aug. elogium exftat apud D. Ambrofium in Orat. de obitu Valentiniani, fub finem. *Auguftae, inquit, memoriae Gratianus fuit fidelis in Domino, pius atque manfuetus; puro corde: fuit etiam caftus corpore, qui praeter coniugium nefcierit feminae alterius confuetudinem.* Quibus adde Victoris Epitomen c. 45. 47. Sed has omnes Gratiani dotes decolorabat tenuis ac prope nulla Reip. cura: a cuius adminiftratione non modo natura erat averfus, fed ftudiis etiam atque inftituta vitae ratione penitus abhorrebat, dum nihil aliud diu noctuque ageret quam fpiculis meditari, fummaeque voluptatis divinaeque artis crederet ferire deftinata, ut fcribit Victor in Epitome c. 47. VALES.

19. *Perimere iaculis plures feras.*] Lampridius in Commod. c. 12. *Ferarum diverfarum manu fua occidit multa millia, ita ut elephantos occideret: et haec fecit faepe fpectante populo Romano.* Herodianus de eodem haec porro addit, lib. I. c. 15. *Λεόντων δέ ποτε ἐξ ὑπογαίων ἑκατὸν ἀναῤῥιφθέντων, ἰσαρίθμοις ἀκοντίοις πάντας ἀπέκτεινεν.* LINDENBR.

Intra faepta quae appellant vivaria.] Gellius lib. 2. cap. 19. *Vivaria quae nunc dicuntur, faepta quaedam loca, in quibus ferae vivae pafcuntur.* Et poftea: *Vivaria autem quae nunc vulgus dicit, funt quos Graeci παραδείσους vocant.* Procopius Gothicor. lib. I. Ἀμφὶ πύλην πενεστρίναν ἐπὶ μοῖραν τοῦ περιβόλου, ἣν ῥωμαῖοι βιβάριον καλοῦσι. Et poft pauca: *βιβάριον — — οὕτω ῥωμαῖοι καλοῦσι τὸν χῶρον, οὗ ἂν τῶν ζώων τὰ μὴ χειροήθη τρέφεσθαι εἴωθεν.* Paulus I. C. L. 3. §. 14. ff. de adquir. poffeff. *Feras beftias, quas vivariis inclufcrimus.* LINDENBR.

[*Sagittarum pulfibus crebris dentatas conficiens beftias.*] In Mf. Colbertino fcribitur, *dendata conficiens beftias.* Dentatae quidem funt et dici poffunt beftiae omnes quae dentes habent, tam parvae quam magnae. Sed heic Ammianus Marcellinus *dentatas κατ' ἐξοχὴν beftias* appellat feras amphitheatrales, firmitate maxillarum et dentium numero ac magnitudine prae ceteris metuendas: quales funt leones, urfi, et fimiles.] HADR. VALES.

Etiamfi imperium Marcus regeret Antoninus.] Refpicit ad id, quod Capitolinus de hoc Marco fcribit c. 22. *Semper fane cum Optimatibus non folum bellicas res, fed etiam civiles, priusquam faceret aliquid, contulit. Denique fententia illius praecipua femper haec fuit: Aequius eft, ut ego tot et talium amicorum confilium fequar, quam ut tot et tales amici meam unius voluntatem fequantur.* LINDENBR.

20. *Res nationesque pofcebant.*] Crediderim potius fic a Marcellino fcriptum fuiffe: *Difpofitis igitur quae pro temporum captu per Gallias res rationesque pofcebant, etc.* fic enim loquitur fere in lib. XIV. VALES.

Per caftra quibus Felicis-Arboris nomen eft.] Antonin. Imp. in Itinerar. p. 237. Weffeling. *De Pannoniis in Gallias per mediterranea loca, id eft, a Sirmio per Sopianas Treveros usque — — Brigantiam, Arborem-Felicem, Ad fines. — — —* LINDENBR. Cf. Mannerti German. p. 695. W.

Per Lauriacum.] Pessime vulg. *per inaureatum.* Mſ. Flor. *inaureacum.* Sed *Lauriacum* rectum eſt. *Eugipp. cap. 18. *ex oppido Lauriaco.** Antoninus Imp. in Itinerar p. 235. Wesſeling. *De Pannoniis in Gallias — — Lacum felicis, Lauriacum. — — A Tauruno Lauriacum.* In fine L. 1. C. Theod. de tabulariis. — *Dat.* VIII. *Kal. Iul. Lauriaco, Marcellino et Probo Coſſ.* Atque inde *Lauriacenſis ſcutaria,* in Notit. Imp. ſub dispoſitione viri illuſtris Magiſtri Officiorum. LINDENBR.

Per Lauriacum.] In Regio codice, *Toloſ.* [ac Colbert.] ſcriptum inveni perinde ut in Florentino, *per inaurea cum:* nihilominus ſcribendum eſſe exiſtimo: *per caſtra quibus Felicis Arboris nomen eſt, et per Laureacum, etc.* Et caſtrum quidem illud quod vulgo dicebatur Arbore felici, ſitum erat in Raetiis, ut docet Notitia Imperii Romani. Lauriacum vero ſeu Laureacum (utroque enim modo ſcribi poteſt) erat in Norico Ripenſi: cuius crebra fit mentio ab Eugippio in vita Severini: hodie *Lork.* Hinc milites Auxiliares Laureacenſes dicti in Inſcript. Gruteri p. 164. VALES.

21. *Tamquam exaeſtuantes vi torrentes.*] In Mſſ. Flor. et Regio *et Toloſ.* [ac Colbert.] et in Editione Auguſtana ſic legitur hic locus, *tamquam exaeſtuares ut in torrentes.* VALESIUS. Patet igitur id quod vulgo in editis legitur, non eſſe Ammiani, cuius videtur manus ita reſtitui *exaeſtuantes nivi torrentes,* atque etiam dixit forſan *exaeſtuaces.* cuius formae multa ſimilia collegit Nic. Heinſius ad Ovidii librum II. Amorum eleg. 6. GRON.

Praeteritorum textu] XX, 4. W.

Dum inter eius Armigeros militaret, ac regiam cuſtodiret.] Socrat. lib. III. cap. I. εἰς τῶν δορυφόρων. quem locum lib. XX. c. 4. §. 18. notavi. LINDENBR. Cf. Gronov. Praef. p. XVII. W.

Ac regiam cuſtodiret.] Hanc ſcripturam equidem probare non poſſum. Maurus enim tunc temporis, cum Caeſar eſſet Iulianus, Regiam non cuſtodiebat. Non Regia nonniſi de Imperatore dici poteſt. Atqui Iulianus tunc tantum Caeſar erat. Deinde Maurus Petulantium tunc erat Haſtatus ſeu Draconarius, ut dixit Marcellinus in lib. XX. c. 4. §. 18. Ad legionarios autem milites Palatii cuſtodia non pertinebat, ſed ad Scholares. Turbat me tamen, quod Maurus a Marcellino hic dicitur inter Iuliani Armigeros militaſſe. Eſt autem Armiger proprie Scholaris, qui pro palatio excubat. Unde Marcellinus *Scutarium* vocat in hac pag. quem *Armigerum* vocarat initio capitis huius. Itaque an haec emendatio huius loci recta ſit, viderit lector. In Mſſ. quidem Flor. et Regio et *Toloſ.* [ac Colbert.] et in Editione Aug. legitur, *arrogantia cuſtodiret.* Equidem ſic potius ſcriptum mallem: *Dum inter eius Armigeros militaret, arroganti confidentia* [vel, *audacia*] *torquem obtuliſſe, etc.* quae ſcriptura confirmatur ex lib. XX. cap. 4. VALES. *Regiam* Erneſt. alio Ammiani loco XIV, I. defendit, ubi *regia Caeſaris* occurrit. W.

CAPVT XI.

I. *Valens venit Conſtantinopolim.*] Valens Auguſtus Conſtantinopolim ingreſſus eſt 3. Cal. Iun. ipſo VI. et Valentiniano II.

Coss. ibi duodecim dumtaxat moratus dies, profectus est ex urbe ad fossatum die III. Idus Iunias, ut scribit Idatius in Fastis, et Socrates in lib. 4. cap. 31. Historiae Eccl. qui de seditione illa popularium urbis Constantinop. consulendus est. VALES. Cf. Gibbon. T. VI. p. 331. not. 63. W.

Sebastiano paullo ante ab Italia misso.] At Zosimus in lib. 4. c. 22. [ubi vid. Reitemeier. p. 589. W.] hunc Sebastianum non ab Valentiniano Iuniore ex Italia missum ait ad Valentem, sed affectum taedio, quod Occidentis Imperatores adhuc imbecilla aetate a Cubiculariis eunuchis pro arbitrio regerentur. Constantinop. venisse, statimque Magistrum militiae ab Valente esse factum. Eiusdem Sebastiani elogium exstat apud Suidam in σεβαστιανὸς, ex Historiis Eunapii Sardiani. Periit autem bello Gothico, ut Marcellinus memorat. De eodem multa adnotavi in Notis ad librum XXIII. c. 3. VALES.

Ad Melanthiada villam Caesarianam.] Agathias in lib. V. Hist. et ex eo Suidas μελαντιάδα κώμην nominat, et centum ac quadraginta (Suidas centum ac duo dicit) stadiis ab Urbe Regia distare scribunt. Auctor Chronici quod vulgo Alexandrinum vocant, μελανθιάδα nuncupat, perinde ac Marcellinus noster. Villa autem Caesariana dicitur eo quod ad Impp. pertinebat. VALES. Cf. Wesseling. ad Itinerar. p. 139. W.

2. *Nicen venisset.*] Nice opidum Thraciae memoratur a Socrate in lib. 2. Hist. cap. 36. et in libro 4. cap. 11. Eiusdem mentio fit in Itinerario Burdigalensi p. 569. Wesseling. *Mansio Nice m.* IX. *Mutatio Tarpodizo m.* X. *Mut. Urisio m.* VII. *Mans. Bergulis m.* VII. Memoratur etiam a Procopio in lib. 4. de aedificiis Nice castrum Aemimonti, quod est hoc ipsum, cuius meminit Marcellinus: ut patet ex libro XXXI. c. 7. VALES.

Gentibus praesidiis fixis.] Scribendum videtur, *ingentibus praesidiis fixis.* VALES.

3. *Per alium acciderat Comitem.*] In Mss. Regio et Vaticano, *Tolos.* [et Colbertino] legitur: *Quale per actum acciderat comitem, etc.* rectius ni fallor. Actus enim nomen proprium est Comitis illius, qui cum a Magnentianis captus et subornatus fuisset, ad milites Constantianos qui in Alpibus Iuliis praesidium agebant reversus, susceptusque ab iisdem rei totius ignaris, claustra Alpium Iuliarum Magnentio tyranno prodidit, ut ex hoc Marcellini loco colligitur. Lego igitur: *Quo per fraudem a Magnentiacis militibus capto, etc.* sicut in Regio codice superscriptum est. VALES.

4. *Vesperaque intendente.*] In Flor. et Regio [ac Colbert.] codice legitur, *incendente* pro *intendente.* In Ms. Tolosano, *vesperaque incedente.* VALESIUS. Mirum profecto in modum mutata fuit posterioris editionis haec commentatio et quod non memini in ulla harum annotationum parte occurrisse, detruncata. Quod sive Henricus fecerit, sive qua de causa, ut non facile dixerim: ita iuvabit eam in altera editione cognoscere, et cum ea conferas quaeso id quod scripsit pater ad Livii librum I. cap. 57. GRON. *Intendente* verum putat Wakefield. ad Lucret. V, 514. conferri iubens Heinsium ad Valer. Flacc. VII, 14. Vide tamen XXIV, 1, 6. et notata ad XX, 11, 24. ERF.

Id quoque praestans.] In Mſſ. Flor. et Regio, *Toloſ.* [et Colbert.] ſcriptum inveni: *Id quoque proſtravit.* Accurſius quidem ſic edidit: *Id quoque praeſtavit*, nimis barbare. At quid facilius erat ac expeditius, quam ita corrigere? *Adeoque proſtravit ut, etc.* quemadmodum fere in lib. XXVIII. cap. 5. VALES.

6. *Bononiam.*] De hac Pannoniae Bononia Ptolem. in deſcriptione παννονίας τῆς ἄνω. Antoninus Aug. in Itinerario p. 243. Weſſeling. LINDENBR. Hodie Bonmünſter. Cf. XXI, 9, 6. W.

Ad Martis Caſtra deſcendit.] Opidum erat in Dacia Ripenſi ſitum, cuius meminit Hierocles in συνεκδήμῳ ſeu peregrinationis comite: (p. 655. Weſſeling.) Ἐπαρχία Δακίας τῆς παραποταμίας ὑπὸ Κονσουλαρίου πόλεις πέντε. Ῥατιαρία μητρόπολις, Βονώνια, Ἄκινες, Κάστρα Μάρτις, Ἰσκός. *Provincia Daciae Ripenſis ſub Conſulari urbes quinque: Ratiaria metropolis, Bononia, Acines, Caſtra Martis, Oeſcus.* Exſtat hic Auctor Mſ. apud Iacobum Sirmundum, ex cuius codice hunc locum deſcripſi et emendavi. In indice quoque Catholicorum Epiſcoporum, qui Sardicenſi Synodo ſubſcripſere, Calvus memoratur quidam a Dacia Ripenſi *de Caſtra Martis*, ut videre eſt in Fragmentis Hilarii de Synodis. *Sozomenus in libri 9. cap. 5. opidum Moeſiae facit.* VALES.

CAPVT XII.

1. *Cuius virtutibus urebatur.*] Erant et peculiares quaedam cauſae ſimultatis et invidiae, quod cum Valentinianus Iunior inſcio patruo ſimul ac fratre nuncupatus eſſet Auguſtus, Gratianus paulo poſt ſuffragiis militaribus non modo aſſenſum praebuerat, ſed etiam Imperium cum fratre partitus fuerat, non conſulto Valente patruo, ut ſcribit Eunapius in Hiſtoriis: qui etiam hanc praecipuam ait fuiſſe cauſam cur Valens Gothos ſuſceperit: Καὶ γὰρ ὑπ' ἀντιζηλοτυπίας αὐτῷ πρὸς τοὺς συμβασιλεύοντας, οἱ παῖδες μὲν ἦσαν ἀδελφοῦ, τὴν βασιλείαν δὲ διῃρῆσθαι κατὰ σφᾶς ἐδόκουν, τὴν διανομὴν οὐκ ἐνεγκόντες ἐπὶ τὸν θεῖον. Accedebat et alia haud minoris fortaſſe obtrectationis cauſa, quod cum Valens Arianos omni ſtudio foveret, Gratianus contra Princeps erat Chriſtianiſſimus, ut ait locuples teſtis Ambroſius. VALES.

Traianus praecinctus eſt.] In Mſ. Regio, *Toloſ.* [et Colbert.] et Editione Auguſtana legitur, *procinctus*. Sed ſi mei arbitrii res eſſet, mallem equidem ſcribi, *recinctus eſt*, ut in lib. XXVI. cap. 5. Traianus enim Magiſter militum paullo antea dimiſſus fuerat cum conviciis a Valente, eo quod infeliciter pugnaſſet cum barbaris, ut refert Theodoritus in lib. IV. cap. 29. eique Sebaſtianus ſucceſſerat, ut dixit Marcellinus initio capitis XI. VALES.

6. *Victor Magiſter equitum armatus.*] In ultima voce videtur mendum ſubeſſe. In Regio quidem exemplari ſcriptum inveni: *Magiſter equitum armata, etc.* [ut et in Colbertino, pro quo *Sarmata* haud dubie reponendum eſt. Sic in libro XXV. c. 6. idem codex Colbertinus *Armatis* pro *Sarmatis* praefert hiſce verbis: *Ut mixti cum Arctois Armatis Galli, etc.* Contra in eodem libro XXV. codex Colbert. *Sarmatas* pro *armatos* ponit: *Adlocutusque tumentes Sarmatas, etc.* Victor ergo Magiſter equitum natione erat Sarmata, et Valenti militabat: ſicut principatu Con-

ftantii Francorum multitudinem in Palatio Augufti floruiffe diferte fcribit Ammianus, de Silvano loquens: et Latinum Domefticorum Comitem, Agilonem Tribunum Stabuli, ac Scudilonem Scutariorum Tribunum, aliosque genere Alamannos plurimum apud Conftantium potuiffe in lib. XIV. c. 10. §. 8. tradit. Gothi quoque non pauci tum Imperatoribus Romanis militabant, inter quos Nevitta eminuit · ne quis miretur Victorem, hominem Sarmatam, in exercitu Valentis Magifterium equitum geffiffe. Vulgata quidem Ammiani lectio ferri non poteft, ac fenfu omni caret: *Victor Magifter equitum armatus, fed cunctator et cautus.* Quafi qui *Magiftrum equitum* aliquem vocat, neceffe habeat *armatum* adiicere: aut quafi homo militaris vel numquam vel raro fit cunctator et cautus. Barbari autem quales erant Sarmatae, natura audaces ac fibi praefidentes erant, temerariique, plusque in viribus quam in confilio reponebant. Quare non fine caufa notavit Ammianus, Victorem, licet Sarmata effet, more Romano prudentem et cautum, nec temerario ardore praecipitem aut pugnandi cupidum fuiffe.] VALES.

10. *Cum Praefecto*] Praetorio. W.

11. *Octavo tandem hoftium carp. cernuntur.*] Id eft octavo lapide feu milliario ab Hadrianopoli: quamquam Idatius in Faftis milliario XII. ab Hadrianopoli pugnatum effe dicit. VALES. Cf. Gibbon. T. VI. p. 374. not. 92. W.

12. *Conductum*] congregatum, Caef. de B. G. II, 1. de B. C. III, 13. W.

Simulantibus armis.] Lege meo periculo, *fibilantibus armis.* Sic enim loquitur Marcellinus in lib. XXV. cap. 11. *Armorumque lugubre fibilantium fragore, etc.* VALES.

Nondum foederaturos pacem.] Hunc locum, qui omni fenfu carebat, levi negotio fic emendavi. Cum enim in MSf. Regio *et Tolof.* fcriptum iuveniffem, *foederato raturos*, quemadmodum fere in Flor. legi teftatus eft Lindenbrogius, exiftimavi fic a Marcellino fcriptum fuiffe, *Quoniam pars eorum cum Alatheo et Safrace procul agens et accita, nondum venerat, oraturos pacem mifere legatos.* VALES.

14. *Impetens*] flagitans. — *Impavidus* fuos non metuens *ipfe vim militarem laturus.* Mira vero conditio, nifi forte corruptelam locus traxit. W.

15. *Equitius cui tunc erat cura Palatii credita*] Curator Palatii. Vide infra c. 13. §. 18. et XX, 6, 2. W.

Se fponte obtulit propria ire qui promiferat libens.] Haec locutio prorfus barbara, et Marcellini noftri elegantia eft indigna: proinde nulla fere mutatione locum fic reftituendum effe duxi: *Se fponte obtulit propria: ireque promiferat libens, etc.* VALES.

16. *Quos Bacurius Hiberus.*] Sic in exemplari Regio [et Colbert.] dicitur, non *Baturius*, ut in vulgatis hactenus Editionibus. Hic eft, ni fallor, Bacurius, cuius egregia opera Theodofius ufus eft in bello adverfus Eugenium tyrannum; ut fcribit Zofimus IV, 57. Et hic quidem oriundum ait fuiffe ex Armenia, quae Hiberiae confinis fuit: et virum omnis malitiae ac doli expertem, bellica autem laude praeftantem fuiffe memorat. Sed Rufinus in lib. I. Hift. cap. X. Bacurium Regulum Hiberorum ait fuiffe, virum fide-

lissimum, cui summa erat cura religionis et veritatis. Eumdem Palaestini limitis Ducem, ac deinde Domesticorum Comitem fuisse testatur, et Theodosio Imp. in bello adversus tyrannos fortem ac fidelem operam exhibuisse. Sunt etiam ad eumdem Libanii Epistolae 936. et 952. VALES.

CAPVT XIII.

1. *Proelium flammarum ritu crescens.*] Ex Homero sumptum videtur, qui in Iliad. ϱ'. sub finem ait: (v. 737.)

— — ἐπὶ τὲ πτόλεμος τέτατό σφιν
Ἄγϱιος ἠΰτε πῦϱ. — —

et in libro λ. Iliados v. 595.

Ὣς οἱ μὲν μάϱναντο δέμας πυϱὸς αἰθομένοιο.

Et Eustathius in scholiis pag. 1110. proelium flammae comparari ideo notat, quod instar flammae celeriter perdat et consumat omnia. Non igitur sine causa Polybius in lib. XI. c. 5. bellum igni et incendio confert. Ut enim semel accensus ignis, et materia ipsa et vi ventorum augeri solet, ac saepe ipsum auctorem incendii consumit; sic bellum concitatum plerumque eos labefactat primos a quibus excitatum est. Interdum etiam ulterius serpit, et vicinorum dementia populorum dum fovetur atque alitur, apposita quaeque pervastat. [Ceterum pro *crescens* in Ms. Colbert. lego, *acre satis*] VALES. *Acre satis* ortum videtur ex *accrescens*, uti legendum puto. Sic XIV, 10. fama excellenter *accrescens*. ERF.

2. *Steterunt improtecti pedites.*] Quae causa cladis illius et internecionis Romanorum fuit, ut testatur etiam Orosius in lib. VII. *Primo*, inquit, *statim impetu Gothorum perturbatae Rom. equitum turmae nuda peditum deseruere praesidia. Mox legiones peditum undique equitatu hostium cinctae, ac primum nubibus sagittarum obrutae, deinde cum amentes metu sparsim per devia cogerentur, funditus caesae gladiis insequentium contisque perierunt.* VALES.

4. *Ad humum corporibus stratis.*] In Regio codice legitur, *dhumo corporis stratis.* [In Colbert. *at humo corporis stratis.*] Nec dubito, quin Marcellinus scriptum reliquerit, *ac humo corporibus stratis.* VALES.

6. *Oppositi incumbentibus.*] In Regio codice, *Tolos.* [et Colbert.] et in Editione August. *oppositis* scriptum habetur. VALES.

9. *Et Saturninus.*] Saturninus Comes memoratur a D. Basilio in Ep. 315. ad Abramium Episcopum Batnarum: νῦν δὲ μαθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ διάγειν ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ αἰδεσιμωτάτου Σατοϱνίνου τοῦ Κόμητος. Idem paullo ante Magister equitum a Valente factus fuerat. Consulatum denique gessit una cum Merobaude iterum Consule anno Dom. 383. Vixit autem usque ad tempora Arcadii Augusti: a quo necessitate temporum compulso deditus est Gainae una cum Aureliano Consule, anno Dom. 400. ut narrat Zosimus in lib. V. c. 18. Sunt ad eumdem Saturninum Epistolae Libanii 753. et 793. *Huic ut opinor Saturnino statua Romae

posita est cum hac Inscriptione, quae legitur apud Iac. Sirmundum: FLAVIO. PEREGRINO. SATURNINO. V. CL. ET. INLUSTRI, etc. VALES.

10. *Aut parcebat caedentibus quisquam.*] Magis placet codicis Regii [et Colbertini] scriptura: *aut parcebat cedentibus quisquam:* nam cedentes renitentibus hic opponuntur: et Marcellinus noster sic loqui solet, ut exempli gratia in lib. XIV. cap. 2. VALES. Post paulo quum una sola nupera Parisiensis editio reposuerit *impleverunt*, contra priores ipsius Henrici, Lindenbrogii, Augustanam, quae habent *implerunt*, iudicavi has praeponendas, quum et cap. 15. in principio scribat auctor *implesset*. GRON.

12. *Sagitta perniciose saucius ruit.*] Huic sententiae suffragatur Libanius in Orat. ad Theodosium de caede Iuliani Apostatae vindicanda (Reisk. II. p. 30.): ubi Valentem ait Imperatorem, in media militum turba pugnantem occubuisse, tametsi et equorum regalium copia ei praesto esset, quorum velocitatem nemo ignorat: et Duces fugam suaderent, atque orarent ut equo avectus salvum se et incolumem Reip. reservaret. Sed ille indignum esse ducens, tantae cladi superesse, caesorum secum militum molem vice tumuli habuit. Haec Libanius in ea Orat. Ms. At ceteri fere omnes Valentem ad vile tugurium delatum, ibi a barbaris ignorantibus crematum esse consentiunt. Sic praeter Historiae Eccl. Scriptores Orosius in lib. VII. et Chrysostomus in Homilia xv. in Philippenses: τῶν δὲ μετὰ ταῦτα ὁ μὲν κατεκάη ὥσπερ τις ἄθλιος καὶ ταλαίπωρος μεθ' ἵππων καὶ θηλῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ τὸ γύναιον ἐν χηρείᾳ. *Ex principibus autem qui illum insecuti sunt, hic quidem instar miseri cuiuspiam crematus est una cum equis et iumentis et ceteris omnibus: et uxor eius vidua relicta est.* Et multo clarius idem Chrysostomus in Epistola ad viduam adolescentem. VALES.

13. *Simili clade Caesarem accepimus Decium, etc.*] Aurelius Victor in Decio (Epit. c. 29.): *In solo barbarico inter confusas turbas gurgite paludis submersus est, ita ut nec cadaver eius potuerit inveniri.* Vide Zosim. lib. I. c. 23. LINDENBR.

14. *Valentem animam non exhalasse confestim.*] Iordanes in Histor. Goth. *Valens Imperator mox armato exercitu in Thraciarum partes digreditur, ubi lacrymabili bello commisso vincentibus Gothis, in quodam praedio iuxta Hadrianopolim saucius ipse refugiens, ignorantibus quoque quod Imperator in tam vili casula delitesceret Gothis, igneque ut adsolet saeviente ab inimico subposito, cum regali pompa crematus est.* De eodem hoc Valente Eunapius in Maximo p. 113. ed. Commelin. Ὅτε γὰρ βασιλεὺς ἐν μεγάλῃ τῶν Σκυθῶν μάχῃ ξένον τινὰ ἠφανίσθη τρόπον, ὥστε οὐδὲ ὀστέον εἰς ἀναίρεσιν εὑρέθη. Vide Zosim. lib. IV. c. 24. Socrat. Histor. Eccles. lib. IV. cap. ult. Theodoret. lib. IV. cap. 31. Sozomen. lib. VI. cap. 40. Hieronym. Epist. ad Heliodor. LINDENBR. Reinesius adscripsit: „Pet. Damian Lib. 2. Ep. 5. Ipse Valens sagitta sauciatus equo delabitur, in vilissimum tegetem milite gestante defertur, sicque supervenientibus hostibus ignibus atrociter crematur.“ Cf. Ritter. ad Guthrium T. V. P. I. p. 124. W.

Candidatis] Vide ad XV, 5, 16. W.

Ad agrestem casam relatum.] Chrysostomus in Ep. ad viduam: ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς εἰς κώμην τινὰ ἀπολειφθεὶς μετ' ὀλίγων στρατιωτῶν, etc. *Quando et Imp. ipse in quadam villa relictus cum paucis militibus, ipse quidem egredi minime est ausus. Igne vero ab hostibus admoto cum omnibus ibidem inclusis, non viris modo sed etiam equis conflagravit.* Cui consentit Orosius in lib. 7. cap. 32. *Ipse Imp. cum sagitta saucius versusque in fugam, aegre in cuiusdam villulae casam deportatus lateret, ab insequentibus hostibus deprehensus, subiecto igne consumptus est.* VALES.

15. *Aperte pensilis domus.*] Scribendum videtur, *a parte pensili domus, etc.* VALES.

16. *Quidam de Candidatis per fenestram lapsus, captusque a barbaris prodidit factum.*] Zosimus IV, 24. ita narrat: Τῶν δὲ πραγμάτων ἐπὶ λεπτοτάτης ἑστώτων ἐλπίδος, Βίκτωρ, ὁ τοῦ Ῥωμαίων ἡγούμενος ἱππικοῦ, τὸν κίνδυνον ἅμα τισὶν ἱππεῦσι διαφυγὼν ἐπὶ Μακεδονίαν τε καὶ Θεσσαλίαν ἐλάσας, κἀκεῖθεν ἐπὶ Μυσοὺς καὶ Παίονας ἀναδραμὼν, αὐτόθι διατρίβοντι τῷ Γρατιανῷ τὸ συμβὰν ἀπαγγέλλει, καὶ τὴν τοῦ στρατοπέδου καὶ τοῦ βασιλέως ἀπώλειαν. LINDENBR.

17. *Pari clade recuperatis Hispaniis Scipionum alterum cremata turri.*] Livius lib. XXV. c. 36. *Cn. Scipionem alii in tumulo primo impetu hostium caesum tradunt, alii cum paucis in propinquam castris turrim perfugisse, hanc igni circumdatam, atque ita exustis foribus, quas nulla moliri poterant vi, captam, omnesque intus cum ipso Imperatore occisos.* Vide Appian. de Bell. Hispan. c. 16. LINDENBR.

Sepulturam, qui supremitatis honor est.] Imitatur Solinum, ut solet, qui in cap. 47. perinde loquitur: *Agrigentina etiam regio frequens est equorum sepulcris, quod supremitatis munus meritis datum creditur.* Recte autem et proprie Marcellinus supremitatis honorem dixit. Sic enim sepulturae honos dicitur a Valerio Maximo in lib. IV. cap. 4. et a Valentiniano in Titulo V. Novellarum, de sepulcris. Virgilius in VI. v. 333.

Cernit ibi maestos, et mortis honore carentes.

Et in lib. XI. v. 22.

— — inhumataque corpora terrae
Mandamus, qui solus honos Acheronte sub imo est.

Et ante omnes princeps non poëtarum modo, sed omnis facundiae Homerus in Iliad. π'. v. 457.

Τύμβῳ τε, στήλῃ τε, τὸ μὲν γέρας ἐπὶ θανόντων. VALES.

Adde Salmasium ad Trebellii Pollionis tyrannos pag. 305. [p. m. 284. W.] GRON.

18. *Equitius.*] Tribunus et Cura Palatii, Valentis Augusti propinquus, ut dixit Marcellinus supra. Erat autem, ut equidem suspicor, filius Equitii Pannonii, Magistri militum per Illyricum, de quo ad libros superiores dixi. Quo porro modo hoc nomen scribi debeat, incertum est. Alii enim cum diphthongo scribunt, ut notavi: alii sine diphthongo. Quibus suffragatur vetus Inscriptio a Grutero relata p. 164. ORDINANTE. VIRO. CLARISSIMO. EQUITE. COMITE. ET. MAGISTRO. UTRIUSQUE. MILITIAE. Neque enim dubium est,

eſt, quin ſcribendum ſit in hac Inſcriptione, EQUITIO. COMITE. *Atque ita citat Cuſpinianus in Faſtis.* VALES.

19. *Praeter Cannenſem pugnam.*] Cf. Gibbon. T. VI. p. 378. et p. 379. not. 94. W.

Graecorum, commendabilis conſtatque.] Duas poſtremas voces tametſi in Mſſ. legebantur, audacter expunxi. Sunt enim perperam hoc in loco repetitae ex linea 12. huius paginae. (ex initio §. 19.) quod fatebitur, ut ſpero, quisquis animum intendere voluerit. VALES.

CAPVT XIV.

1. *Cum per annos* IV. *imperaſſet et* X. *parvo minus.*] Immo aliquanto plus imperavit Valens. Quippe a fratre Auguſtus nuncupatus eſt anno Dom. 364. menſe Martio. Periit autem anno Dom. 378. die IX. menſis Auguſti: quod intervallum eſt annorum XIV. menſium IV. et aliquot praeterea dierum. Proinde fallitur Victor, qui in Epitome c. 46. ſcribit Valentem regnaſſe annos XIII. menſes V. et Socrates, itemque Sozomenus, qui in fine lib. VI. ait Valentem anno aetatis circiter quinquageſimo, imperii ſexto et decimo deceſſiſſe. VALES.

2. *Altius ſemet ferret.*] Marcellinum ſcripſiſſe exiſtimo, *ſemet efferret.* VALES.

Erga deferendas poteſtates — tardus] De hoc uſu vocis *erga* vide ad XVI, 10, 17. W.

Singulas ut domum propriam cuſtodiebat] Conf. Lindenbrog. ad XXVII, 6, 9. W.

In adaerandis reliquorum debitis.] Sic Mſ. Flor. Vulg. *in requirendis reliq.* quam lectionem illi excogitarunt, qui quid *adaerare* ſit, non intellexerunt. Gloſſ. ita interpretatur, *Adaerat,* ἐξαργυρίζεται, ἀποχαλκίζει. L. unic. C. ne rei mil. com. LL. 13. 15. 19. C. de erogat. milit. ann. L. 4. C. de milit. veſt. Inſcriptio Tit. 28. lib. 10. C. de collat. donator. vel relevator. aut translator. ſeu adaeratorum. *Adaeratae annonae,* L. 3. C. Theod. de erog. mil. ann. *Adaeratione adhibita,* LL. Wiſigoth. lib. 4. Tit. 5. l. 3. LINDENBR.

In adaerandis reliquorum debitis.] Reliqua functionis tributariae quae a provincialibus debebantur, aut indulgere ſubditis conſueverant Principes Rom. aut certe mediocri pretio taxare, puta pro equis militaribus tot ſolidos, pro militari veſte tot, et ſimiliter: ne ſuſceptores et compulſores infinita pretia a collatoribus exigerent. Reliquorum igitur debita ſunt idem hoc loco, ac reliqua debitorum. Ac fortaſſe ſic ſcripſerat Marcellinus, *in adaerandis debitorum reliquis non moleſtus.* *Praeclare in veteribus Gloſſis ea vox explicatur: *Adaerat,* ἐξαργυρίζεται: quam vocem uſurpat Ioh. Chryſoſtomus in caput 21. Matthaei Homilia 67. ubi eleemoſynam comparans tributariae functioni, ſic ait: οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα δοῦναι μισθὸν τῆς μετακομιδῆς τῶν εἰσφερομένων. οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα καμεῖν ἐξαργυρίζοντας. Id eſt: *Minime heic opus eſt pretium ſolvere pro translatione ſpecierum ſeu militaris annonae: nulla moleſtia ſuſcipienda eſt in adaerandis ſpe-*

ciebus. Paullo post sic ait Chrysostomus: οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα παράπομπον εὑρεῖν τῶν καταβληθέντων. Quae sic vertenda sunt: *Non heic necesse est prosecutorem invenire, qui species illatas ad horrea prosequatur.* De his Prosecutoribus passim mentio fit in Codice Theodosiano.* Ceterum idem fere Valentis elogium legitur in Victoris Epitome c. 46. [Cf. etiam Themistii Orat. VIII. pag. 101. — 120. W.] VALESIUS. Absit tamen, ut hic aliquid mutandum censeamus. Etsi enim fortasse Valesius et alii loquerentur *debitorum reliqua*, non *reliquorum debita*, ut scripsisse Ammianum testantur codices tot tam vetusti; certe manus ideo vertenda non esset, et idem plane foret, aeque ac quum Cicero pro Plancio dixit c. 36. *triumphos gloriae laude superare*, tamen lib. 2. epistol. 4. scripsit *quarum laudum gloriam adamaris;* quod novimus imitantem Trogum vel Iustinum scribere lib. VII. cap. 2. *gloria bellicae laudis finitimos terrebant*, ut lib. XVIII. fin. *bellicae gloriae laudes creverunt.* Et quum Cicero scribat in Bruto cap. 42. *obtrectatio invidiae*, Iustinus is ipse in praefatione maluit *obtrectationis invidia.* Tales conversiones sunt plures. GRON.

Reliquorum debitis.] Vide ad XVI, 5, 15. et Spartianum in Hadriano p. m. 65. W.

3. *Cum magna iustorum distinctione.*] Cum in Regio [et Colbert.] *ac Tolos.* codice scriptum invenerim, *iustorumque distinctione*, non sine causa locum sic corrigendum esse censui, *cum magna iustorum iniustorumque dist.* Ita enim loqui solet Marcellinus, ut notavi ad lib. 28. cap. 4. VALES.

Contradictori copia servata.] Id est servata domino vel ei cuius interest, facultate contradicendi petitori, et rem suam per se vel per procuratorem idoneum defendendi: quo pacto petitor accepti a Principe beneficii exsecutionem suspendere iubebatur: et ille cuius bona impetrata sunt, intra anni spatium ad Comitis rerum Privatarum examen querelas suas deferre poterat, ut dicitur in lege 27. Cod. Theod. de petitionibus. VALES.

4. *Potioribus ipsis.*] Longe melior, meo quidem iudicio, codicis Regii *et Tolos.* scriptura est, *rebus ipsis id apertius monstrare concedens:* id est ipsis aedificiis et operibus. Simile est, quod Graeci dicunt, αὐτὸ δείξει τὸ ἔργον. de quo Adagio dixi ad finem libri XXII. In vulgata autem lectione vox *ipsis* superflua est et otiosa. [In Colbert. Ms. lego, *ribus ipsis id ap. monstr. conc.*] VALES.

5. *Magnarum opum intemperans appetitor.*] Valentis avaritiam plurimis in locis notavit Marcellinus. Cui subscribit Nazianzenus Gregorius in Oratione funebri de laudibus D. Basilii. Sic enim ait de Valente: Βασιλεὺς ὁ φιλοχρυσώτατος καὶ μισοχριστότατος, καὶ δύω μέγιστα ταῦτα νοσῶν, ἀπληστίαν καὶ βλασφημίαν. *Imperator ille amore lucri in immensum flagrans, et odio Christi, ac duplici morbo laborans, impietatis simul atque avaritiae.* VALES.

Duritiam] obdurationem. Vid. Vales. ad XXI, 12, 14. W.

In crudelitatem propensior.] Cedrenus in Valentis elogio eadem habet: ἦν δὲ Οὐάλης τὴν ἡλικίαν διμοιραίαν ἔχων, αὐθάδης τὸν τρόπον καὶ ὑπερήφανος καὶ πρὸς αἱμάτων χύσεις ἑτοιμότατος, ἔχων τὰς φρένας ἀσυμπαθεῖς, καὶ πάσης παιδείας ἀμέτοχος. *Valens*

statura quidem fuit mediocri, moribus autem superbus et insolens, ad fundendum sanguinem promptissimus, omnis miserationis expers, nullisque disciplinis excultus. VALES.

6. *Quaestiones committere veteres vellet.*] Cum in Ms. Regio [et Colbert.] scriptum sit *veteris e vellet*, viderit lector eruditus, an cum ratione emendatum sit a nobis hoc modo, *cum legibus lites omnes quaestionesque committere videri se vellet*, etc. VALES.

Iniuriosus alias.] In codice Regio legitur, *iniuriosus alia*, rectius, ut iam monui. [In Colbert. *iniuriosos alias*, pro *iniuriosus alias.*] VALES.

7. *Nigri coloris.*] In Mss. codicibus et vulgatis Editionibus hic locus absque ulla distinctione legebatur: *Nigri coloris pupula oculi unius obstructa, etc.* Sed nos addita virgula locum distinguendum putavimus. In exemplari porro Regio scriptum erat, *migni coloris*, eademque superscriptum manu, *ignei:* [in Colbert. *inigni col.*] *in Tolos. *piger, inigni caloris. pupula, etc.** VALES. Itaque aliud hic agendum restabat praeter interpositam distinctionem, et id quidem longe maioris ad historiam et Valentis faciem momenti; quod sane non intelligo, qui non doctissimus Valesius aut subodoratus sit, aut non intenderit se ad subodorandum. Quid enim dubito sub ista corruptela celari *hysgini coloris?* Agitur enim non de crinibus, aut oculis, sed ipsius cutis colore, quem ad ruboris istam speciem vult accessisse. Color autem hysginus iam ab viris eruditis consideratus affatim est, et olim a Plinio lib. IX. cap. 42, ubi quid affert Harduinus, quod non rapax ille accipiter suffuratus est ex Salmasio in Plinianis Exercitationibus pag. 272? GRON.

8. *Illud autem praeteriri non convenit, quod cum oraculo tripodis, etc.*] Aliter Cedrenus et Zonaras. nec sortis huius meminerunt, sed noctu per quietem versus quosdam Valenti insusurratos dicunt, monentes ad Mimanta ut pergeret, fatum ibi inventurus. Cedrenus: Πρὸ δὲ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, ἐθεάσατο κατόναρ ἄνδρα τινὰ λέγοντα αὐτῷ·

Τάχος βάδιζε πρὸς Μίμαντα τὸν μέγαν,
Ἔνθα μόρος σε δεινὸς ἁρπάσει τάλαν. LINDENBR.

Quem movisse Patricium docuimus et Hilarium] XXIX, 1. W.

ΑΙΛΑ ΚΑΙΟΜΕΝΟΙΣ ΚΑΡ.] In Ms. Regio hoc ἀκροτελεύτιον sic legitur: αἶαλι λαιομένο κάρ. Postrema quidem restitui posse mihi videntur hoc modo, κειαμένη πῦρ, supple τισιφόνη. Hoc enim acroteleution Homeri egregie huic loco convenit. Oraculum autem ipsum exstat integrius in lib. XXIX. c. 1. §. 33. [In Colbertino legitur: αἶαλι λαιομένοιο ἄρ.] VALES.

Inconsummatus et rudis.] Sic XXI, 10, 8. inconsummatum et subagrestem. W.

Erythraeo oppido superpositum montem Mimanta et Homerum scripsisse.] *Homeri locus, cuius etiam meminit Cicero ad Atticum Epist. 13. lib. 16. exstat.* Odyss. γ. 172. παρ' ἠνεμόεντα Μίμαντα. Eumque in hac historia laudant Cedren.* et Zonaras in Valente: διυπνισθεὶς οὖν (Οὐάλης) ἐπυνθάνετο, τίς ἂν εἴη ὁ μίμας, καὶ τὶς τῶν λόγοις ἐσχολακότων ἔφη αὐτῷ, ὄρος εἶναι τῆς Ἀσίας τὸν Μίμαντα πρὸς τῇ θαλάσσῃ κείμενον. τούτου δὲ καὶ τὸν Ὅμηρον ἐν Ὀδυσσείᾳ μεμνῆσθαι, λέγοντα, παρ' ἠνεμόεντα μίμαντα.

Experrectus e ſomno (Valens) *percontatur quis ſit Mimas. Ibi quidam homo doctus reſpondet, eſſe montem Aſiae ad mare ſitum, cuius et Homerus in Odyſſea meminerit, ac ventoſum appellet.** Euſtathius autem ſic explicat: *Μίμας δὲ ὄρος φασὶ κατέναντι Χίου, μεταξὺ Ἐρυθρῶν καὶ τοῦ ὑποκρήμνου, ἀπὸ Μίμαντος γίγαντος ἐν αὐτῷ κειμένου.* LINDENBR.

Erythraeo oppido ſuperpoſitum montem Mimanta.] Hic memoriae vitio lapſus eſſe videtur Marcellinus. Neque enim Erythris, ſed Chio ſuperpoſitum montem Mimanta Homerus cecinit in Odyſſ. 3. v. 172.

Ἢ ὑπένερθε Χίοιο παρ' ἠνεμόεντα Μίμαντα.

Quamquam non nego Erythras etiam monti Mimanti ſuppoſitas fuiſſe: id enim aperte ſignificat Homerus in Hymno ad Neptunum, quem refert Herodotus in Homeri vita. Eſt et alter Mimas mons in Thracia, de quo loquitur Ariſtophanes in Nubibus, ut notat Scholiaſtes Comici et Suidas. VALES. Rectene an ſecus memoria lapſum dixerit Marcellinum vir praeſtantiſſimus, de eo diſputantem vide Spanhemium ad Callimachi h. in Del. v. 67. p. 425. ed. Erneſt. W.

9. *Inventus dicitur ſaxeus monumenti ſuggeſtus.*] Eadem Cedrenus, *et Zonaras in Valente. Cedreni verba haec ſunt:* *Ὕστερον δὲ μετὰ τὴν τῶν πολεμίων ἀναχώρησιν ἀναζητούντων τινῶν τὸ σῶμα τοῦ βασιλέως εὑρέθη ἐν ᾧ ἐκρύπτετο οἰκήματι τάφος ἀρχαίου τινὸς ἐπιγεγραμμένος οὕτως·* ΕΝΤΑΥΘΑ ΚΕΙΤΑΙ ΜΙΜΑϹ ΜΑΚΕΔΩΝ ΣΤΡΑΤΗΓΕΤΗϹ. LINDENBR.

CAPUT XV.

1. *Nihil ſinguli licere poterant.*] Sic Accurſius edidit: at in codice Regio [et Colbert.] *ac Toloſ.* ſcriptum inveni, *ſinguli cere poterant:* et ſuperſcriptum eadem manu *ſerre:* quod tamen minime placet. Mallemque ſic emendare, *cum praeter ſe nihil ſinguli cernere poterant,* ut loquitur Marcellinus in lib. XXIX. cap. 1. §. 34. VALESIUS. Vide an non certius ad veterem ſcripturam ſit, *nihil ſinguli ſcire.* GRON.

2. *Agminibus petivere denſatis.*] In exemplari Regio legitur *denſetis.* Neque hic ſolum, ſed praeterea lib. XIV. c. 2. lib. XXII. cap. 8. lib. XXV. cap. 2. et lib. XXIX. cap. 5. fere in fine eamdem ſcripturam inveni: quae cur Editoribus tantopere diſplicuerit, cauſam non video. Sic enim Virgilius loquitur in X. Aen. v. 432.

Poſtremo addenſent acies.

et in XII. eiusdem operis v. 264. [ubi tamen Heynius *denſate.* W.] et in lib. 1. Georg. 248. 419. Sed et Salluſtius in lib. 3. Hiſt. eodem modo dixit: *Ille ſubſidiis principes augere et denſere frontem,* citante Eutyche Grammatico. [In Colbertino tamen Mſ. legitur, *denſatis.*] VALES.

5. *Aetatem.*] Scribendum videtur, *iubebant noſtris per min. litteras et legatum, ut ſe dederent ſtatim fide retinendae ſalutis accepta.* VALES.

6. *Contemptatis ſcriptis*] Erneſtius: „Haud dubie legendum *contemplatis*, i. e. conſideratis. Sic etiam exhibet editio Stephaniana. Sed tamen verbum ſimplex *temptare* legitur in Excerptis de Theodorico: Nam ultima vita regni ſui *temptans eum diabolus,* volens ſectam Eunomianam ſequi etc. Hoc autem in loco *temptare* idem eſt quod *tentare,* ſenſu quidem haud dubie eccleſiaſtico. *Contentare* eſt in Verſione vulgata librorum ſacrorum Matth. 5, 41. ſed pro *cogere* poſitum, ut ſit frequentativum a *contendere.*" W. *Temptare* pro *tentare* tantum non ſemper ſcriptum reperi in codd. tragoediarum Senecae, quorum penes me eſt collatio. ERF.

Adusque ipſa vitae diſcrimina.] In Regio codice ſcriptum inveni perinde ut in Flor. *deſrumenta*, eademque manu ſuperſcriptum *detrimenta.* [In Colbert. *deſrumenta.*] VALES.

10. *Et huiuscemodi tela.*] Lege *et cuiuscemodi tela,* vel *cuiusque modi.* VALES.

11. *Animadverſum eſt a noſtris iisdem telis barbaros uti, quibus petebantur; ideoque mandatum.*] Marii hoc inventum iam olim eſt, cum contra Teutones pugnaret. Plutarch. in Mario c. 25. Porphyrius in Horat. lib. 2. Satyra 1. v. 14. LINDENBR.

12. *Scorpio genus tormenti*] Vide ſupra XXIII, 4, 7. W.

13. *Vel fundae amento.*] In codice Regio perinde ac in Florentino [et Colbert.] ſcriptum reperi, *nullo ferme ali telo vel funforis amento:* ut fortaſſe ita ſcripſerit Marcellinus, *vel funditoris amento incaſſum excuſſo.* Fundas porro etiam de onagris ſeu ſcorpionibus, tormentis bellicis, dixit Marcellinus in lib. XIX. c. 7. VALES. Utinam quale funditoris amentum conciperetur ab viro doctiſſimo aut intelligeretur, verbo uno eſſet annotatum, quum in univerſa antiquitate id genus funditori attributum vel ſemel ignorem. Ego autem ex Mſſta lectione ſolitus ſum haec ita pro Ammianeis habere, *nullo ferme alite telo vel funda ſeu amento incaſſum excuſſo.* GRON.

Rapiendi Valentis malis lucubrationibus quaeſiti.] Paene aſſentior Iano Grutero, qui ſcribendum eſſe coniiciebat *quaeſita,* id eſt opes quaeſitas. Sed fortaſſe nihil mutandum eſt, cum idem ex vulgata lectione ſenſus elici poſſit. Quod ſi quid mutare licitum eſſet, equidem mallem corrigere, *Valenti malis lucubrationibus quaeſiti,* ut vitetur ambiguitas. Eadem ſignificatione Hegeſippus in lib. V. quaerendi cupidinem dixit. [In cod. Colbert. legi, *rap. Valentis m. luc. quaeſti, etc.*] VALES.

CAPVT XVI.

1. *Perinthum*] Vid. XXII, 2. 3. W.

2. *Exindeque Serdicam aliam Macedoniae urbem.*] At Serdica Daciae Mediterraneae civitas eſt, non autem Macedoniae. [Cf. ſupra XXI, 10. W.] Quare cum in codice Regio optimo ac fideliſſimo [et in Colbert.] ſic inveniſſem, *pras Philippopolim, exindeque Serdicam, alia Macedoniam, etc.* non dubitavi quin a Marcellino ita ſcriptum fuiſſet, *pars Philippopolim, exindeque Serdicam, alii ad Macedoniam omni ſtudio ad prop. excogitato*

currebant. Et ita unius litterae adiectione locum ab Accursio corruptum egregie restituimus. Quippe ab Hadrianopoli quae erat Aemimonti civitas, dextra quidem iter erat in Daciam, sinistra autem in Macedoniam, ut patet ex Tabulis Geographicis. VALES.

5. *Saracenorum cuneus.*] Missus a Mavia Saracenorum Regina, ut scribit Socrates in cap. 1. libri v. et Sozomenus. VALES.

Diversis in locis retulimus] v. c. XIV, 4. XXIV, 2. W.

Ad fortem magis expeditionalium rerum, quam ad concursatorias hab. pugnas.] Saraceni enim magis ad furta et latrocinia quam ad pugnam seu stabilem seu ex concursatione apti sunt, ut notat etiam Procopius in lib. 2. Pers. Σαρακηνοὶ μὲν γὰρ τειχομαχεῖν μέν εἰσιν ἀδύνατοι φύσει, ἐς δὲ τὸ ληΐζεσθαι πάντων μάλιστα δεινοί. et in lib. 2. de Aedificiis. Huiusmodi autem homines in expeditionibus quidem maximo usui sunt, dum aut pabulatores hostium, aut impedimenta intercipiunt: in obsidionibus autem prorsus inutiles sunt, in quibus aut stabili pugna aut ex concursatione pugnandum est, ut docet Marcellinus lib. XVI. cap. 2. et XXI, 13. Concursatorias pugnas vocare solet Marcellinus, quas Graeci τὰς ἐκ διαδρομῆς μάχας; quibus opponuntur αἱ στάδιοι. Itaque emendandus Hesychius in σταδίη. Sic Livius in principio lib. XXVIII. concursationi stabilem pugnam *et statarium militem concursatori* opponit. Porro non dissimulanda est codicis Regii scriptura, in quo legitur, *ad fortem magis, etc.* ut fortasse ita scribendum sit, *ad furta magis expedit. etc.* Sic furta bellorum dixit Frontinus in lib. 2. Strat. cap. 5. et alii multi. VALES.

6. *Crinitus quidam.*] Talis erat habitus Saracenorum, ut docet Hieronymus in Vita Malchi: *Ecce subito equorum camelorumque sessores Ismaelitae irruunt, crinitis vittatisque capitibus, ac seminudo corpore pallia et latas caligas trahentes.:* et Theodorus Mopsuestenus in caput x. Hieremiae, Saracenos ait comam a fronte quidem detondere, retro autem intonsam demittere. Denique Plinius in VI. *Arabes,* ait, *mitrati degunt, aut intonso crine:* cui subscribit Claudianus in lib. 1. de laudibus Stilichonis v. 156.

Hinc mitra redimitus Arabs.

Unde etiam in veteribus nummis Agbarus Arabum in Edessa Regulus, mitratus cernitur. VALES.

[*Quidam ex turma Saracenorum interfecti hostis iugulo labra admovit, effusumque cruorem exsuxit. Quo monstroso miraculo territi Barbari, etc.*] Hic mos Saracenorum erat. Certe Lambertus Schafnaburgensis, in Chronico usque ad annum 1077. deducto, de Episcopis Mogontiacensi, Babembergensi, Ratisponensi et Traiectensi, Hierosolymam petentibus, et a Saracenis in villa quadam circumsessis anno 1065. loquens scribit: *Dux Arabum ait, se omnibus quae haberent sublatis, carnes eorum comesturum, et sanguinem bibiturum.* Marianus Scotus de isto Duce Arabum, et de Gunthario vel Gunthero Babembergensi Episcopo sic loquitur in Chronico, anno 1065. *Episcopus vero per interpretem ait: Quid mihi facies? Et ille* (Dux Arabum) *dixit: Istum pulchrum sanguinem gutturis tui sugam, et suspendam te sicut canem ante castellum, etc.* Plinius Secundus in libri XXVIII. capite 1. a comitiali morbo laborantibus idem Romae fieri in arena

indignatur his verbis: *Sanguinem namque gladiatorum bibunt, ut bibentibus populis procul fint comitiales morbi: quod fpectare facientes eadem arena feras quoque horror eft. At hercule illi ex homine ipfo forberi efficaciffimum putant calidum fpirantemque, et una ipfam animam ex ofculo vulnerum: cum e plagis hunc ne ferarum quidem admoveri ori fas fit humano.*] VALES.

Effufumque cruorem exfuxit.] Pomp. Mela de Scythis Europaeis lib. 2. cap. 1. *Interius habitantium ritus afperior, et incultior regio eft: bella caedesque amant. Mosque eft bellantibus cruorem eius, quem primum interemerunt, ipfis e vulneribus ebibere.* LINDENBR.

7. *Audaciae fracto.*] In MSf. Flor. et Regio legitur *audaciam fracto.* Sed in Regio codice fuperfcriptum inveni, *audacia fracta:* quo modo fcripfiffe Marcellinum exiftimo. VALES.

Murorum ambitum cet.] De magnitudine urbis et multitudine incolarum vid. Wernsdorf. ad Himerii Orat. [VII.] p. 80. et 116. W.

Infularum fpatiis.] Haud dubie emendandum eft, prout in Regio codice legitur: *cum murorum ambitum infularumque, fpatiis immenfis oblongum, etc.* ubi infulae funt domus, quae proprio parietum ambitu a vicinis aedibus disiunctae funt. VALES.

8. *His diebus efficacia Iulii Magiftri militiae.*] Hoc Iulii Magiftri militum per Orientem ftrategema multis narrat Zofimus in lib. IV. c. 26. [ubi vid. Reitemeier. p. 590. W.] Sed non hoc anno, verum infequenti fub initia Imperii Theodofii actum id effe teftatur. Hic porro Iulius Comes rei militaris antea fuerat per Thracias, ut retulit Marcellinus in bello Procopiano. Ἴουλλος dicitur a Libanio tum in Epiftolis, tum in Orat. VALES.

Rectores Romanos omnes] nam magiftratus publici penes Romanos manfere. Vide Valef. infra ad Excerpta §. 60. W.

9. *Potiores aetate.*] Mallem equidem hunc locum ita fcribi et interpungi: *Scribant reliqua potiores, aetate doctrinisque florentes.* VALES.

COMMENTARIUS

IN

EXCERPTA

AUCTORIS IGNOTI.

Horum Auctor Excerptorum, *Anonymus Valesii* vulgo dictus, in magna merito est commendatione, quippe quem testes ut plurimum locupletissimos sequi Gibbonus ipse, laudum ille alias admodum parcus, non diffiteatur. W.

1. *Nepos ex fratre*] Reinesius: „Ex filia Crispi fratris Claudii natum ait Sigonius in Treb. Pollione.“ W.

Praeses Dalmatiarum.] Constantius Chlorus Praesidatum Dalmatiae administravit imperante Caro: eumque Carus in locum Carini filii Caesarem subrogare constituerat, ut docet Vopiscus in Carini gestis c. 17. extr. VALES.

Helena] Cf. Tillemont. IV, 130. 534. W.

E qua postea sex liberos.] Haec verba transscripta sunt ex Eutropii lib. IX. c. 22. quae in Hieronymi Chronico etiam leguntur. VALES.

Sex liberos Constantini fratres] Tres fuere fratres, Dalmatius, Iulius Constantius et Hannibalianus, tresque sorores, Constantia, Licinii Imperatoris, Anastasia, Bassiani Caesaris, et Eutropia, Nepotiani Consulis coniux. Cf. Tzschuck. ad Eutrop. IX, 22. p. 716. W.

2. *Natus Helena matre vilissima*] ex obscuriori matrimonio eius (Constantii) filius Eutrop. X, 2. ibique Tzschuck. ἐξ ὁμιλίας οὐ σεμνῆς γυναικὸς Zosim, II, 8. ubi v. Reitemeier. Cf. etiam Gibbon T. III. p. 11. W.

In oppido Naiso] cf. notam Valesii ad XXI, 10, 5. et Gibbonum l. c. W.

Literis minus instructus] minus iusto. Tillemont IV. p. 132. W.

Obses apud Diocletianum et Galerium] pignus fidei paternae. Aurelius Victor de Caess. c. 40. et Epit. c. 41. religionis specie obses tenebatur a Galerio. W.

Galerius obiecit ante pluribus periculis.] Inter cetera enim iussus est a Galerio Constantinus immanem leonem subsistere: quem quidem Constantinus occurrentem audacter excepit ac con-

fecit: ut scribit Praxagoras in libris de vita Constantini testante Photio in Bibliotheca, et Zonaras in Constantii Chlori Vita, pag. 246. Adde Nicephorum in lib. VII. cap. 29. VALES.

3. *In Sarmatas iuvenis equestris militans*] Tillemont. IV. p. 142. W.

4. *Veredis post se truncatis*] Idem tradit Zosimus II, 8. et Aurelius Victor de Caess. c. 14. ut, etiamsi fabulae similis videatur res, et apta ad movendam fugae suspicionem, ficta tamen non sit a Zosimo, id quod opinatus est Gibbon. T. III. p. 14. W.

Ad patrem Constantium venit] Tillemont. IV. p. 144. — *Bononiam* (Boulogne) *Gessoriacum* Ammian. XX, 1, 3. 9, 9. Ritter. ad Guthrium T. V. P. 3. p. 98. — *Post victoriam Pictorum* de Pictis reportatam. Tillem. IV. p. 145. — *Eboracum* (York) — *Constantinus omnium militum consensu Caesar creatus* vid. Tzschucke ad Eutropium p. 745. W.

5. *Caesares duo facti, Severus et Maximinus*] uterque a Galerio. — *Et quidquid Herculius obtinebat.* Haec Zosimus non habet. Vid. Reitemeier. p. 544. W.

6. *In Brittania.*] Sic in membranis Iac. Sirmundi exaratum est, ne quis forte mendum typographorum hic subesse existimet. Sed et in Rufi Festi Breviario *Brittaniam* ubique scriptum habet vetus codex Bibliothecae Regiae, Graecorum more qui Βρεττανοὺς dicunt. VALES.

7. *Ut gener apud socerum.*] Maxentium Galerii Maximiani generum fuisse, praeter hunc locum testatur veteris nummi inscriptio ab Eminentiss. Cardinale Baronio in Annalibus producta. Victor quoque in Epitome c. 40. *Is Maxentius carus nulli umquam fuit, ne patri, aut socero quidem Galerio.* Quamquam in vulgatis Victoris Editionibus legitur, *Is Maximianus, etc.* corrupte. Nam ex Historiae Miscellae lib. XI. ubi hic Victoris locus adducitur, apparet ita scribendum esse ut priore loco posui. VALES. Itaque mirabar, quid vellet Balusius, quum ad caput XXVI. Lactantii de mortibus persecutorum in emendatione huius ipsius loci sic agit, quasi haec numquam ab Valesio essent prodita, etsi ibidem ostendat tunc maxime haec verba ab eo inspecta fuisse. GRON.

Partes suas deseruisse.] In Panegyrico, qui dictus est Constantino Maximo, c. 3. id refertur his verbis: *Duxerat magnum Severus exercitum, et hostem suum perfidia disertus armaverat. Maiores postea copias Maximianus admoverat, et ipse transfugis circumcisus videbatur prospere refugisse.* Vide Aurelium Victorem c. 40. VALES.

Flamminia iussit auferri.] Gravius hic est ulcus, quam ut coniectura sanari possit. Deesse enim videntur nonnulla, quae ad Maximianum Herculium pertinebant. Nam quae proxime sequuntur, *Ille ad Constantinum refugit*, proculdubio ad Herculium spectant. VALES. Aliter Balusius ad caput XXVII. Lactantii; quippe quum putaret haec verba pertinere ad ea cum quibus coniunguntur, ideoque flammis tradi ea iussisse, quae auferri non possent, ut si quis insequi voluisset, utensilia, id est, res ad victum necessarias, non haberet, ut ibi dicit Lactantius, scribendum censet *flammis omnia.* At certe non eo usque tendit haec narratio, ut omnia corrumpi velle significet, sed in praedam militibus concedi tantum. Neque ista coniectura habet aliam ansam, nisi pri-

mas literas, quum sententia certe sit ei contraria: et vix dubito, quin ea saepe in mentem Valesio venerit, sed ut non sufficiens ab eo repudiata sit. Mihi videtur illud *fla* ortum esse ex ratione scribendi nota oīa, ubi tandem litera o cum superscripto flexu coaluit; et auctorem scripsisse colligo, *omnia in via iussit auferri.* GRON. Legendumne *Flaminia* (via, *omnia iussit auferri?* Sed praeterea displicet *virorum.* W.

8. *In Illyrico Licinium Caesarem fecit.*] Maximiano Herculio X. et Galerio VII. Conss. qui annus erat Natalis Dominici 308. Licinius a Galerio Caesar factus est Carnunto, quae urbs Pannoniae est sub Illyrico comprehensa, ut scribit Idatius in Fastis, et Auctor Chronici, quod vulgo Alexandrinum vocant. [Vid. Ammian. xxx, 5. W.] Nec assentiri possum doctissimo viro, qui Licinium a Galerio Caesarem factum ponit anno Dom. 307. Etenim tum ex horum Excerptorum Auctore, tum ex libro 2. Zosimi c. 11. coll. c. 10. constat, Licinium tunc Caesarem esse nuncupatum, cum Galerius ex Italia in Illyricum, ab expeditione adversus Maxentium rediisset. Profectus autem est contra Maxentium Galerius anno Domini 307. quo etiam tempore Severus Caesar a Maxentio interfectus est; ut ait Auctor Excerptorum. Proinde ex Italia in Illyricum cum exercitu reverti non potuit nisi anno sequente. Ceterum Licinius ex Caesare Augustus postea factus est, anno ut suspicor 311. paullo ante mortem Galerii: quod indicat Auctor Alexandrini Chronici his verbis: Γαλέριος βασιλεύσας ἔτη ιϛ'. τελευτῶν ἐποίησε βασιλέα Λικίννιον. Movet me praeterea, quod Galerius Maximianus in edicto suo quod anno 311. emisit, nullam Imp. Licinii mentionem facit: cum tamen Constantinum Imp. nominatim appellet: ut credibile sit paullo post hoc Edictum Licinium a Galerio Augustum creatum esse. Certe Licinius in Fastis Cassiodori et Cuspiniani hoc anno Consul ponitur cum Galerio Maximiano VIII. Consule. Qui si iam ab anno 308. Augustus fuisset, iampridem Consulatum sine dubio gessisset. Namque Imperatores eo tempore simul atque Imperium adepti fuerant, Consulatum inibant. VALES.

Licinium Caesarem fecit] Rectius, ut videtur, alii numquam Caesarem, sed statim Augustum factum esse tradunt. Conf. Reitemeier. ad Zosim. II, 11. p. 545. et Gibbon. T. III. p. 35. W.

Persecutionis] Christianorum. Lactantius de mortibus persecutorum c. 33. Euseb. Hist. Eccles. VIII, 16. W.

Imperavit ann. XIX.] Annos quidem XIX. integros ac plenos imperavit Galerius, sed praeterea annos duos semiplenos seu cavos. VALES. Cf. Tillem. P. IV. p. 515. W.

9. *Severus Caesar*] Cf. Tillemont. T. IV. p. 37. 82. 136. 140. 517. *Maximinum* Idem ib. p. 240. — *Maxentius* Idem p. 151. ss. 549. et p. 161. 211. ss. W.

10. *Et in villa publica Appiae viae*] Ad Tres Tabernas, ut scribit Victor in Epitome c. 40. et Zosimus in lib. 2. c. 10. [ubi vid. Cellarius. Cf. etiam Wesseling. ad Itiner. p. 107. W.] Erant autem Tres-Tabernae in via Appia, ut patet ex D. Luca in Actis Apostolorum, tricesimo ab urbe milliario, ut scribit auctor Excerptorum: quod confirmat Itineraria Peutingerorum Tabula sic: *Ab urbe Appia via Bovillas m.* X. *Aricia m.* 3. *Tribus Tabernis m.* 17. Ex his patet falli Eutropium x, 5. [ubi v. Tzschuck. p.

748. W.] et Aurelium Victorem de Caeff. c. 40. qui Severum Ravennae occifum effe fcribunt. VALES.

11. *Galerius fic ebriofus fuit.*] At id de Maximino tradit Victoris Epitome c. 40. VALES.

A Praefecto] Praetorio. W.

12. *Conftantinus apud Veronam victis ducibus tyranni.*] Conftantinus v. Imperii fui anno cum 40 millibus armatorum*) adverfus Maxentium profectus, Segufienfium oppidum primo impetu cepit: poft in Taurinatibus campis occurrentes Maxentii copias atque in his cataphractos equites profligavit. Hinc Mediolanum progreffus, paullo poft Veronam obfidere inftituit, et Maxentii exercitum qui ad liberandam obfidione Veronam miffus fuerat, fudit ac fugavit; ipfum Ducem Pompeianum occidit, ut tradit Auctor Panegyrici dicti Conftantino. Cladis illius Veronenfis meminit etiam Aurelius Victor de Caefar. c. 40. VALES.

Syro quodam genitum effe.] Victor in Epitome c. 40. idem dicit: *Sed Maxentium fuppofitum ferunt arte mulieris, tenere mariti animum laborantis aufpicio gratiffimi partus, coepti a puero.* Cui fubfcribit Auctor Panegyrici Conftantino dicti: *Ille erat Maximiani fuppofitus, tu Conftantii Pii filius.* VALES.

13. *Imperavit ann. . . . . . .*] Scribendum eft *ann.* VI. ex veteribus Panegyricis Conftantino dictis, et ex Auctore Alexandrini Chronici, qui Maxentii initium recte collocat anno Dom. 306. VALES.

Licinius] Tillemont. T. IV. p. 164. f. 559. 233. 255. ff. 295. 306. ff. W.

Nuptiis celebratis Gallias repetit.] Idem legitur paene verbis iisdem apud Zofimum in lib. 2. c. 17. VALES.

15. *Senicionem*] Tillemont T. IV. p. 255. Idem mox dicitur Sinicius. *Aemonam* (Laybach in Carinthia) cf. Gibbon. T. III. p. 85. W.

16. *Ad Cibalenfem campum*] vid. notam ad XXX, 7. W.

Item] Fortaffe, commate poft *ferratorum* pofito, legendum *idem*. W.

17. *Valentem ducem limitis*] Tillemont. IV. p. 256. 261. — *In campo Mardienfe* Idem p. 256. W.

18. *Meftrianus legatus.*] Huius legationis cuius princeps erat Meftrianus, meminit Petrus Patricius in Excerptis legationum. VALES. Cf. Tillemont T. IV. p. 258. et 259. not. W.

Valens privatus fieret] Conf. Zofim. II, 20. cum nota Reitemeieri p. 548. W.

Minorem Scythiam.] Sic dicta eft pars Moefiae, ad diftinctionem maioris Scythiae illius, quam Scytharum innumerae gentes olim incolebant, ut fcribit Iordanes in Geticis, ubi de Tomyri Regina: *In partem,* inquit, *Moefiae (quae nunc ex magna Scythia nomen mutuata, minor Scythia eft appellata) tranfiens, etc.* Et multo poft: *Hernac quoque, iunior Attilae filius, cum fuis in extremo minoris Scythiae fedes elegit.* VALES.

---

*) Zofimus II, 15. 90000. peditum, 8000. equitum fuiffe refert. W.

19. *Ut filii Constantini* cet.] Tillemont T. IV. p. 270. 281. 303. 353. ff. Gibbon T. III. p. 91. not. 92. W.

20. *Licinio, Constantino.*] Supple *Consulibus.* Is erat annus Dom. 319. quo Constantinus Augustus V. et Licinius Caesar Consules fuerunt. VALES.

Repentina rabie suscitatus Licinius.] Haec periodus transscripta est ex lib. 7. Orosii cap. 28. VALES.

21. *Gothi.*] Immo Sarmatae duce Rausimodo, ut narrat Zosimus in libro secundo c. 21. VALES. Rittero ad Zosimi l. c. pag 548. ed Reitemeier. huc pertinere videntur numi Constantini cum inscriptione: Victor Goth. W.

Per neglectos limites] Conf. Reitemeier. ad Zosimum p. 558. W.

22. *Item parabatur*] Forte scribendum est, *interim parabatur.* VALESIUS. Possis cogitare *sed iam parabatur* aut *sed comparabatur.* GRON.

23. *Amandus.*] Zosimus Ἄβαντον vocat II, 23. [Falso. vid. Heyne ad Zosim. p. 634. W.] Sigonius in libris de imperio Occidentali, Abanta nominat corrupte. VALES.

24. *Circa Hadrianopolim.*] Haec insignis Constantini victoria contigit anno Dom. 324. Crispo III. Constantino III. Coss. ut scribit Idatius in Fastis: *His Conss. bellum Hadrianopolitanum die v. Nonas Iulias, et bellum Chalcedonense* XIV. *Cal. Octobr.* Quae iisdem verbis Graece referuntur in Chronico Alexandrino, nisi quod Consulatu Paulini et Iuliani, et v. Cal. Iulias, non autem v. Nonas ea contigisse dicuntur. Sed verior Idatii narratio est: eamque confirmat Constantinus ipse in lege 1. Cod. Theod. de veteranis *Veterani,* ait, *qui ex die v. Non. Iuliarum, cum prima per Thraciam victoria universo orbi inluxit, et qui postea apud Nicomediam missionem meruerunt, etc.* Quae lex lata est Paulino et Iuliano Coss. sic enim emendanda subscriptio. In Calendario denique quod primus edidit Herwartius, haec Constantini victoria sic notatur: v. *Non. Iulias fugato Licinio, Circenses missus* XXIV. VALES. Cf. Tillemont. T. IV. p. 300. s. W.

25. *Martinianum sibi Caesarem* [fecit] Zosim. II, 25. Μαρτινιανόν, ἡγεμόνα τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων ὄντα (Μάγιστρον τοῦτον ὀφφικίων καλοῦσι Ῥωμαῖοι) Καίσαρα καθίστησι. Cf. Tillemont. T. IV. p. 304. 310. W.

26. *Cum classe*] non ita tamen, ut classi praeesset. Vid. Reitemeier. ad Zosim. p. 548. et Heynium ibid. p. 634. W.

27. *Chrysopolim*] (Scutari) Tillemont. T. IV. p. 307. — *Aliquaca* Idem p. 299. Conf. Valesius ad Ammian. xx, 8, 1. W.

29. *Herculii Maximiani soceri sui.*] Tota haec periodus ex Orosii lib. 7. translata est. VALES.

Tumultu militari exigentibus in Thessalonica iussit occidi] Eutrop. x, 6. contra religionem sacramenti Thessalonicae privatus occisus est. Vid. ibi Tzschuck. Conf. etiam Gibbon. T. III. p. 110. W.

In quantum exercere potuit.] Ultimam vocem sine qua sensus vacillabat, supplevi ex cap. 28. Orosii, qui vicissim ex hoc Auctoris nostri loco emendandus est. VALES.

30. *Romae desideravit aequari*] Cf. Ritter. ad Guthrium T. v. P. 1. p. 4. W.

Quaesitis ei undique civibus.] Adeo ut Hieronymus in Chronico lib. II. p. 181. non veritus sit dicere, Constantinopolim a Constantino dedicatam fuisse paene reliquarum urbium nuditate: quo magis Eunapio fides haberi potest, qui in Aedesii vita p. 41. ed. Commelin. haec de Constantinop. populo dicit, *τὸν μεθύοντα δῆμον, ὃν Κωνσταντῖνος τὰς ἄλλας χειρώσας* (lege *χηρώσας*) *πόλεις ἀνθρώπων εἰς τὸ Βυζάντιον μετέστησε. insanam populi multitudinem, quam Constantinus, exhaustis prope ceteris urbibus, Byzantium transtulit.* VALES. Cf. Gibbon. T. IV. p. 40. Wernsdorf. ad Himerii Or. in laudes Cpoleos p. 116. ed. Harlef. W.

Senatum constituit secundi ordinis] *ἑτέραν βουλὴν* Sozomen. II, 32. Vid. Valef. ad Ammian. XXII, 9, 2. — *Claros vocavit.* Romae Senatores dicebantur Clarissimi. W.

31. *Implorantibus Sarmatis auxilium tulit*] anno 334. Cf. Ritter. ad Guthrium T. v. P. 1. p. 6. et Tzschuck. ad Eutrop. p. 767. W.

Per Constantinum Caesarem] Ritter l. c. p. 5. W.

Ariarici Regis.] Ariaricus Rex erat Gothorum, ut refert Iordanes in Geticis. VALES.

32. *Servi Sarmatarum*] Limigantes. Vid. Ammian. XVII, 13. W.

33. *Primus Christianus excepto Philippo.*] Haec et sequentia ex lib. 7. cap. 28. Orosii exscripta sunt, qui ut nobis ad hunc locum emendandum auxilio fuit, sic vicissim ex Auctore nostro corrigendus est. VALES.

34. *Paganorum templa claudi*] Cf. Tillemont. T. IV. p. 323. — *Gothorum — delevit* Idem p. 393. 395. W.

35. *Calocaerum*] camelorum actorem. Cf. Gibbon. T. IV. p. 182. Ritter. ad Guthrium T. v. P. 1. p. 7. — *Dalmatium* Ritter. l. c. Reitemeier. ad Zosimum p. 561. Post *Dalmatii* addendum *Caesarem fecit* ex Valesii ipsius nota ad Ammian. XIV, 1, 2. ubi etiam de Annibaliano monuit. Conf. insuper Ritterus l. c. p. 7. 8. Gibbon. T. IV. p. 178. inprimisque Tzschuck. ad Eutropium p. 774. — *Constantina* cf. not. ad Ammian. XXI, 1, 5. — *Ripam Gothicam* i. e. Thraciam, Macedoniam et Achaiam. *Villa publica* Achyrone. *Obiit* a. 337. Cf. Ritter l. c. p. 8. 9. W.

36. *Nepos*] Iulius Nepos. — *Ad Portum urbis Romae* (Porto) cf. Ritter. l. c. p. 288. — *Factus est* Glycerius *Episcopus* Salonae in Dalmatia. — *Orestes Patricius* quem ipse Magistri militum iure exercitum in Galliis suscipere iusserat. Ecdicium in aula sibi praelatum indigne videtur tulisse. W.

A suis occiditur] „a Viatore et Ovida Comitibus. Eugipius in vita Severini c. 25." Reinesius. W.

37. *Augustulus, qui ante regnum Romulum.*] Romulus Augustus vero nomine dicebatur: sed ob puerilem aetatem vulgo Augustulus *ὑποκοριστικῶς* vocabatur, ut scribit Procopius in lib. 1. Goth. initio. Cui accedit Evagrius in lib. 2. cap. 16. Cedrenus pag. 188. *Ῥωμύλος ἐπίκλην Αὐγουστάλιος.* Malchus certe in lib. 1. Hist. Byzantinae Augustum vocat Orestis filium, non Augustulum. et in veteribus Nummis dicitur IMP. C. ROMULUS AUGUSTUS.

P. F. AUG. quamquam nonnulli Momylum vocant gravi errore. VALES. Cf. Ritter. ad Guthrium T. v. P. I. p. 289. W.

Romulus a parentibus vocabatur] Avus maternus fuerat Romulus Comes, legatus ille a. 449. a Valentiniano missus ad Attilam. W.

Cum gente Scyrorum] incolarum eius regionis, cui Odoacer ipse imperabat. Hi cum Alanis aliisque nationibus Gothicis in exercitu Romano, non ut socii, sed stipendiarii militantes, negata, quam postulaverant, tertia parte agrorum Italiae, seditionem moverunt. Procop. de B. Goth. I, I. W.

38. *Sanguinem*] vitam, ut infra §. 43. et 54. — *Sex millia solidos* aureos circiter 20000 imperiales nostrae monetae.) — *Misit eum intra Campaniam* in villam Campanam, quam Lucullus olim possederat. Iornandes de rebus Geticis c. 46. in Lucullano Campaniae castello exilii poena damnavit. W.

Orestes Pannotos.] Scribendum videtur *Pannonius* ex Prisco Rhetore pag. 24. a quo etiam Orestes saepe Notarius Attilae dicitur. VALES.

Eo tempore quando Attila ad Italiam venit] Hoc falsum est monente Gibbono T. VIII. p. 390. W.

39. *Postquam factus est Imperator Zeno a filio suo Leone*] Leo Thrax, dictus etiam Magnus, quia filium non habebat, paullo ante mortem suam Zenonem generum succedere sibi iussit. Quem cum aspernarentur cives Constantinopolitani, Leo iunior, Zenonis filius Imperator factus est, re tamen sic disposita, ut is patrem in societatem imperii adsumeret. Filius autem iam eodem anno mortuus est. W.

In arma] in armis. W.

40. *Quia patellas in genucula non habuisset*] Reines. „ἐπικληθεὶς ἀγόνατος. Chron. Alex. p. 442." W.

Quia — habuisset] Barbara constructionis ratio pro accusativo cum infinitivo. — Rem ipsam ut admissuri sint Anatomici, vehementer vereor. W.

Providentissimus] In hanc vero laudem alii scriptores non consentiunt. — *Genti suae* Isauris. W.

41. *Basiliscus ipse primus senator*] et frater Verinae, viduae Leonis senioris. — *Arripuit imperium.* Cf. Ritter. ad Guthrium T. v. P. I. p. 290. W.

42. *Novam*] oppidum Moesiae. W.

43. *Quia — metuentes*] quia metuebant. — *Intra cisterna sicca.* Alii in castellum Cappadociae missum tradunt. Cf. Ritter. l. c. p. 295. W.

44. *Tuitus est*] passive. W.

45. *Aedico dictus.*] Is esse videtur Edeco Legatus Attilae, cuius meminit non semel Priscus in Excerptis legationum, et Iordanes in Geticis. VALES.

Severini monachi] cuius vita etiamnum exstat. Vid. Marc. Velseri Opera ed. Norimberg. 1682. c. 7. et 32. — *Ad locum* eo loco. W.

46. *Barbari*] Gothi. — *Odoacer.* Cf. Ritter. l. c. pag. 291 Gibbon. T. VIII. p. 395. W.

48. *Rugos*] in iis terris habitantes, quae nunc Auſtria et Moravia dicuntur. W.

49. *Dum* donec *adveniret* Zeno. — *Superveniente Theoderico miſſus* eſt Theodericus. W.

50. *Ad fluvium Sontium* (Zongo prope Aquileiam). W.

51. *Tufa Magiſter militum.*] Huius meminit Ennodius in Vita S. Epiphanii, et Hiſtoria Miſcella in lib. XVI. quem primus edidit Gruterus ex membranis Bibliothecae Palatinae. VALES.

53. *Fauſto et Longino. His conſulibus*] anno 490. — *Clauſum per triennium Ravenna* Cf. Ritter. l. c. p. 298. — *Factum eſt usque ad ſex ſolidos modius tritici* ita crevit annona, ut modius tritici eſſet ſex ſolidis. — *Caput Senati* i. e. Praefectum Urbi. Conf. de eo Corſini de Praeff. Urbi p. 366. 368. 369. W.

Pierius Comes Domeſticorum.] Hic Comes Pierius memoratur ab Eugippio in Vita Severini. VALES.

54. *Olybrio Coſ.*] anno 491. W.

Levila Magiſter militum.] Libella dicitur anonymo Faſtorum Auctori, quem primus edidit Cuſpinianus: ſed hic eam pugnam refert Conſulatu Fauſti et Longini. perperam: cum praeter horum Excerptorum Auctorem Caſſiodorus etiam in Faſtis eam ponat Conſulatu Olybrii iunioris, qui fuit annus Natalis Dominici 491. VALES.

In fluvio Veiente] aliis Bidens dicitur, hodie Bedeſe vel Ronco. Vid. Murator. Geſchichte v. Italien Th. 3. S. 293. — *Thelane.* Reineſius: Tilonem. W.

55. *Dum ei Odoachar inſidiaretur.*] Conf. Ritter. l. c. p. 303. W.

56. *Quis ubi*] pro *ubi quis.* Sic *quis quod* §. 73. W.

57. *Fauſtum*] Idem videtur eſſe qui Feſtus paullo ante memoratus. W.

58. *Mater Ererileva.*] Erelieva Theoderici mater dicitur a Iordane in Hiſtoria Gothorum: in libro XV. Hiſtoriae Miſcellae Trilewa *pro Erilewa;* Lilia ab Aimoino in lib. I. Hiſtoriae Francorum, capite X. VALES.

59. *Bonae voluntatis.*] Sic §. 48. Odoacer bonae voluntatis fuiſſe dicitur: quae locutio non eſt ita barbara, ut prima fronte videri poteſt. Nam et Velleius Paterculus in fine lib. 2. eam uſurpat, cum ait: *Ex quo apparet Varum ſane gravem et bonae voluntatis virum:* et ante Velleium Plancus in Epiſt. ad Ciceronem 8. lib. X. Hos Graeci eleganti vocabulo εὐπροαιρέτους vocant. Sic enim Artemidorus in lib. 2. de Hercule. *Apud Senecam in libro I. de Clementia capite 13. *bonae ac fidae voluntatis miniſtri* dicuntur pro benevolis: et in libri de Vita Beata capite 8. Adde his Salluſtium in Oratione ad Caeſarem de Rep. ordinanda.* VALES.

Pergentibus] ſucceſſoribus eius. W.

60. *Sic gubernavit gentes in uno Rom. et Gothorum.*] Romanorum enim religionem fidemque integram et intactam ſervavit: nec quisquam e Rom. ad Arianam ſectam transire vi tormentisque compulſus eſt. Quinimmo Gothis ad Romanam transire fidem tuto licuit. Nemo praeterea, qui ad Chriſtiani cul-

tus Ecclesias confugisset, a Gothis per vim abstractus est. Magistratus publici penes Romanos manfere, nec ullus Gothus eos gessit. [Cf. xxxi, 16, 8. W.] Adhaec permissum semper est Romanis, ut ab Orientis Imperatore quotannis Consulatus honorem acciperent. Unde et Eutharicus ipse a Iustino Augusto Consularem trabeam accepit, teste Cassiodoro in lib. 8. Epist. 1. Haec Procopius in lib. 2. Goth. pag. 220. a Theoderico et successoribus eius religiose servata esse dicit, nullamque ab iis legem esse latam. VALES.

Militia Romanis sicut sub Principes esse praecepit] in re militari eum servavit morem, qui sub Imperatoribus obtinuerat. — *Secundum Edictum suum* propter edicta sua. *Quem.* Sic §. 66. *omnia, quod,* §. 71. *Palatium quem,* §. 96. *saxum ingentem,* aliaque eiusmodi multa. W.

61. [*Et utilis Gothus.*] Id est, dives Cothus imitatur luxum locupletium Romanorum. Sic *utilis* a Gregorio Turon. passim pro locuplete sumitur, ut v. c. in libri 4. cap. 3.] VALES. Dubites an legendum sit *vilis.* W.

62. *Quidam*] Amandat Reinesius ad Ioannem Magnum, Upsal. Archiepisc. l. 9. Goth. hist. 29. e Iustiniano Veneto. W.

Et dum aliud sese non esse facturum.] Lege, *et tum aliud, etc.* Simile iudicium Claudii Augusti refert Suetonius in Claudio, cap. 15. VALES.

63. *Augofladam*] (in prima edit. Valesii est *Anglofladam*) Reines. adscripsit: „Chlodovei filiam, alii sororem dicunt. *Uxorem* Ermenbergam *habuit* in Moesia.“ W.

Unam nomine Arevagni.] Procopius in lib. 1. Goth. Θευδιχοῦσαν vocat. Iordanes et Auctor Historiae Miscellae in fine lib. xvi. Theodericum duas habuisse naturales filias scribunt, Theudigotham, et Ostrogotham: quarum alteram Alarico, alteram Sigismundo Gundobadi Burgundionum Regis filio copulavit. Sigismundum quidem Theoderici filiam duxisse, testis est Ennodius in Vita Epiphanii, in Oratione Epiphanii ad Gundobadum. VALES.

64. *Facta pace cum Anastasio.*] Vide Cassiodorum in lib. 1. Ep. 1. VALES.

65. *Intentio*] contentio de episcopatu. W.

Ambulavit Rex Theodericus Romam] anno 500. Cf. Ritter. l. c. p. 303. W.

66. *Ad Palmam populum adlocutus.*] Hunc Theoderici ingressum in Urbem, et adlocutionem ad populum commemorat vetus Auctor in Vita S. Fulgentii cap. 13. *Contigit, ut B. Fulgentius in loco qui Palma aurea dicitur, memorato Theoderico Rege concionem faciente, Rom. Curiae nobilitatem, decus, ordinemque distinctis decorum gradibus adspectaret, et favores liberi populi castis auribus audiens, qualis esset huius saeculi gloriosa pompa cognosceret.* Ceterum hic locus *Palma aurea* dictus, videtur fuisse prope Curiam et forum. Ac fortasse eadem est domus Palmata, cuius meminit Cassiodorus in lib. 4. Ep. 30. *Erat et prope Ravennam locus dictus Ad Palmam, in quo Christiani Martyres necabantur, ut est in Martyrologio Notkeri IV. Kal. Maii.* VALES. Muratorius Gesch. von Italien Th. 3. S. 317. magnum oecum in Palatio esse putat. W.

67. *Per*

67. *Per tricennalem triumphans.*] An forte legendum eſt, *per decennalem*, ut haec Theoderici pompa ad decennalia eius referatur. Ingreſſus autem eſt Romam Patricio et Hypatio Coſſ. anno Domini 500. regni autem ſui anno octavo. Itaque ſi decennalia tunc celebravit Theodericus, toto biennio anticipavit, quod non inſolens fuiſſe eruditi ſciunt. VALES.

Donavitque pop. Rom. et pauperibus annonas.] Idem refert Caſſiodorus in Faſtis, Patricio et Hypatio Coſſ. et Procopius in Hiſtoria Arcana, pag. 117. et Aimoinus in principio libri 2. VALES.

Seu ad recuperationem.] Id eſt, *reparationem moenium.* [*Recuperare* enim tum dicebant pro *reparare.*] VALES.

68. *Regi Vandalorum Tranſimundo.*] Vide Caſſiodorum in lib. v. Epiſt. 43. VALES.

Fecit Patricium] Patricii illis temporibus Praefectos Praetorio dignitate praecedebant. Conf. Caſſiodor. in formula Patriciatus Variar. VI, 2. p. 185. ed. Forner. Pariſ. 1583. et Cod. Theodoſ. P. II. p. 72. ſſ. ed. Ritter. W.

70. *Alia germana ſua.*] Forte ſcribendum eſt, *filiam germanae ſuae.* Idque ex Caſſiodoro lib. 4. Epiſt. 1. et Hiſtoria Miſcella in lib. 16. et ex Procopio in lib. 1. Goth. qui Amelobergam hanc vocat, Amalafridae filiam. VALES.

Alia germana] Reineſ. „Amalberga. Almoin. de geſtis Francor. l. 2. c. 19. Sororis filia fuit." W.

71. *Muros alios*] Reineſ. „Spoletum inprimis excoluit. Caſſiodor." — *Ticenum* Ticinum (Pavia). W.

73. *Hoc augurium habebat*] id inſtituit. — *Solidum* circiter tres Imperial. et octo groſſos noſtrae monetae. v. not. ad Ammian. XXV, 8, 15. W.

74. *Regnum*] diadema. W.

77. *Feſtinus*] Nihil mutaverim, quamquam legi poſſit *Iuſtinus.* — *Obſequium* ſatellites. W.

79. *Sic obruto ſenſu.*] Legendum videtur, *bruto ſenſu.* Theodericum ſane ἀγράμματον fuiſſe Procopius docet in lib. 1. Goth. ὡς ἄρα οἱ Θευδέριχος τελευτήσειε καὶ περὶ γραμμάτων οὐδὲ ὅσον ἀκοὴν ἔχων. Nihilo literatior iisdem temporibus in Oriente regnabat Iuſtinus, qui ne nomen quidem ſuum ſcribere noverat, Itaque ut ſanctionibus ſubſcriberet hoc excogitatum eſt. Tabellae ligneae formae quatuor literarum IUST. inciſae ſunt, per quas calamum encauſto tinctum Iuſtinus miniſtro manum regente ducebat, ut ait Procopius in Anecdotis. VALES. Conf. Ritterus ad Guthrium T. V. P. 3. p. 328. W.

Rex Theodericus] „Panvinius Lib. 1. Annal. Veron. c. 6. Theodericus Rex Latinae et Graecae linguae peritus. Amalaſunta filia eius doctior, Theodahathus doctiſſimus fuere. Simile de Iuſtino ἀναλφαβήτῳ narrat Procopius Anecd. p. 14." Reineſ. W.

80. *Eutharico*] Cilligae cognomine. Gener erat regis, cuius filiam Amalaſuntham in matrimonio habebat. W.

81. *Quare Iudaei — iactaverunt*] Niſi coniectura me fallit, ſenſus loci hic eſt „Iudaei a Chriſtianis ad baptiſma ſuſcipiendum coacti, ut his viciſſim aegre facerent, conſecratas oblatas in fluvium proiecerunt." Alium ſcriptorem, qui idem tradiderit, ne-

que ego novi nec reperire potuit vir multae lectionis, Muratorius (Gesch. v. Italien Th. 3. S. 376.). W.

Consurgentes ad Synagogas.] Idem Romae contigisse docet Cassiodorus in Ep. 43. lib. 4. VALES. Mediolanenses quoque Iudaeos multum illo tempore vexatos esse apparet ex eiusdem Cassiodori Ep. 37. lib. 5. W.

Mox eas incenderunt: quod et in cena eadem similiter contigit] Haec fateor me non intelligere. Forsitan puncto post *incenderunt* posito, legendum: *quod et in Roma scena eadem similiter contigit.* Qua correctione admissa longe apertior est nexus loci cum sequentibus, ubi culpam Ravennatium omnis populus Romanus luisse dicitur. Nisi forte non incolas urbis Romae, sed omnino Romanos, Gothis oppositos, intelligi auctor voluit. W.

82. *Triwane Praeposito Cubiculi.*] Hic est, ni fallor, quem Boethius in libro primo de Consolatione, Triguillam vocat, regiae Praepositum domus. VALES.

Frustati.] Scribendum puto *fustati,* id est *fustibus verberati.* VALES.

83. *Idem.*] Legendum videtur *ibidem.* VALES.

85. *Cyprianus, qui tunc Referendarius.*] De quo vide Epistolam 40. libri v. Cassiodori, ubi Referendarii officium sic describitur: *Interpellantium siquidem confusas querelas distincta relatione narrabas: et qui proprios dolores exprimere non poterant, tuis commendati allegationibus obtinebant, etc.* De eodem Cypriano Boethius in lib. 1. de Consolat. loquitur his verbis: *Ne Albinum Consularem virum praeiudicatae accusationis poena corriperet, odiis me Cypriani delatoris opposui.* VALES.

86. *Deducit falsos testes.*] Basilium scilicet, Opilionem, et Gaudentium, ut ibidem Boethius scribit. VALES.

Rex dolum Rom. tendebat.] Boethius sic narrat: *Meministi, inquam, Veronae, cum Rex avidus communis exitii, maiestatis crimen in Albinum delatum ad cunctum Senatus ordinem transferre conaretur, universi innocentiam Senatus quanta mei periculi securitate defenderim.* VALES.

87. *Cum fuste occiditur.*] Iustino Augusto II. et Opilione Coss. occisus est Boethius in territorio Mediolanensi, ut scribit Marius in Chronico; sequenti vero anno quo Philoxenus et Probus Consules fuerunt, occisus est Symmachus Patricius Boethii socer Ravennae, teste eodem Mario. VALES.

In agro Calventiano] Calvenzano in territorio Mediolanensi. W.

88. *Iohannem Sedis Apostolicae Praesulem*] primum huius nominis episcopum Romanum, successorem Hormisdae. W.

Ut reconciliatos haereticos in Catholica restituat religione.] Alii sic exprimunt: ut Arianis reddat basilicas. W.

90. *Fanestrem*] Fanum s. Fanestrum, oppidum Umbriae, hod. Fano. *Campanum* Capuensem. W.

94. *Scholasticus*] Hoc nomine dictos tum temporis constat patronos caussarum. W.

96. *Athalaricum in regnum constituit*] Mortuus enim erat Eutharicus. W.

INDEX I.

HISTORICUS ET GEOGRAPHICUS.

(Primus numerus est librorum, secundus capitum, tertius sectionum. Exc. sunt Excerpta.)

A.

Abanni, populus Africae. 29, 5, 37.
Abarne oppidum Mesopotamiae, ubi thermae 18, 9, 2.
Abdera patria philosophor. Protagorae et Democriti. 22, 8, 3.
Abdigidus Tribunus. 18, 6, 12.
Abienus Senator. 28, 1, 48.
Abii pop. Persiae. 23, 6, 53.
Ablabius, Praef. Praetorio (Orientis). 20, 11, 3.
Aboras it. *Chaboras* fl. (Hermas f. Alhavali.) 14, 3, 4. 23, 5, 1.
Aborigines in Gallia 15, 9, 3.
Abydos ad Hellespontum. 22, 8, 4.
Abydum urbs in nomo Aegypt. Thebaide. 19, 12, 3.
Achaei ad pontum Euxinum, primo bello Troiano eo tempestatibus delati. 22, 8, 25.
Achaiachala, munimentum in quadam Euphratis insula. 24, 2, 2.
Acheron fl. in Pontum Eux. defluens. 22, 8, 17.
Acherusium specus ad pontum Eux. ibid.
Achilleos Dromos, locus in litore ponti Eux. 22, 8, 41.
Achyron villa publica in Bithynia, ubi Constantinus M. mortuus. Exc. §. 35.
Acilius Glabrio, primus Romanor. in cuius honorem statua aureta erecta. 14, 6, 8.
Aciminicum urbs Pannoniae. 19, 11, 8.
Acincum Pannoniae urbs ib. et 30, 5, 13.
Acone portus ad pontum Eux. 22, 8, 7.
Acontiae genus serpentum in Aegypto 22, 15, 27.
Acontisma angustiae montium in Macedonia. 26, 7, 12. — 27. 4, 8.
Actus Comes. 31, 11, 3.
Adaces, satrapa Persicus. 25, 1, 6.
Adda, municip. Mauritaniae. 29, 5, 28.
Adelphius Praef. Vrbi sub Magnentio (A. C. 350.) 16, 6, 2.
Ad Gradus, sinus maris in Gallia (Gras) 15, 11, 18.
Adiabas fl. in Assyria, unde provincia Adiabene 23, 6, 20. et 21.
Adiabene provincia Assyriae. 18, 7, 1. 23, 3, 1. inprimis 23, 6, 20.

Adonis. Adonia, festi dies. 19, 1, 11. coll. 22, 9, 15.
Adrastea Nemesis. 14, 11, 25. humanarum rerum spectatrix. 22, 3, 12.
Adrastus, rex Argivor. — pallor Adrasteus. 14, 11, 22.
Advocati. v. Caussarum patroni.
Aedesuis ex Magistro Memoriae. 15, 5, 4.
Aedico, Odoacri pater. Exc. §. 45.
Aegeum mare. 22, 8, 2.
Aegos potamos. 22, 8, 5.
Aegyptus Homero est Nilus. 22, 15, 3.
Aegyptus. descriptio — provinciae — historia naturalis. 22, 15. et 16. — inter provincias Orientis recensetur. 14, 7, 21. not. — Aegyptus et Africa olim populum Romanum pascebat, sed post divisum imperium Aegyptus Constantinopolim, Africa Romam. 28, 1, 17. not. — *Aegyptii,* gens omnium antiquissima. 22, 15, 2. mores et instituta eorum propria. 22, 16, 23. litium inprimis amantes. 22, 6, 1. casus adversos regibus suis assignare soliti. 28, 5, 14. — libros arcanos habuere, e quibus Pythagoras et alii hausere. 22, 16, 20.
Aelianus Comes. 18, 9, 3. a Persis post expugnatam Amidam cruci affixus. 19, 9, 2.
Aemus, mons Thraciae. 21, 10, 3. *Aemimons,* 31, 7, 3. *Aemimontanae celsitudines.* 27, 4, 6. (*Aemimontum* regio montem illum circumiacens. 26, 10, 4. 27, 4, 11.)
Aenus, urbs Thraciae, ubi sedem Aeneas figere voluit. 22, 8, 3. coll. 27, 4, 13.
Aequitius v. Equitius.
Aeschines orator Atheniensis. 30, 4, 5.
Aesculapius Memphi pro numine cultus. 22, 15, 7.
Aesopus mimus. 30, 4, 21.
Aethiopia, pluvia ibi vel nulla, vel rara. 22, 15, 6.
Africa, provincia Romana. — turbae ibi ortae. 27, 9. — 28, 6. — 29, 5. — 30. 6.
Africanus Pannoniae secundae rector. 15, 3, 7. — 16, 8, 3.
Agabana castellum in Persia. 27, 12, 3.
Agathocles, e Siciliae rege figulus. 14, 11, 30.
Agathyrsi ad paludem Maeotin. 22, 8, 31. adamantis apud eos copia lapidis. ibid. colore coeruleo corpora et crines interstinguunt. 31, 2, 14.
Agazaca, urbs Paropamisatarum. 23, 6, 70.
Agenaricus. v. Serapio.
Agilimundus, regulus Quadorum. 17, 12, 21.
Agilo, Tribunus stabuli. 14, 10, 8. deinde Tribunus Scutariorum et in locum Ursicini magister peditum. 20, 2, 5. — 21, 12, 16. etc. cum quieti se dedisset, ab Anticaesare Procopio denuo evocatus. 26, 7, 4.
Aginatius, Patricius, Vicarius Romae, a Praefecto Urbis Maximino indigno supplicio affectus. 28, 1, 30.
Agrippina v. Colonia.
Aidalthes Tribunus. 18, 8, 10.
Alamanni. et *Germani.* His promiscue utitur nominibus Ammianus (incolae autem erant Sueviae et partis Helvetiae). 21, 3, 3. — 26, 5, 7. — 31, 10, 5. magnam cladem ad Argentoratum perpessi. 16, 12. tot. — denuo rebelles. 21, 3. et 4. — sub Valentiniano Galliam et Raetiam invadunt. 26, 4, 5. — 27, 1, 1. — victi a Ioviano. 27, 2. cf. et 27, 10. — Deos consulunt ante proelia. 14, 10, 9. — Alamanni *Lentienses.* v. infra Lentienses.
Alani Scythae ad paludem Maeot. habitantes. 22, 8, 31. antea Massagetae dicti. 23, 5, 16. 31, 2, 12.
Alaricus rex Wisigothorum. Exc. §. 63.

Alatheus dux Gothorum. 31, 3, 3. it. c. 12, 12.
Alavivus dux Gothor. 31, 4, 1.
Albani populus Afiae ad mare Cafpium. 23, 6, 13. Perfarum focii in oppugnanda Amida urbe. 19, 2, 3.
Alexander M. fapiens matri datum refponfum. 14, 11, 22. — mundorum infinitates fomniat. 15, 1, 4. qua ratione fomnum defenderit. 16, 5, 4.
Alexander Heliopolites, Praefectus Syriae. 23, 2, 3.
Alexandri vicus, tribus mill. paffuum a Roma diftans. 17, 4, 14.
Alexandria Aegypti. Pharus — Bibliothecae — Serapeum — artes et difciplinae ibi cultae — libri arcani. 22, 16. tot. ad feditiones proclivis. 22, 11, 3.
Alexandria urbs in Arachofia. 23, 6, 72.
Alexandria in provincia Perfiae Ariana. 23, 6, 69.
Alexandria Carmaniae. 23, 6, 49.
Alexandria in provincia Perfide. 23, 6, 43.
Alexandria in Sogdiana. 23, 6, 59.
Alfenus Ictus. 30, 4, 12.
Alicodra urbs in Bactria. 23, 6, 58.
Aligildus 21, 15, 4. it. Aliguldus. 22, 2, 1.
Aliquaca filius regis Gothorum Conftantini M. aetate. Exc. §. 27.
Aliso Tribunus, catenam ferream portui Cyzici urbis praetentam rumpit. 26, 8, 9.
Alitrophagi pop. in provincia Serarum. 23, 6, 66.
Allobroges. 15, 12, 5.
Alpes Cottiae — Maritimae — Poeninae — Graiae. 15, 10. Iuliae. 21, 10, 4. — 31, 16, 7. Varia, quae commenti funt ad faciliorem transitum. 15, 10, 4.
Alpheus fl. Arcadiae. 15, 4, 6.
Alumen ad exftinguendum ignem adhibitum. 20, 11, 13.
Alypius Antiochenus, Vicarius (pro Praefectis) Britanniae. 23, 1, 2. — 29, 1, 44. — Alius eiusd. nominis. 28, 1, 16.
Amalabirga, foror regis Theoderici, coniux Herminfridi, regis Toringorum. Exc. §. 70.
Amalafrigda, alia Theoderici foror, Vandalor. regi Tranfimundo nupta. ib. §. 68.
Amantius harufpex. 28, 1, 19. et 22.
Amanus mons. 14, 8, 4.
Amardus fl. Mediae. 23, 6, 40.
Amaftris urbs ad Pontum Eux. 22, 8, 16.
Amazones. Sedes a Tanai usque ad Cafpium mare. — bella olim adv. Athenienfes infeliciter gefta. 22, 8, 18. et 27.
Ambiani, urbs in Belgica fecunda (Amiens). 15, 11, 10. — 27, 8, 1.
Amicenfes, pop. Sarmaticus. 17, 13, 19.
Amida, urbs Mefopotamiae. 18, 6, 17. nundinae ibi annuae. 18, 8, 13. fitus urbis. 18, 9, 1. oppugnatur. 19, 1 — 8. fortaffe etiam Conftantia dicta. 18, 9, 1.
Aminias, dux Perficus antiquior. 24, 6, 14.
Amifos, urbs ad Pontum Eux. 22, 8, 16.
Ammianus natione Graecus. 31, 16, 9. — nobili genere ortus. 19, 8, 6. — comes Urficino additus in Oriente. 14, 9, 1. — in Italiam cum eodem redux. 14, 11, 5. — Protector domefticus in Galliam miffus adv. Silvanum. 15, 5, 22. — denuo in Orientem cum Urficino abit. 16, 10, 21. unde revocatus uterque, iuffi mox remanere, ita tamen, ut otiofi effent. 18, 6. tot. — Nifibin urbem intrat, qua expugnata nonnifi aftu a captivitate fe defendit. ibid — in Cordue-

nen deinde speculaturus abit. ibid. — ad Amidam aliud vitae periculum subit, in urbem tamen salvus pervenit, qua expugnata clam fugit, et Antiochiam redit. 19, 8, 12. Iuliani deinde comes in expeditione contra Persas. 23, 5, 7. et Ioviani, e Persia redire coacti. 25, 10, 1. ff. — per Aegyptum etiam peregrinatus. 17, 4. 6. — 22, 15, 1.

Ammonius Saccas, Alexandrinus, Plotinum philosophum habuit discipulum. 22, 16, 16.

Ampelius Praef. Urbi. 28, 1, 22. cf. c. 4, 3.

Amphiaraus vates antiquus. 14, 1, 7

Amphilochius ex Tribuno, Paphlago. 21, 6, 2. f.

Amphisbaenae, genus serpentum in Aegypto. 22, 15. 27.

Amphitheatrum Romae. 16, 10, 14. ad quaestiones etiam in causis capitalibus adhibitum. 15. 7. 3. — 26, 3, 2.

Amphitus Spartanus, auriga Castoris et Pollucis. 22. 8, 24.

Amudis, castellum in Mesopotamia. 18, 6, 13.

Amycus advenas ad caestu secum pugnandum provocans. 22, 8, 14.

Anaphe insula, terrae motu orta. 17, 7, 13.

Anastasiana balnea Constantinopoli in honorem sororis Constantii ita nominata. Exc. §. 14. it. 26, 6, 14.

Anastasius, Imperator Orientis. Exc. §. 56.

Anathe castellum Mesopotamiae. 24, 1, 6.

Anatolius Praef. Praetorio per Illyricum. 19, 11, 2. — Magister libellorum, deinde Officiorum a Iuliano constitutus. 20, 9, 8. mors eius memoratur. 21, 6, 5.

Anatolius, Magister Officiorum in proelio adv. Persas cadit. 25, 3, 21.

Anatolius Palatinus. 29, 1, 5.

Anaxagoras philosophus, numerum mundorum infinitum credit. 15, 1, 4. lapides e coelo lapsuros praedixit. 22, 8, 5. et c. 16, 22. it. terrae motus. 22, 16, 22.

Anaximander Milesius physicus. 17, 7. 12.

Anazarbus, urbs Ciliciae, a conditore sic dicta. 14, 8, 3.

Anchialus, urbs Thraciae 22, 8, 43. — 27, 4, 12. — 31, 5, 16.

Ancorarius, mons Mauretaniae. 29, 5, 25.

Ancyra urbs Galatiae, ubi Imperatores saepe sedem habuere. 22, 9, 8. — 25, 10, 11.

Andocides orator Graecus. 30, 4, 5

Andriscus, Adramytenus, ex fullone rex Macedoniae (Pseudophilippus). 14, 11, 31. 26, 6. 20.

Andronicus poëta Ammianeae aetatis. 19, 12, 11.

Anepsia, uxor Victorini. 28, 1, 31. ff.

Aniciorum familia nobilis Romae. 16, 8, 13.

Annibi pop. provinciae Sericae in Persia. 23, 6, 64. et 66.

Anniba regio montana. ibid.

Annonae militaris specimina imperatoribus per urbes proficiscentibus repraesentata. 21, 16, 21.

Anseres feri verno tempore ex Oriente in Europam redeuntes, quam callide agant. 18, 3, 9.

Anthemusia, regio Mesopotamiae. 14. 3, 3.

Anthropophagi populus Scythiae. 31, 2, 15.

Antinou (polis) urbs Aegypti in honorem Antinoi ab Adriano condita. 22, 16, 2.

Antiochia Syriae. 14. 8. 8. lucernis noctu collustrata. 14, 1, 9. — a Persis olim capta sub Valeriano et Gallieno. 25, 5, 3. Iulianus aliquamdiu ibi moratus. 22, 9. tot. templum Christianorum occludi iubet. 22, 13, 2. satiramque

Misopogonem in eam conscripsit. 22, 14, 2.
Antiochia urbs provinciae Persicae Margianae. 23, 6, 54.
Antiphon, antiquus orator Graecus, primus, qui mercedem pro caussis agendis exigeret. 30, 4, 5.
Antipolis, urbs Galliae (Antibes). 15, 11, 15.
Antiscii. 22, 15, 31.
Antoninus Rationarius, deinde Protector domesticus, transfuga ad Persas. 18, 5, 1 — 3.
Antoninupolis. 18, 9, 1.
Antonius tribunus. 26, 5, 10.
Antumacum urbs Germaniae (Andernach). 18, 2, 4.
Anzaba fl. Mesopotamiae. 18, 6, 19.
Apamea, urbs Assyriae, Mesene etiam dicta. 23, 6, 23.
Apamea, urbs Parthiae. 23, 6, 43.
Apamea ad Propontidem. 22, 8, 5.
Apamea Syriae. 14, 8. 8.
Apis bos, Aegyptiis pro numine cultus. 22, 14, 6. et 7. — dies natalis eius sollemniter celebratus. 22, 15, 17.
Apis mella conficiens in hieroglyphicis significat regem. 17, 4, 11. apum examen, quid portendat. 18, 3, 1. quomodo pelli possit. ibid.
Apodemius, Agens in rebus, multis hominibus exitio est. 14, 11, 19. — 15, 1, 2. — vivus combustus. 22, 3, 11.
Apollinarii pater et filius. Pater rector provinciae Phoenices. 14, 7, 20. filius curam agens Palatii. ibid. §. 19. uterque indigno supplicio affectus. 14, 9, 8.
Apollo Comeus. Statua eius Seleucia Romam translata in templum Apollinis. 23, 6, 24. — *Daphnaeus.* 22, 13, 1. — *Palatinus,* cuius templum Romae Iuliani aetate conflagravit. 23, 3, 3. — *Sminthius.* 22, 8, 3.
Apollonia, urbs Thraciae. 22, 8, 43.
Apollonia, urbs Assyriae. 23, 6, 23.
Apollonius Tyaneus. 21, 14, 5. — 23, 6, 19.
Apronianus Praef. Urbi. 23, 1, 4. 26, 3, 1. 27, 3, 3.
Apruncultus Gallus, orator et haruspex, deinde rector Galliae Narbonensis. 22, 1, 2.
Aqua calida pota Romanis. 28, 4, 10.
Aquileia seditiosa a Iuliano obsessa et expugnata. 21, 11. et 12. it. 22, 8. extr.
Aquitani, natio Gallica. 15, 11, 5. et 13.
Arabiae descriptio — urbes etc. 23, 6, 45. — a Traiano in provinciae formam redacta. 14, 8, 13.
Arabes beati (felicis Arabiae incolae). 23, 6, 45. — *Scenitae.* 22, 15, 2. 23, 6, 13.
Arabius fl. in provincia Drangitanor. 23, 6, 71.
Aracha urbs Susianae. 23, 6, 26.
Arachosia provincia Persiae. 23, 6, 72.
Arachatoscrene lacus Arachosiae. ibid.
Aradius Comes Orientis 23, 1, 4.
Araharius princeps Sarmaticus. 17, 12, 12.
Araris, fl. Galliae, Sauconna etiam dictus. (Saone) 15, 11, 17.
Arator dux militaris. 28, 2, 5.
Aratus poëta, locus eius laudatus. 22, 10, 6. 25, 4, 19.
Araxates fl. provinciae Persicae Sogdianae. 23, 6, 59.
Araxius Praef. Praet. Orientis sub Procopio 26, 7, 6. et c. 10, 7
Arbaca urbs provinciae Arachosiae. 23, 6, 72.
Arbela urbs Adiabenae. 23, 6, 22.
Arbetio ex gregario milite 15, 2, 4. — 16, 6, 1. Magister equitum. 14, 11, 2. etc. Consul. 15, 8, 17. — affectati

imperii accusatur. 16, 6. 4. — homo truculentus. 14, 11, 2. etc. iudex in caussis capitalibus. 20, 2, 2. — 22, 3, 1. senex a Valente ad debellandum Procopium missus. 26, 9, 4.

Arbor ... nomen truncatum urbis Gallicae. 16, 2, 3. — *Arbor felix* (Arbona ad lacum Bodamicum). 31, 10, 21.

Arboreus unus ex aulae proceribus sub Constantio. 15, 3. 2.

Arcadius, fl. in Pontum Euxin. defluens. 22, 8, 17.

Archelaus dux Mithridatis regis. 16, 12, 41.

Archimedes Mathematicus. 26, 1, 8.

Arcus caelestis caussae. 20, 11, 26. ss.

Ardea urbs provinciae Persidis. 23, 6, 42.

Arcani. 28, 3, 8. not.

Arelate urbs Galliae Viennensis. 15, 11, 14.

Areopagus Athenis. 29, 2, 19.

Arethusa, urbs Thraciae, ubi Euripides poëta sepultus. 27, 4. 8.

Arevagni, filia Theoderici regis, coniux Alarici, regis Visigothorum. Exc. §. 63.

Argaeus mons Cappadociae. 20, 9, 1.

Argentaria, urbs Alamanniae. 31, 10, 8.

Argentoratum urbs Germaniae primae. 15, 11, 8. etc. cruentum ibi proelium. 16, 12. tot.

Aria provincia Persiae. 23, 6, 69.

Arias fluv. ibid.

Ariaricus rex Gothorum sub Constantino M. Exc. §. 31.

Ariaspe urbs in provincia Drangitana. 23, 6, 71.

Aries, machina bellica. 23, 4. 8.

Arimaspae Persarum confines et unoculi. 23, 6, 13.

Arimphaei, Ponti Euxini accolae. 22, 8. 38.

Arinchi pop. ad paludem Maeot. ib. §. 33.

Arinthaeus Tribunus. 15, 4, 10. dux militaris sub Iuliano. 24, 1, 2. — 25, 7, 7. magister equitum. 26, 5. 2. magister peditum. 27, 5, 12.

Aristaenetus, praefectus Bithyniae, in magno terrae motu perit. 17, 7, 6.

Aristarchus Grammat. Alexandrinus. 22, 16, 16.

Aristobulus Consul cum Diocletiano. 23, 1, 1.

Armenia, avo Saporis a Galerio Imp. erepta. 17, 5, 6. a Valentiniano sibi reddi postulant Persae. 27, 11, 1. 30, 2, 2.

Armenius mons. 22, 8, 17.

Arrac s legatus Persar. ad Valentem. 30, 2, 2.

Arsaces, primus Parthorum rex. — laudes — post obitum pro numine cultus — cuius posteri Ammiani adhuc aetate sacrosancti ius atque potestatem regni prae ceteris ambiendi habuere. 23, 6, 2.

Arsaces rex Armeniae Ammianea aetate, quem socium sibi conciliat Constantius 20, 11, 1. it. Iulianus. 23, 2, 2. a Persis captus. 25, 7, 12. et trucidatus. 27, 12, 3.

Arsacia, urbs Mediae. 23, 6, 39.

Arsiana urbs Susianae. 23, 6, 26.

Arsinoë, it. Teuchira, urbs Aegypti. 22, 16, 4.

Artabannus Satrapa Persicus. 27, 12, 5.

Artabius fl. in Gedrosia. 23, 6, 73.

Artacana, urbs Parthiae. 23, 6, 43.

Artaxerxes Longimanus, lenis in puniendo. 30, 8, 4.

Artemis fl. Bactriae. 23, 6, 57.

Artemius Vicarius (Praef. Urbi). 17, 11, 5.

Artemius dux Aegypti. 22, 11, 8.

Artogerassa urbs Armeniae. 27, 12, 5.

Arverni, urbs Aquitaniae (Clermont.) 15, 11, 13.

Arzanena, regio Mesopotamiae. 25, 7, 9.
Asbamaeus Iupiter, templum eius in Cappadocia. 23, 6, 19.
Ascalon, urbs Palaestinae. 14, 8, 11.
Ascanimia, mons apud Seras. 23, 6, 60.
Ascarii, militum Palatinor. genus. 27, 2, 9.
Asinus tribunal conscendens. 27, 3, 1.
Asclepiades philosophus. 22, 13, 3.
Asclepiodotus Comes. 15, 6, 4.
Asmira mons Serarum in provincia — *Asmirae* incolae eius. 23, 6, 64. et 66.
Aspabota urbs Scythiae Persicae. 23, 6, 63.
Aspacarae pop. Sericae. 23, 6, 66.
Aspacuras Satrapa Persicus. 27, 12, 16. — 30, 2, 2.
Asparata, urbs Serarum. 23, 6, 66.
Aspis, genus serpentum in Aegypto. 22, 15, 27.
Assanitae Saraceni. 24, 2, 4.
Assyria uxor Barbationis. 18, 3, 2.
Assyria, provincia Persiae, Ammiani aetate Adiabene etiam dicta. 23, 6, 15. ss.
Astacia urbs Bactriae. 23, 6, 58.
Astacus urbs ad Propontidem, postea Nicomedia. 22, 8, 5.
Atacotti cum Pictis, Saxonibus et Scotis Britanniam invadunt. 26, 4, 5. 27, 8, 5.
Athagorae, pop. Sericus. 23, 6, 66.
Athanaricus princeps Gothorum. 27, 5, 6. moritur Constantinopoli. ibid. vid. etiam 30, 5.
Athanasius Episc. Alexandriae, quid ei vitio datum sit. 15, 7, 7.
Athos mons Macedoniae. 22, 8, 2.
Athribis urbs Aegypti. 22, 16, 6.
Athyras, portus ad Propontidem. 22, 8, 8.
Ati populus ad cataractas Nili olim habitans sedes, ne auditu privaretur, mutavit. 22, 15, 9.
Atlantei, Atlantis montis incolae, numquam somniantes. 15, 3, 6.
Atlantis insula, Europa amplior, terrae motu absumta. 17, 7, 13.
Atocotti v. Atacotti.
Atropatene, regio Persidis. 23, 6, 27.
Attuarii, natio Francorum. 20, 10, 2.
Avastomatae, populus Africae. 29, 5, 33.
Audiense castellum in Mauritania. 29, 5, 44.
Aventicum urbs in Alpibus sita (Avanches). 15, 11, 12.
Augoflada uxor Theoderici regis secunda. Exc. §. 63.
Augusta, Lundinium. 28, 3, 7.
Augustamnica, provincia Aegypti. 22, 16, 1.
Augustodunum urbs in Lugdunensi prima (Autun). 15, 11, 11. — 16, 2, 1.
Augustulus (Romulus). Exc. §. 37.
Augustus Imperator, fastos intercalando correxit. 26, 1, 13.
Avitianus, Vicarius Africae. 27, 7, 1.
Aulaeum in Consistorio. 14, 9, 3.
Aulici, mores eorum. 22, 4. tot.
Aulion, specus ad pontum Eux. 22, 8, 23.
Aureolus Anticaesar sub Gallieno. 21, 16, 10.
Aurigae in summo honore habiti. 14, 6. extr. magiae suspecti. 20, 3, 3. — 28, 1, 27.
Aurum coronarium. 25, 4, 15.
Aurunci primi Italiae incolae cum Sicanis. 30, 4, 12.
Ausci urbs Galliae (Auch). 15, 11, 14.
Austuriani populus Mauritaniae. 26, 4, 5. et 28, 6, 2.

Autosidorum urbs Galliae (Auxerre). 16, 2, 5.
Axius fl. Macedoniae. 21, 10, 3.
Axones (leges) Solonis. 16, 5, 1.
Azmorna, urbs Hyrcaniae. 23, 6, 52.

B.

Babylon. Arcem Belus condidit, moenia Semiramis. 23, 6, 23.
Bacchus ex India redux ad fluvium Callichorum orgia restaurat. 22, 8, 23
Bacchylides poëta, sententia eius laudata. 25, 4, 3.
Bactra — Bactria — Bactriani. 23, 6, 55. ff
Bacurius Hiberus. 31, 12, 16.
Baetica Hispaniae provincia consularis. 28, 1, 26.
Bagrada fl. Persiae. 23, 6, 41.
Bainobaudes Tribunus Scutariorum. 14, 11, 14. it. 16, 11, 6. — alius Trib. Cornutorum. 16, 11, 9. 16, 12, 63.
Baiurae, populus Africae. 29, 5, 33.
Balchobaudes Tribunus Armaturarum. 27, 2, 6.
Ballistae (machinae obsidionales) describuntur. 23, 4, 1. *Ballistarii.* 16, 2, 5.
Bappo Tribunus. 15, 4, 10. (postea temporis Praef. Urbi.)
Baraba, urbs Arabiae. 23, 6, 47.
Barbatio Comes Domesticorum. 14, 11, 19. Magister equitum in locum Silvani. 18, 3, 1. — Iulianum Caesarem in Gallia calumniatur. 16, 11, 7. homo mali animi. 17, 6, 2. — 18, 3, 6. capite plexus. 18, 3, 4.
Barbitani montes in Persia Indiam versus. 23, 6, 73.
Barchalba Tribunus. 26, 9, 8.
Bardi Gallorum poëtae. 15, 9, 8.
Barritus clamor bellicus. 16, 12, 43. etc.
Barzala castellum Mesopotamiae. 18, 7, 10.
Barzimeres Tribunus Scutariorum. 30, 1, 11.
Basilia (Basel). 30, 3, 1.
Basilica Sicinini Romae. 27, 3, 13.
Basilina, mater Iuliani Imp. 25, 3. extr.
Basiliscus Senator Constantinop. Exc. §. 41 — 43.
Basilisci, serpentum genus in Aegypto 22, 15, 27.
Bassianus Caesar. Exc. §. 14. alius Notarius militans. 29, 2, 5.
Bassus Praef. Urbi. 17, 11, 5.
Batne (it. Batnae) urbs Osdroënes, emporium celebre, ubi in nundinis annuis mense Septembri habitis merces ex India et Serica mutatae. 14, 3, 3. Vid. etiam 23, 2, 7. not.
Battus Spartanus Cyrenes urbis conditor. 22, 16, 4.
Bautis fl. in Serica. 23, 6, 65.
Bebase, villa Mesopotamiae. 18, 7, 9. et 10, 1.
Bebryces in Bithynia, Pollucis opera a tyrannide Amyci liberati. 22, 8, 14.
Belgica prima et secunda. 15, 11, 4. *Belgae* fortissimi Gallorum. ibid.
Belias fl. Mesopotamiae. 23, 3, 7.
Bellenes, princeps Mauritaniae. 29, 5, 21.
Bellovaedius Tribunus obses Persis datus. 25, 7, 13.
Berenice urbs Libyae. 22, 16, 4.
Beroea urbs Thraciae. 27, 4, 12. — 31, 9, 1.
Berytus urbs Phoenices. 14, 8, 9.
Besa nomen Dei alicuius. 19, 12, 3. not.
Besontio v. Bisontii.
Besbycus insula in Propontide. 22, 8, 6.
Bessi natio Thracica. 27, 4, 11.
Bestiae et ferae, ut bene meritae, olim in agros et silvas liberae dimittebantur. 29, 3, 9.
Betae populus in Serica. 23, 6, 66.

Bezabde, antea Phoenice dicta; urbs ad Tigrin sita. — episcopum habet — a Sapore expugnata. 20, 7, 1.
Bibliotheca Alexandrina. 22, 16, 13.
Binefes Satrapa Persicus, obses Romanis datus. 25, 7, 13. legatus deinde Persarum. 25, 9, 1.
Bingium urbs Germaniae (Bingen.) 18, 2, 4.
Bisontii urbs in regione Sequanorum (Besançon.) 15, 11, 11. — it. 20, 10, 3. ubi tamen *Besantio*.
Bissextum. 26, 1, 7.
Bisula fluv. (Weichsel). 22, 8, 38.
Bitaxa urbs in provincia Persiae Aria. 23, 6, 69.
Bitherid e magnatibus Germaniae. 29, 4, 7.
Bithynia, antea Mygdonia dicta. 22, 8, 14.
Biturigae, urbs Lugdunensis primae. (Bourges) 15, 11, 11.
Bizes fl. in pontum Eux. se exonerans. 22, 8, 14.
Blemmyae pop. ad cataractas Nili. 14, 4, 3. — 22, 15, 24.
Boae insula Dalmatiae. 22, 3, 6. — 28, 1, 23.
Boëthius Magister Officiorum sub rege Theoderico indigno supplicio affectus. Exc. §. 85. ff.
Bonitus Francus, pater Anticaesaris Silvani. 15, 5, 23.
Bonna urbs Germaniae (Bonn). 18, 2, 4.
Bononia, urbs Galliae (Boulogne). 20, 1, 3. — 27, 8, 6. Exc. §. 4.
Bononia, urbs Pannoniae (Bonmünster vel Banastar). 21, 9, 6. 31, 11, 6. not.
Borion promontorium Aegypti. 22, 15, 2.
Borysthenes fl. origo et cursus. 22, 8, 40. urbs eiusdem nominis. ibid.
Bospori Thracius et Cimmerius unde dicti. 22, 8, 13.
Bostra urbs Arabiae. 14, 8, 13.
Braccati Galli. 15, 5, 30. etc.
Brachmanes. Zoroaster ab iis profecit. 23, 6, 33. magna cum gravitate incedunt. 28, 1, 13.
Branchidarum oracula. 29, 1, 31.
Bregetio (it. Bregitio. 30, 5, 15. ap. Idatium Virgitio) urbs. Pannoniae. 17, 12, 21.
Brigantia lacus (Bodensee). 15, 4, 1. urbs eiusdem nominis (Bregenz.) ibid.
Brigantium, castellum in Alpibus situm. (Briançon). 15, 10, 7.
Brisoana fl. in provincia Perside. 23, 6, 41.
Britannia iam olim magnam frumentorum vim evexit. 18, 2, 3. margaritae ibi nascuntur. 23, 6, 88. — a Scotis et Pictis vexata. 20, 1, 1. — 26, 4, 5. — 27, 8, 5.
Brocomagus urbs Germaniae primae (Brumat.) 16, 2, 12.
Bruchion regio urbis Alexandriae. 22, 16, 15.
Bubali (Büffel) in Aegypto. 22, 15, 14.
Buccellatum (Zwieback). 17, 8, 2.
Bucinobantes pop. Alamanniae, e regione Moguntiae. 29, 4, 7.
Budini natio Scythica. 31, 2, 14.
Bura urbs terrae motu absorpta. 17, 7, 13.
Burdegala urbs Aquitaniae (Bourdeaux). 15, 11, 13.
Burgundii lites habuere cum Alamannis de salinis. — Rex eorum *Hendinos*, summus sacerdos *Sinistos* nominati. 28, 5, 9.
Busan castellum in Mesopotamia. 18, 10, 1.
Byzantium, colonia Atheniensium. 22, 8, 8. a Constantino M. exornata. Exc. §. 30. it. a Iuliano. 22, 9, 2. magnitudo et pulchritudo. 31, 16, 4.
Byzares pop. ad pontum Eux. 22, 8, 21.

C.

Cabillonum urbs in Lugdunensi prima (Chalons sur Saone). 15, 11, 11. — 27, 1, 2.
Cabyle, urbs Thraciae. 31, 11, 5.
Cadusii populus Persiae septentrionalis. 23, 6, 13.
Caelestis Dea. 22, 13, 3.
Caesarea Cappadociae, antea Mazaca. 20, 9, 1. 26, 7, 2.
Caesarea Mauritaniae. 29, 5, 42.
Caesarea in Palaestina, ab Herode in Augusti honorem condita. 14, 8, 11.
Caesares, successores Impp. destinati. Augustorum nomen non nisi paucis concessum, quos vide 27, 6, 16.
Caesariensis regio Mauritaniae. 29, 5, 6.
Caesarius Praef. Urbi Constantinop. 26, 7, 4.
Caesarius Notarius. 30, 2, 11.
Caesius Numerarius apparitionis Magistri equitum. 19, 9, 2.
Cafaves, pop. Africae. 29, 5, 33.
Calatis urbs Scythiae Europaeae. 27, 4, 12.
Caledones v. Dicaledones.
Calicadnus fl. Isauriae. 14, 2, 15. — 14, 8, 1.
Callichorus fl. ad pontum Eux. unde nomen traxerit. 22, 8, 23.
Callimachus, dux milit. Graecus antiquior. 24, 6, 14.
Callinicum emporium Mesopotamiae. 22, 3, 7.
Callipolis urbs ad caput Hellesponti 22, 8, 4. proelium ibi inter Constantinum M. et Licinium consertum. Exc. §. 26.
Callisthenes philosophus in comitatu Alexandri M. 18, 3, 7.
Callistratus antiquus orator. 30, 4, 5.
Calocaerus Anticaesar sub Constantino M. Exc. §. 35.
Calycadnus amnis. 14, 2, 15.
Camaritae pop. ad pontum Eux. 22, 8, 24.
Cambyses, rex Aegypti. mors eius. 17, 4, 4.
Cambyses, fl. Mediae. 23, 6, 40.
Camelasia. 17, 3, 5. not.
Cameli in obsidione Cyzicena primum visi Romanis. 23, 6, 56.
Camenius Clarissimus (Senator). 28, 1, 27.
Cancelli in Consistorio. 14, 8, 3.
Canini campi. 15, 4, 1.
Canopus urbs Aegypti. 22, 16, 14.
Cantauriani, populus Africae. 22, 5, 33.
Cantichus sinus maris in Armenia. 23, 6, 12.
Capellatium, regio Alamanniae ad fines Burgundior. *Palas* etiam dicta. 18, 2, 15.
Capersana urbs Syriae. 18, 8, 1. (it. *Capessana*. 21, 7, 7.)
Caphareus promontor. Euboeae. 22, 8, 2.
Caprarienses montes in Africa. 29, 5, 34.
Capreoli (Gazellen) in Aegypto. 22, 15, 14.
Caput porci, genus aciei collocandae (Saukopf.) 17, 13, 9.
Carambis, mons Chersonesi Tauricae. 22, 8, 20.
Carcinites fl. et sinus ad pontum Eux. 22, 8, 39.
Carmania, provincia Persiae. 23, 6, 48. *Carmana* metropolis eius. ibid.
Carnuntum, urbs Illyrici. 30, 5, 2.
Carpi parva natio Thraciae. 27, 5, 5. — 28, 1, 5.
Carrae, urbs Mesopotamiae. 18, 7, 3. — 23, 3, 3.
Cascellius Ictus. 30, 4, 12.
Casium urbs Aegypti, ubi Pompeius sepultus. 22, 16, 3.
Casius mons. 14, 8, 10. Iulianus ibi sacra facit Iovi. 22, 14, 4.
Cassianus dux militaris in Mesopotamia. 16, 9, 2. — 18, 7, 3. — 19, 9, 6. — 25, 8, 7.

Cassii iudices. 22, 9, 9. — 26, 10, 10. — 30, 8, 13.
Cassius Anticaesar Antonini Philos. 21, 16, 11.
Castalius fons, ab Hadriano olim occlusum Iulianus denuo aperire tentat. 22, 12, 8.
Castores venatoribus proiiciunt testiculos. 17, 5, 7. not.
Castorum aedes. 19, 10, 4.
Castra Constantia, urbs Galliae. 15, 11, 3. v. *Constantia.*
Castra Herculis, urbs Germaniae. 18, 2, 4.
Castra Martis in Dacia Ripensi. 31, 11, 6.
Castra Maurorum in Mesopotamia. 18, 6, 9. — 25, 7, 9.
Castra peregrina Romae, in monte Coelio. 16, 12, 66.
Castrationem vetat Domitianus. 18, 4, 5.
Castricius Comes Isauriae, 14, 2, 14.
Catadupae, cataractae in Aegypto. 22, 15, 2.
Catelauni urbs Belgicae secundae (Chalons sur Marne) 15, 11, 10. — 27, 2, 4.
Cato Censorius, sententiae eius. 14, 6, 8. — 15, 12, 4. 16, 5, 2.
Cato Uticensis. In insulam Cyprum expeditio. 14, 8. extr.
Catulus primus velamen amphitheatro Romae obtendi iussit. 14, 6, 25.
Caucalanda urbs Sarmatiae. 31, 4, 13.
Caussarum patroni quales fuerint aetate Ammiani. 30, 4. tot.
Cella Tribunus Scutariorum. 16, 11, 6. — 19, 11, 16.
Celse urbs Phoenices. 14, 7, 7.
Celsus. Iulianus, cuius in notitiam Athenis venerat, Ciliciae praefecit. 22, 9, 13.
Celtae unde dicti. 15, 9, 3. iidem qui Galli. 15, 11, 2.
Censualis professio. 19, 11, 3.
Census capitis 16, 5, 14.
Cephalonesus urbs ad Borysthenem. 22, 8, 40.
Ceras promontor. cui Pharus impositus ad Propontidem. 22, 8, 8. unde *Ceratas* ventus nomen traxit. ibid.
Cerasus urbs ad pontum Eux. unde Lucullus primus arbores et fructus huius nominis Romam attulit. 22, 8, 16.
Cercetae, natio ad pontum Euxin. 22, 8, 26.
Cercius Spartanus, auriga Castoris et Pollucis. 22, 8, 24.
Cercops (simiarum genus) nomen Iuliano ab Antiochensibus datum. 22, 14, 3.
Cercusium castellum in Mesopotamia, a Diocletiano conditum. 23, 5, 1.
Cerealis avunculus Galli Caesaris, Consul et Praefectus. 14, 11, 27. — denuo Consul. 17, 5, 1.
Cerealis alius, Tribunus stabuli. 30, 5, 19. frater Iustinae Augustae. 28, 2, 10. — 30, 10, 4.
Cethegus, Senator, capite plexus. 28, 1, 16.
Chaerecla urbs Aegypti. 22, 16, 5.
Chaboras v. Aboras.
Chalcedon ad Propontida. 22, 8, 7. a Valente Imp. oppugnata. 26, 8, 2.
Chaldaei. 23, 6, 25.
Chalcenteros v. Didymus.
Chalites sinus maris in Armenia. 23, 6, 12.
Chalybes ferrum primi cudere coeperunt. 22, 8, 21.
Chamavi, natio Germanica a Iuliano devicta. 17, 8, 5.
Charax, urbs Parthiae. 23, 6, 43.
Charche urbs ad Tigrim. 18, 10, 1. — 25, 6, 8.
Chardi populus Sericae. 23, 6, 66.
Chariette Comes utriusque Germaniae. 27, 1, 2. it. 17, 10, 5.
Charinda fl. Mediae. 23, 6, 40.
Chatte, urbs Bactriae. 23, 6, 58.
Chatra urbs Bactriana. ibid.
Chauriana urbs Scythiae, qua Persis paruit. 23, 6, 63.

Cherfonefus Thracica. 22, 8, 5. — *Taurica*, in quam coloniae multae a Graecis deductae. 22, 8, 32.
Chiliocomum regio fertilis in Media. 23, 3, 5. — 24, 8, 4. — 25, 7, 12.
Chilo ex Vicario. 28, 1, 8.
Chionitae, finitimi Perfarum. 16, 9, 4. — 17, 5, 1. rex eorum Grumbates. 18, 6, 22.
Chnodomarius rex Alamannorum, in proelio ad Argentoratum captus Romae moritur. 16, 12.
Choafpa urbs Arachofiae. 23, 6, 72.
Choafpes fl. Mediae. 23, 6, 40.
Choatres fl. Parthiae. 23, 6, 43.
Chriftiani. Iulianus commendat iis concordiam. 22, 5, 3. facerdotes eorum pro legatis adhibiti. 29, 5, 14. — 31, 12, 8. templa a Gentilibus fepulcra dicta. 22, 11, 7. not.
Chronus fl. ad pontum Euxin. 22, 8, 38.
Chryfopolis urbs Propontidis. 22, 8, 7. proelium ibi confertum. Exc. §. 27.
Chuni v. Hunni.
Cibalae urbs Pannoniae. 30, 7, 2. Exc. §. 16.
Cibyratae. 15, 3, 3. not.
Cicero. laudes eius. 30, 4, 7. Loca ex eo laudata. 14, 2, 2. — 15, 3, 3. it. c. 5, 23. et c. 12, 4. — 16, 1, 5. — 19, 12, 18. — 21, 1, 14. et c. 16, 13. — 22, 7, 4. et c. 15, 24. — 26, 1, 2. et 10, 12. — 27, 4, 8. it. c. 9, 10. et c. 11, 4. — 28, 1, 10. 40. et c. 4, 27. — 29, 5, 24. — 30, 4, 7. et c. 8, 7. — 31, 14, 8.
Cilicia, regio omni copia ubercima. 14, 8, 1.
Ciminia regio Italiae. 17, 7, 13.
Cimmerius Bofporus a Milefiis colonis habitatus. 22, 8, 26.
Cimon Miltiadis filius, intemperantior, 17, 11, 3.
Cineas, legatus Pyrrhi regis ad Romanos. 16, 10, 5.
Civilis, praefectus Britanniae. 27, 8, 10.
Cius urbs ad Propontidem. 22, 8, 5.
Claritas, nomen matronae Romanae. 28, 1, 28.
Claros, oraculum ibi. 19, 12, 15.
Claudiopolis urbs Ifauriae. 14, 8, 2.
Claudius Gothicus Imp. 31, 5, 17.
Claudius Praef. Urbi Romae. 27, 3, 2. — 29, 6, 17.
Clavularis curfus. 20, 4, 17. v. Ind. II.
Cleander aulicus Imper. Commodi. 26, 6, 8.
Clematius, nobilis Alexandrinus infons capitis damnatus. 14, 1, 3.
Cleopatra Pharum ad Alexandriam, it. Heptaftadium erigi iuffit. 22, 16, 9.
Clipei, recens creati principes in iis fublati. 20, 4, 17. — genibus collifi laetitiae, lanceis admoti irae et indignationis figna. 15, 8, 5. e brachio fufpenfi, deditionem fignificarunt. 26, 9, 7. Clipeis verfis traiecti amnes. 16, 11, 9. 12, 57.
Coche, Seleucia etiam dicta, urbs Perfiae. 24, 5, 3.
Coela ad caput Hellesponti fita. 22, 8, 4.
Coeni Galli cani. 14, 11, 6.
Coeranius philofophus. 29, 2, 25.
Colchi, origine Aegyptii. 22, 8, 24.
Colias nomen magnatis Gothici. 31, 6, 1.
Colonia Agrippina urbs Germaniae fecundae ab Alamannis diruta. 15, 8, 9. a Iuliano recuperata. 16, 3, 1.
Comedus mons apud Sacas. 23, 6, 60.
Cometae unde. 25, 10, 3.
Comeus Apollo. 23, 6, 24.
Commagene, Ammiani aetate Euphratenfis dicta. 14, 8, 7. — 23, 6, 21.
Commercia filentio apud Seras peracta. 23, 6, 68.

Commodus Imp. iaculandi peritissimus. 31, 10, 19. v. et 29, 1, 17.
Comum urbs Italiae prope Mediolanum. 15, 2, 8.
Concilia et Synodi Christianorum. Iudicium de iis. 21, 16.
Concordia castellum Romanum in Germania. 16, 12, 58.
Confluentes urbs Germaniae (Coblenz). 16, 3, 1.
Constans Imp. non admodum laudatus. 16, 7, 5.
Constantia, Imp. Constantii filia, post obitum demum eius nata, Faustina matre, postea temporis Gratiani coniux. 21, 15, 6. — 26, 7, 10. — 29, 6, 7.
Constantia castra in Gallia, ubi Sequana in mare defluit. 15, 11, 3.
Constantianus Tribunus. 23, 3, 9. Stabuli. 28, 2, 10.
Constantianus Strator. 29, 3, 5.
Constantina, Constantini M. filia, primum Hannibaliani (Exc. §. 35.) deinde Galli Caesaris uxor. 14, 1. 2. sororem habuit Helenam, Iuliani coniugem. 21, 1, 5. — post aulaeum sedet in Consistorio auscultandi causa. 14, 9, 3. ad crudelitatem proclivis. 14, 1. et 7. moritur in itinere. 14, 11, 6. sepulchrum eius Romae. 21, 1, 5.
Constantina urbs Mesopotamiae. 18, 7, 9.
Constantinianum balneum Romae. 27, 3, 8.
Constantinopolis. 22, 8, 8. ampla et pulchra. 31, 16. v. et Byzantium.
Constantinus (Magnus) Exc. §. 2. ff. quae vitio ei verterit Iulianus. 21, 10, 8. et 10, 12, 25. inprimis amicis lucri cupidis plus iusto indulsit. 16, 8. (nonnisi semel *Magni* nomine ap. nostrum occurrit 15, 5, 19. aliis locis omissum hoc cognomen. 15, 13. — 16, 7. et 8. — 17, 4. 21, 10. et 12. — 26, 6.)
Constantinus iun. Magni filius. Exc. § 19.
Constantius (Chlorus) Constantini M. pater. Exc. §. 1.
Constantius (Iul.) pater Iuliani Imp. 25, 3. extr.
Constantius Imp. tricennalia celebrat (A. C. 353) 14, 5, 1. adversus Magnentii allectas debacchatur. 14, 5, 2. ff. — expeditio adv. Alamannos. 15, 10. — adv. Lentienses. 15, 4. — Romam visit. 16, 10. — Obeliscum ibi erigit. 17, 4. — bellum cum Sarmatis et Quadis gestum, unde Sarmaticus dictus. 17, 12. — contra Limigantes suscepta expeditio. 17, 13. eadem repetita, ubi tamen vitae subit periculum. 19, 11, 12. legatos mittit ad Persas belli deprecandi caussa, sed frustra. 17, 14, 2. Amida urbe a Persis expugnata Imp. ipse in Orientem proficiscitur. 19, 11. Scythas socios adsciscit. 20, 8, 1. Arsacem etiam, Armeniae regem, in partes trahit. 20, 11, 1. — ipse intrat Amidam, ruinas eius defleturus, Bezabden urbem obsidet incassum, et redit Antiochiam. ibid. — novam ibi expeditionem parat. 21, 6. dubius tamen animi, anne contra Iulianum, quem milites Augustum proclamaverant, arma potius moveret. 21, 7. — Persico bello dilato Iuliano obviam proficiscens, Tarsi decumbit, moriturque in urbe Ciliciae Mopsucrene. 21, 15.
Iudicium de moribus eius. 21, 16. erat vero *medius* princeps, bona miscens malis. 14, 9, 2. nimis severus et crudelis adeo. 14, 5. non Gallum tantum iubet interfici 14, 11. sed quaestiones etiam in eiusdem ministros exerceri. 15, 3. — criminibus aurem facile praebet. 14, 9. — suspiciosus inprimis in eos, quos alium principem optare

audiret. 16, 8. — felicior in hostibus internis, quam externis debellandis. 14, 10, 16. — 20, 11. extr. 21, 13, 7. quidquid fortiter gessit, non gessit ipse, sed per duces. 16, 10, 2. — quaedam tamen eius laudanda. 21, 16. init.

Consules deducti, spectacula edebant, servosque manumittebant Kal. Ianuariis. 22, 7, 2.

Conta, urbs Africae. 29, 5, 39.

Coptos urbs Aegypti. 22, 16, 2.

Cora, oppidulum in Gallia. 16, 2, 3.

Corax, fluv. ad pontum Eux. 22, 8, 29.

Corduene provincia, ex parte saltem iuris Persarum, singularem habuit Satrapen. 18, 6, 20. — 23, 3, 5. — 25, 7, 9.

Coriaceae naves. 24, 3, 11.

Cornelius Gallus Procurator Aegypti sub Augusto Imp. provincia exhausta, manum sibi ipse intulit. — auctor carminum, quae etiamnum habemus. 17, 4, 5.

Cornelius Senator. 28, 1, 29.

Cornuti v. Ind. II.

Corona sacerdotalis. 29, 5, 16.

Coronarium (aurum). 25, 4, 15.

Coroni populus Mediae. 23, 6, 29.

Costobocae natio Scythica. 22, 8, 42.

Cottius rex socius Romanorum Augusti Imp. aetate, vias per Alpes ex eo cognominatas munit, transituque faciliores reddit. — Sepulchrum eius. 15, 10, 2. et 7.

Craugasius nobilis Nisibenus. 18, 10, 1. cuius uxor a Sapore capta, sed in honore habita, persuasit marito, ut ad Persas transfugeret. 19, 9, 3. ss.

Crescens Vicarius Africae. 28, 6, 23.

Cretio, Comes Africae. 21, 7, 4. — 26, 5, 14.

Creuthungi, gens Thraciae. 27, 5, 6.

Crispus, Constantini M. filius, Pelae interfectus. 14, 11, 20. et Exc. §. 19. et 23.

Crissaeus sinus. 17, 7, 13.

Criu - Metopon, promontor. Thraciae. 22, 8, 20.

Crocodilus. 22, 15, 15.

Croesus expulit Solonem. 15, 5, 37.

Ctesiphon, urbs Assyriae. conditor eius. 23, 6, 23.

Culices Mesopotamiae hominibus et animantibus molesti. 18, 7, 5.

Cumana Sibylla. carmina parum aberat, quin Iuliani aetate igne perirent. 23, 3, 3.

Curandius Tribunus Sagittariorum. 29, 5, 24.

Curio dux Romanor. antiquior. 29, 5, 22. not.

Cybele, dies festi Romae in eius honorem habiti. 23, 3, 7

Cyclades insulae unde dictae. 22, 8, 2.

Cydnus, fl. Ciliciae. 14, 8, 3.

Cylaces Eunuchus Persa, Satrapes Armeniae. 27, 12, 4. — 30, 1, 3.

Cynaegirus dux Graecor. 24, 6, 14.

Cynossema, ubi Hecuba sepulta fuisse dicitur. 22, 8, 4.

Cyprianus Referendarius regis Theoderici. Exc. §. 85.

Cyprus insula, a Romanis iniuste occupata. 14, 8, 14.

Cyrene urbs Aegypti a Batto condita. 22, 16, 4.

Cyreschata urbs Sogdianae. 23, 6, 59.

Cyria, princeps regia Mauritaniae, soror Firmi. 29, 5, 28.

Cyrinus ex Notario. 22, 3, 7.

Cyropolis urbs Mediae. 23, 6, 39.

Cyrus maior, a Tomyri regina trucidatus. 23, 6, 7. insigni memoria valuit. 16, 5, 8.

Cyrus fl. Persiae (Mediae). 23, 6, 40. — 27, 12, 17.

Cyzicus urbs ad Propontidem. 22, 8, 5. a Procopio Anticaesare

caesare obsessa et expugnata. 26, 8, 7. it. a Scythis. 31, 5, 16. — portus ibi catena occlusus. 26, 8.

D.

Dacia Ripensis. 26, 7, 12.
Dadastana urbs in confiniis Bithyniae et Galatiae, ubi Iovianus Imp. mortuus. 25, 10, 12. — 26, 8, 4.
Dagalaiphus Comes Domesticorum. 21, 8, 1. 24, 1, 2. 25, 5, 2. Magister equitum. 26, 1, 6. Consul (A. C. 366.) 26, 9, 1.
Dahae natio ad pontum Euxin. 22, 8, 21.
Dalmatius Caesar sub Constantino M. Exc. §. 35.
Damascus urbs, Phoenices. 14, 8, 9.
Damasus, episcopus Romae. 27, 3, 12. et c. 5, 9.
Dandace urbs in Chersoneso Taurica. 22, 8, 36.
Danielus Comes. 30, 1, 11.
Danubius, fontes eius et ostia. 22, 8, 44.
Daphnaeus Apollo, templum eius in Antiochiae suburbio Daphne, ab Antiocho Epiphane aedificatum conflagrat, cuius incendii culpam in Christianos confert Iulianus Imp. quos tamen defendit Ammianus. 22, 13. init.
Daphne suburbium Antiochiae amoenissimum. 19, 12, 19.
Daphne oppidum munitum Moesiae secundae. 27, 5, 2.
Dardanus urbs ad Hellespontum. 22, 8, 4.
Dareus (Darius) rex Persarum. 23, 6, 8. — 26, 8, 15.
Darnis, urbs Aegypti. 22, 16, 4.
Datianus Consul, collega Cereali (A. C. 358.) 17, 5, 1.
Davana oppidum Mesopotamiae. 23, 3, 7.
Davares populus Africae. 29, 5, 33.
Dea caelestis (Venus Urania). 22, 13, 3.
Decem pagi in Gallia (Dieuse). 16, 2, 9.
Decentius Caesar (frater Magnentii). 15, 6, 4. Treviri portas ei occludunt. ibid. a Chnodomario, Alamannorum rege victus. 16, 12, 5.
Decentius Tribunus et Notarius. 20, 4, 2. 8, 4.
Decimatio. 24, 3, 2.
Decius Caesar. 31, 13, 13.
Defectus solis et lunae. 20, 3.
Degradatio militaris. 15, 3, 2.
Delos insula, terrae motu e mari exstitit. 17, 7, 13. ab Atheniensibus purgata. 22, 12, 8.
Delphidius orator. 18, 1, 4.
Delta Aegypti. 22, 15, 11.
Demetrius Chytras, philosophus Alexandrinus. 19, 12, 12.
Democritus philosophus. 22, 8, 3. innumeros mundos esse existimat. 15, 1, 4. sententia eius laudata. 16, 5, 1.
Demosthenes orator. laudes eius. 30, 4, 5. effatum eius laudatur. 30, 1, 23.
Diabas fl. Assyriae. 23, 6, 21.
Diacira urbs Assyriae. 24, 2, 3.
Diana in Chersoneso Taurica Oreiloche appellata. 22, 8, 34.
Dibaltum urbs Thraciae. 31, 8, 9. et c. 12, 15.
Dicaledones, gens Pictorum. 27, 8, 5.
Didius, Romanus, Thraciae olim victor. 27, 4, 10.
Didymus Alexandrinus, Chalcenteros dictus, Ciceromastix, Sillographus. 22, 16, 16.
Dinarchus antiquus Graecor. orator. 30, 4, 5.
Dindyma ad Propont. Cybelae sacra. 22, 8, 5.
Dinocrates, Architectus, Alexandriae urbis conditor. 22, 16, 7.
Diocles Comes Largitionum Illyrici, Valentiniani iussu vivus combustus. 27, 7, 5.
Diocletianus Consul cum Aristobulo. 23, 1, 1.

Diodorus Comes ab Alexandrinis trucidatus. 22, 11, 9.
Diodorus ex Agente in rebus. 27, 7, 5.
Diogenes, praefectus Bithyniae. 29, 1, 43.
Diogmitae levis armaturae equites, ad perſequendos hoſtes adhibiti. 27, 9, 6.
Diomedis ſedes ad mare Aegeum. 22, 8, 3.
Dionyſius rex Siciliae, quomodo tractaverit poëtam Philoxenum. 15, 5, 37. quam cautus inſidiarum timore fuerit. 16, 8, 10. — ludi magiſter. 14, 11, 30.
Dionyſopolis, urbs in Scythia Europaea. 27, 4, 12.
Dioſcurias urbs Arabiae. 23, 6, 47.
Dioſcurias urbs ad pontum Euxin. Quis eam condiderit. 22, 8, 24.
Dipſades ſerpentum genus in Aegypto. 22, 15, 27.
Diſciplina caſtrenſis Conſtantii temporibus. 22, 4, 6.
Diſcenes Tribunus. 19, 9, 9.
Divi natio Indiae. 22, 7, 10.
Divinatio, Auguria, Auſpicia, Somnia defendit Ammianus. 21, 1, 9.
Divitenſes natio Germaniae. 26, 7, 14. 27, 1, 2.
Dius regulus Mauritaniae. 29, 5. 11.
Domitianus Imp. caſtrari homines interdixit. 18, 4, 5.
Domitianus primo Comes Largitionum, deinde Praef. Praet. Orientis, Antiochiae interfefectus. 14, 7, 9 — 15, 3, 1.
Domitius Corbulo Romanus ſub Nerone. 15, 2, 5. 29, 5, 4.
Dorienſes Herculem olim ſecuti, ad oram Galliae maritimam conſediſſe dicuntur. 15, 9, 3.
Doriſcum urbs Thraciae, ubi Xerxes exercitum recognovit. 18, 6, 23. — 31, 4, 7.
Doroſtorus urbs Thraciae. 27, 4, 12.
Dorus primo medicus caſtrenſis, deinde nitentium rerum centurio. 16, 6, 2.
Dracones vexilla. 15, 16, 5. — 16, 10, 7. c. 12, 39.
Dracontius monetae praefectus Alexandriae. 22, 11, 9.
Drangiana, provincia Perſiac. 23, 6, 71.
Drepanum, urbs Bithyniae, deinde Helenopolis. 26, 8, 1.
Drepſa, urbs Sogdianae. 23, 6, 59.
Druentia fl. Galliae (Durance). 15, 10, 11.
Druidae, more Pythagoraeorum, ſodalitiis adſtricti conſortiis, philoſophiae altiori operam dederunt, animosque immortales ſtatuere. 15, 9, 8.
Druſus Thracum victor. 27, 4, 10.
Drypetina filia Mithridatis, regis Ponti. 16, 7, 10.
Dryſidae iidem qui Druidae. 15, 9, 4.
Dulcitius dux milit. in Britannia. 27, 8, 10.
Duodienſe caſtellum in Mauritania. 29, 5, 49.
Dura urbs Meſopotamiae. 23, 5, 8, 24, 1, 5.
Dura oppidum trans Tigrim ſitum. 25, 6, 9.
Duria urbs in Latio. 15, 8, 18.
Dymas fl. in prov. Sogdiana. 23, 6, 59.
Dynamius Actuarius. 15, 5, 3.

E.

Eboracum (York). Exc. §. 4.
Ecbatana urbs. 23, 6, 22. et 39.
Eclipſes ſolis et lunae. 20, 3.
Edeſſa urbs. 20, 11, 4. 21, 7, 7.
Elatas, nomen venti alicuius. 22, 8, 8. not.
Elephanti. Vulnus cervici inflictum letale. 25, 1, 15.
Elephantine urbs Aethiopiae. 22, 15, 2.
Eleuſis in Boeotia, terrae motui originem debet. 17, 7, 13.

Eleuteropolis urbs Palaestinae. 14, 8, 11.
Elusa, urbs Galliae Narbonensis. 15, 11, 14.
Emesa urbs Phoenices. 14, 8, 9. — 26, 6, 20.
Emodon mons in prov. Serarum. 23, 6, 64.
Emona (Laybach). 28, 1, 45.
Ennosigaeus, Neptuni cognomen. 17, 7, 12.
Epicurus. 30, 4, 3.
Epigonius, philosophus ex Lycia. 14, 7, 18. supplicio affectus. 14, 9, 5.
Epimenides Cretensis, diu dormiens. 28, 4, 5.
Epiphania, dies festus Christianor. 21, 2, 5.
Epiphania, urbs Ciliciae. 22, 11, 4.
Episcopi Romani, iam Ammiani aetate laute viventes. 27, 3, 14. episcopi provinciales modestiores ibidem.
Equi Hispani. 20, 8, 13.
Equis indita nomina. 23, 3, 6.
Equitius Tribunus inter Candidatos dignitatis imperatoriae post obitum Ioviani. 26, 1, 4. — Comes. 26, 5, 3. Magister armorum. 26, 7, 4. — 29, 6, 3.
Equitius, filius, Tribunus et curator palatii. 31, 12, 15. — 30, 6, 2.
Eratosthenes antiquus Geographus. 22, 8, 10.
Erechtheus. 16, 1, 5.
Ermenricus rex Ostrogothor. 31, 3, 1.
Eruli et Batavi. 20, 1, 3. et al.
Erythraeum, urbs Ioniae. 31, 14, 8.
Esaias, nobilis Romanus. 28, 1, 44.
Essedones, *Essedon* pop. et urbs Serarum. 23, 6, 66.
Evagrius Comes rei privatae. 22, 3, 7.
Eucaerius, Vicarius Asiae, doctus homo. 29, 1, 9.
Euctemon, Astronomus antiquus. 26, 1, 8.
Evectiones v. not. ad 14, 6, 16.
Eventus boni porticus Romae. 29, 6, 19.
Evhages philosophi Gallorum, Physicis rebus inprimis operam dantes. 15, 9, 8.
Eumenius Senator. 28, 1, 48.
Eumolpias v. Philippopolis.
Eunuchi, origo eorum a Semiramide repetenda. 14, 6, 17. — pravi plerumque eorum mores, paucis tamen exceptis. 16, 7, 4. 18, 4, 4. odores pestiferi nihil iis nocere dicuntur. 23, 6, 18.
Eupatoria urbs Chersonesi Tauricae. 22, 8, 36.
Euphrasius Magister Officiorum. 26, 7, 4. et c. 10, 8.
Euphrates. 23, 6, 25. navis ibi ad transferendos homines et iumenta. 19, 8, 9.
Euphratensis v. Commagene.
Euphronius praefectus (rector) Mesopotamiae. 18, 7, 3.
Eupraxius, Magister memoriae et Quaestor, vir ingenuus, et libere loquens. 27, 6, 14. 28, 1, 25.
Euripides, poeta tragicus, sepulcrum eius. 27, 4, 8.
Europos urbs Persiae. 23, 6, 39.
Eusebia, Constantii Imp. coniux, favet Iuliano. 15, 2, 8. et c. 8, 3. — 21, 6, 4. — medicaminibus effecit, ut Helena, Iuliani uxor, aliquoties abiiceret partum. 16, 10, 18. mors eius et laudes. 21, 6, 4.
Eusebius, Pittacus etiam dictus, orator. 14, 7, 18. supplicio affectus. 14, 9, 5.
Eusebius praefectus cubiculi. 14, 10, 5. homo mali animi, multisque exitiosus. 14, 11, 2. cet. imperatori imperavit. 22, 3, 12. coll. 18, 4, 3. supplicio affectus. 22, 3, 12.
Eusebius ex Comite rei privatae, cognomine Mattiocopae. 15, 5, 4. not.
Eusebius vir laudabilis, Consul cum fratre Hypatio (A. C.

359.) 18, 1, 1. 21, 6, 4. laesae maiestatis ab homine nequam accusatus. 29, 2, 9.
Eusebius, episcopus Nicomediae, cognatus et magister Iuliani. 22, 9, 4.
Euseni, populus Orientis, Persis vicinus. 16, 9, 4.
Eustathius philosophus. 17, 5, 15.
Eutherius praefectus cubiculi in aula Iuliani, eunuchus, sed praeter solitum probus. 16, 7, 2. 20, 8, 19.
Eutropius, Proconsul Asiae. 29, 1, 36.
Excubitor nomen proprium videtur esse. 20, 4, 21.
Exodiarii. 28, 4, 33. not.
Exsuperius, miles fortis, primus, qui ex cuniculis ad urbem Maozomalcham actis prosiluit. 24, 4, 23.

F.

Fabius Maximus. 15, 12, 5.
Fabricius Luscinus. 30, 1, 23.
Fara, insula in provincia Perside. 23, 6, 43.
Farnobius, in magnatibus Gothorum laudatur. 31, 4, 12. et c. 9, 3.
Faustina, Constantii Imp. coniux post obitum Eusebiae. 21, 6, 4. gravida ab eo relicta. 21, 15, 6. mater fit Constantiae, uxoris postea Gratiani. ib. et 26, 7, 10. et c. 9, 8.
Faustinus Notarius militans. 30, 5, 11.
Felicis arboris castra. v. Arbor.
Felix, Notarius, postea Officiorum magister. 20, 9, 5. Largitionum Comes. 23, 1, 5.
Fericius, princeps Mauritaniae. 29, 5, 21.
Ferratus mons Mauritaniae. 29, 5, 11.
Festus Tridentinus, Consularis Syriae, Magister memoriae, deinde Proconf. Asiae. 29, 2, 22.
Fidustius, Praesidialis. 29, 1, 6.
Firmus princeps Mauritaniae, haud parum negotii facessit Romanis, tandem laqueo sibi frangit ipse gulam. 29, 5. usque ad 30, 7.
Flavianus Vicarius Africae. 28, 6, 28.
Florentius. Ammianus ipse duo huius nominis aperte distinguit sub Constantio et Iuliano. 22, 3. 6. tres tamen alii apud eundem occurrunt, nempe
a) *Florentius*, Praef. Praet. Galliae. 16, 12, 14. molestias creat Iuliano Caesari. 17, 3, 2. 20, 4, 2. qui cum ad Augustam dignitatem a militibus esset evectus, ad aulam Constantii confugit. 20, 8, 20. — in Anatolii locum Praef. Praet. Illyrici. 21, 6, 5. post Constantii obitum Iuliani quidem fuga vindictam effugit, absens tamen damnatus. 22, 3, 6. coll. c. 7, 5.
b) *Florentius*, fil. Nigriniani, Magister Officiorum Vicarius. 15, 5, 12. — 20, 2, 2. a Iuliano, innoxius tamen, in insulam Boas deportatus. 22, 3, 6.
c) *Florentius* Praef. Praet. in Gallia, sub Valentiniano, vir probus et aperte, quae displicerent, eloquens. 27, 7, 7.
d) *Florentius* Tribunus. 26, 9, 8.
e) *Florentius* Germaniae dux. 29, 4, 7.
Fluvii a Persis religiose culti. 18, 7, 1. not.
Formula sacramenti militaris. 21, 5, 10. not.
Fortunatianus Comes. 29, 1, 5.
Forum pacis Romae. 16, 10, 15. it. *Traiani* ibid.
Fragiledus, princeps Sarmaticus. 17, 12, 11.
Franci, Salii etiam dicti. 17, 8, 3. devastant Germaniam prope Iuliacum. 17, 2, 5. adeo insolentes, ut in ditione Romana novam urbem

(Toxiandriam) condant. 17, 8, 3. — *Franci Attuarii* a Iuliano devicti. 20, 10, 2. — multi eorum in aula Conſtantii ſatellites. 15, 5, 11.
Fraomarius rex Bucinobantum, nationis Germanicae. 29, 4, 7.
Frigeridus, dux Romanus adv. Gothos. 31, 7, 2. et c. 9, 1.
Fritigernus dux Gothorum. 31, 4, 8. et c. 11, 5.
Frontinus conſiliarius. 28, 1, 21.
Fulgurales libri. 23, 5, 13.
Fulloſaudes, dux militar. in Britannia. 27, 3, 1.
Fulvius (Flaccus) primus e Romanis, qui Gallis bellum intulit. 15, 12, 5.

G.

Gabinius, rex Quadorum, perfide in convivio trucidatus. 29, 6, 5. 30, 5, 3.
Galactophagi, natio Scythica. 23, 6, 62.
Galatae (Galli) unde nomen habeant. 15, 9, 3.
Galerius. Exc. §. 3. Caeſar aliquando per mille paſſus ad currum Auguſti pedibus incedere coactus. 14, 11, 10.
Galla, mater Caeſaris Galli. 14, 11. 27.
Gallia deſcripta per provincias. 15, 9—11. mores incolarum. 15, 12.
Gallienus Imp. noctu per urbem Antiochiam vagatus. 14, 1, 9.
Gallonatis caſtellum in Mauritania. 29, 5, 25.
Gallus Caeſar, fil. (Iul.) Conſtantii, fratris Conſtantini M. et Gallae, ſororis Rufi et Cerealis. 14, 11, 27. corporis et animi natura c. 28. Caeſar a Conſtantio adſcitus. 14, 1. ad crudelitatem propenſus. ibid. et c. 7. et 9. — ad aulam evocatus, iuſſu Conſtantii in itinere interfectus. 14, 11.
Gallus v. Cornelius.
Gallus, fluvius Bithyniae. 26, 8, 3.
Garamantae. 22, 15, 2.
Garumna fl. Galliae (Garonne). 15, 11, 2.
Gaudentius, Agens in rebus. 15, 3, 8. 16, 8, 3. Notarius. 17, 9, 7. a Conſtantio ſpeculator inſidioſus Iuliano additus. 21, 7, 2. Iuliano iubente ſupplicio affectus. 22, 11, 1,
Gaudentius Scutarius. 26, 5. 14.
Gaugamela, urbs Adiabenes. 23, 6, 22.
Gaza, urbs Palaeſtinae. 14, 8, 11.
Gazaca, urbs Mediae. 23, 6, 39.
Geapolis, urbs Arabiae. 23, 6, 47.
Gedroſia provincia Perſiae. 23, 6, 73.
Gelani pop. Orientis. 17, 5, 1.
Geloni natio ad paludem Maeot. 22, 8, 31. 31, 2, 14.
Genius unicuique homini additus. 21, 14, 2. Socratis, Pythagorae etc. ibid. — *Genius publicus* per ſomnum apparet Iuliano. 20, 5, 10. it. 25, 5, 3. templum eius Alexandriae. 22, 11, 7. it. Antiochiae. 23, 1, 6.
Genonia urbs Parthiae. 23, 6, 43.
Genua urbs Liguriae. 15. 10, 10.
Georgius epiſc. Alexandriae, a plebe interfectus. 22, 11, 3—7.
Geraſa, urbs Arabiae. 14, 8, 13.
Geraſus fl. Scythiae (Prut) 31, 3, 7.
Germani et *Germania.* 15, 11, 7.
Germanianus Praef. Praet. Galliae. 21, 8, 1. 26, 5, 5.
Germanicopolis, urbs Iſauriae. 27, 9, 7.
Germanicus Caeſar. 22, 14, 8.
Gerontius Comes, aſſecla Magnentii. 14, 5, 1.
Geſſoriacum eadem urbs, quae

Bononia (Boulogne). 20, 1, 3. et c. 9, 9. Exc. §. 4.

Gildo, princeps Maurus. 29, 5, 6.

Gladii Alanis pro Diis ſunt. 31, 2, 23. gutturi admoti quid ſignificent. 17, 12, 16. 21, 5, 10.

Gomoarius v. Gumoharius.

Gordianus Imp. ſenior. 26, 6, 20.

Gordianus Imp. iunior. Expeditio in Perſas. — a Philippo interfectus — ſepulcrum eius Zaithae in Meſopotamia. 23, 5, 7.

Gorgias Leontinus. 30, 4, 3.

Gorgonius Praefectus cubiculi Galli Caeſaris. 15, 2, 10.

Gothi impetum faciunt in Thraciam ſub Conſtantino M. Exc. §. 21. et 34. — it. ſub Valentiniano. 26, 4, 5. et c. 6, 11. ab Hunnis ſedibus ſuis expulſi, ad Romanos confugiunt. 31, 2. et 3. — a ducibus Romanorum iniuſte habiti et vexati. 31, 4. et 5. — Iuliani de iis iudicium. 22, 7, 8. — principes eorum Iudices appellati. 27, 5, 6.

Graeci, pars eorum poſt bellum Troianum in Gallia ſedes fixiſſe dicitur. 15, 9, 3.

Gratianus Valentiniani Imp. pater. 30, 7, 2.

Gratianus Imperator, Valentiniani Imp. filius, a patre in ſocietatem imperii allectus. 27, 6, 4. duces eius proſpere res gerunt adv. Gothos. 31, 9, 14. it. adv. Lentienſes Alamannos. 31, 10. — Conſtantia, uxor ipſi deſtinata, prope capta. 29, 6. 7. mores eius. 31, 10, 18.

Greuthungi, natio Oſtrogothorum. 27, 5, 6. 31, 3, 1.

Grumbates, rex Chionitarum. 18, 6, 22. 19, 1, 7. filius eius in obſidione Amidae cecidit. ibid.

Gumathene (rectius Commagene) regio fertilis Meſopotamiae. 18, 9, 2.

Gumoharius (Gomoarius). 26, 7, 8. Magiſter armorum. 20, 9, 5. 21, 8, 1. et c. 13, 16. a Procopio Anticaeſare ex otio revocatus. 26, 7. 4. et c. 9, 2.

Gundomadus, rex Alamannor. Galliam invadit. 14, 10, 1. pacem init cum Conſtantio, ab ipſis autem civibus interficitur. 16, 12, 17.

Gynaecon Lymen (γυναικῶν λιμήν), urbs in provincia Gedroſia. 23, 6, 73.

Gyndes fl. Perſiae. 23, 6, 40.

H.

Hadrianus Imp. futura praenoſcendi cupidus. 25, 4, 17. — ſolum ſe ſcire omnia opinans, doctis et artificibus invidet. 30, 8, 10.

Hadrianopolis ad montem Haemum, antea Uscudama dicta. 14, 11, 15. 27, 4, 12. 31, 11, 3.

Hannibal viam ſibi per Alpes aperiens, igne et aceto eas emolliens. 15, 10, 11. ſepulcrum eius. 22, 9, 3.

Hannibalianus rex Ponti. 14, 1. Exc. §. 35.

Harax (Charax) fl. Suſianae. 23, 6, 26.

Hariobaudes Tribunus vacans. 18, 2, 2.

Hariobaudus, Macriani frater, rex Alamannor. pacem facit cum Iuliano. 18, 2, 15.

Harmozon promontor. Carmaniae. 23, 6, 10.

Harpagus (rectius Harpalus) Satrapa Cyri. 15, 9, 7.

Hatra (Chatra) urbs in deſerto ſita, citra Tigrim fl. 25, 8, 5.

Hebdomon ſuburbanum Conſtantinop. 26, 4, 3. not. Valeſii.

Hebrus fl. — fontes habet in montibus Ordryſiorum. 18, 6, 5.

Hecataeus Geographus. 22, 8, 10.

Hecatompylos, urbs Parthiae. 23, 6, 43.

Helena mater Conſtantini M. Exc. §. 1.
Helena ſoror eiusdem, Iuliani uxor. 15, 8, 18. infeſtam habet Euſebiam, Conſtantii uxorem. 16, 10, 18. mors eius. 21, 1, 5.
Helenopolis, urbs ad ſinum Nicomediae, antea Drepanum dicta. 26, 8, 1.
Helepolis, machina obſidionalis. 23, 4, 10.
Helice terrae motu abſorpta. 17, 7, 13.
Heliodorus fatorum per genituras interpres. 29, 1, 5. 2, 6.
Heliogabalus Imp. 26, 6, 20.
Heliopolis, urbs Aegypti. 17, 4, 12.
Helpidius Praef. Praet. Orientis. 21, 6, 9.
Hendinos, ſic appellatus rex Burgundionum. 28, 5, 14.
Heniochi natio ad Pontum Euxinum, unde nomen traxerit. 22, 8, 24.
Heptaſtadium Alexandriae. 22, 16, 10.
Heraclea urbs Thraciae. 22, 2, 22. *Perinthus* etiam dicta, quare. 22, 8, 16. it. 27, 4, 13.
Heraclea urbs Mediae. 23, 6, 39.
Heraclitus philoſophus, Epheſius, ſententia eius laudata. 21, 16, 14.
Herculanus Protector domeſticus. 14, 10, 2.
Hercules Thebanus ad Hiſpanos etiam et Gallos pervenit. 15, 9, 6.
Herculiani et *Ioviani*. v. Ind. II.
Hermapion, ex eo Ammianus inſcriptiones Obeliſci deſumſit. 17, 4, 17.
Hermes ter maximus. 21, 14, 5.
Herminfrid rex Thuringor. Exc. §. 70.
Hermogenes, Magiſter equitum, in concurſu plebis interfectus. 14, 10, 2.
Hermogenes Ponticus, Praef. Praetor. Orientis. 19, 12, 6. mors eius. 21, 6, 9.
Hermogenes dux militar. in Germania. 28, 2, 6.
Hermonaſſa inſula ad paludem Maeot. 22, 8, 30.
Hermopolis urbs in Thebaide Aegypti. 22, 16, 2.
Hermupolis urbs Carmaniae. 23, 6, 49.
Herodes aedificavit Caeſaream. 14, 8, 11.
Herodianus, Alexandrinus, artium minutiſſimus ſciſcitator. 22, 16, 16.
Herodotus laudatus. 22, 15, 28.
Heſiodus laudatus. 14, 6, 8.
Heſperius, Proconſul Africae. 28, 6, 28.
Heſychia, nobilis femina Romae. 28, 1, 47.
Hiaspis urbs ad fl. Tigrim. 18, 5, 3.
Hiberia provincia Aſiae inter duos principes diviſa. 27, 12, 4. coll. 30, 2, 2.
Hibita oppidulum Meſopotamiae. 25, 9, 3.
Hiera, terrae motu mari exorta. 17, 7, 13.
Hierapolis urbs Commagenes. 14, 8, 7. — 21, 13, 8. — 23, 2, 6.
Hierapolis Phrygiae urbs, ubi ex terrae hiatu vapores peſtiferi emiſſi. 23, 6, 18.
Hierocles, fil. Alypii, Vicarii Britanniae. 29, 1, 44.
Hierographa (Hieroglypha). 17, 4, 10. — 22, 15, 30.
Hieroſolymae. 14, 8, 12. — 23, 1, 2.
Hilarinus auriga. 26, 3, 3.
Hilarius Palatinus. 29, 1, 7.
Hileia urbs, ad quam Romani a Perſis fuſi. 18, 5, 7.
Hipparchus antiquus philoſophus et Aſtronomus. 26, 1, 8.
Hippias Eleus. 16, 5, 8.
Hippocephalus, ſuburbium Antiochiae. 21, 15, 2.
Hippopotamus. 22, 15, 21.
Hiſter v. Danubius.
Hiſtrus urbs Thraciae. 22, 8, 43.
Homerus laudatur 15, 8, 17. — 18, 5, 7. — 19, 4, 6. — 21,

14, 5. — 23, 6, 62. — 27, 8, 4. — 31, 14, 8. [item 14, 6, 21. 18, 5, 7. 28, 1, 54.]
Honoratus Comes Orientis. 14, 1, 3. et c. 7, 2.
Hormisda fil. regis Perfarum (exul). fapiens eius dictum. 16, 10, 16. dux militaris Iuliani contra Perfas. 24, 1, 2. et 3.
Hormisda filius praecedentis a Procopio Caefare Proconful factus. 26, 8, 12.
Horre oppidulum Mefopotamiae. 18, 10, 1.
Hortarius rex Alamannorum. 16, 12, 1. Iuliano fe fubiecit. 17, 10, 7. et in fide permanfit. 18, 2, 2.
Hortarius, magnas Germanus. 29, 4, 6.
Horti Salluftii. 17, 4, 16.
Hucumbra villa. 25, 1, 4.
Hunni ultra mare glaciale habitantes. forma externa t mores. 31, 2. tot. (Chunni etiam nominantur 31, 8, 4.)
Hydriacus fl. Carmaniae. 23, 6, 49.
Hymettius Proconful Africae. 23, 1, 17.
Hypanis fl. ad Cimmerii Bosporum (Cuban). 22, 8, 26.
Hypatius Conful, collega Eufebio. 18, 1, 1. — 21, 6, 4. — 29, 2, 9.
Hypatius nepos Anaftafii Imper. Exc. §. 74
Hyperechius dux Procopii Imp. 26, 8, 5.
Hyperides antiquus orator Graecus 30, 4, 5.
Hyrcania, provincia — urbes — etc. 23, 6, 50. ff.
Hyftaspes, Darii pater, magiam a Brachmanibus didiciffe, et in Perfiam attuliffe fertur. 23, 6, 32.

I.

Iacobus Numerarius Apparitionis Magiftri equitum. 19, 9, 2.
Ianuarius, neceffitatum caftrenfium curator. Ioviani poft mortem inter alios dignus imperatoria dignitate habitus. 26, 1, 4.
Iafonion urbs Perfiae (Margianae). 23, 6, 54.
Iafonius mons in Media. 23, 6, 28.
Iaxamatae, natio ad paludem Maeot. 22, 8, 31.
Iaxartae populus, et *Iaxartes* fl. Scythiae. 23, 6, 62.
Iazyges, natio ad paludem Maeot. 22, 8, 31.
Ibis avis in Aegypto. 22, 15, 25.
Ichneumon ibid. §. 19.
Iconium, urbs Pifidiae. 14, 2, 1.
Icofium urbs Mauritaniae. 29, 5, 16.
Idmon augur Argonautarum. 22, 8, 22.
Iefalenfes populus Africae. 29, 5, 47.
Igilgitanum orae Mauritaniae maritimae nomen Africanum, Romanis Sitifis. 29, 5, 5.
Igmazen, rex Mauritaniae. 29, 5, 46.
Igne mollitae Alpes. 15, 10, 11.
Illuftrata lucernis nocturnis Antiochia. 14, 1, 9.
Ilus, Trois filius. 22, 9, 7.
Imavus mons Perfiae. 23, 6, 61.
Imbrus infula. 22, 8, 2.
Immo Comes. 21, 12, 3.
Incantatio ad leniendum dolorem. 16, 8, 2.
Indulgentiae tributorum. 16, 5, 15.
Ingenuus Anticaefar fub Gallieno. 21, 16, 10.
Innocentius Tribunus cadit in proelio ad Argentoratum. 16, 12, 63.
Innocentius agrimenfor. 19, 11, 8.
Infulae terrae motu e maris profundo protrufae. 17, 7, 13. alia contra (Atlantis) Europa amplior terrae motu evanuit. ibid.
Iohannis epifc. Romanus fub Theoderico rege. Exc. §. 88.
Iovianus Protector Domefticus. 21, 16, 20. omina futurae

magnitudinis, ibid. Imperator post Iulianum electus. 25, 5, 4. exercitum e Persia reductum fortiter quidem defendit adversus hostes, omnibus tamen vitae necessitatibus destitutus pacem cum Sapore inire coactus, in Mesopotamiam redit 25, 7—9. utiliter quaedam constituit in Illyrico et Gallia — filiolum quadrimum Varronianum collegam in Consulatu adsciscit — in urbe autem Dadastana inopina morte abreptus 25, 10. tot. — corporis et animi indoles. ib. cadaver Constantinopolin deportatur. 26, 1, 3.

Iovianus Notarius, fortem se praebuit in obsidione Maozamalchae. 24, 4, 23. post Iuliani obitum et ipse inter candidatos imperii nominatus, ideoque suspectus imperatori Ioviano in puteum coniectus. 25, 8, 18. coll. 26, 6, 3.

Ioviani et *Herculiani*. v. Ind. II.

Iovinianus, Romanus ortu, sed satrapa Persarum in Corduena. 18, 6, 20.

Iovinus Magister equitum. 21, 8, 3. et c. 12, 2. per Illyricum. 22, 3, 1. per Gallias. 25, 8, 11. — 27, 2, 1. — 27, 10, 6.

Iovius Quaestor Iuliani. 21, 8, 3. 22, 8, 49.

Iphicles, philosophus Ammiani aetate. 30, 5, 8.

Iris, arcus caelestis. 20, 11, 26.

Iris fluv. in pontum Eux. defluens. 22, 8, 17.

Isaflenses, populus Africae. 29, 5, 40.

Isaura, urbs Isauriae olim potens, Ammiani aetate diruta. 14, 8, 2.

Isauria provincia. 14, 8, 1. *Isauri* rapto viventes, Romanas provincias invadunt crebro. 14, 2, 1. — 19, 13, 1. — 27, 9, 6.

Isocrates, sententia eius allata. 30, 8, 6.

Issiacum mare. 22, 15, 2.

Istrus urbs ad pontum Euxin. 22, 8.

Iuba, rex Mauritaniae, scriptis etiam inclaruit. 22, 15, 8.

Iubaleni, natio Africae. 29, 5, 44.

Iudaei, quid M. Aurelius et Iulianus de iis iudicaverint. 22, 5, 5. Vexantur Ravennae. Exc. §. 81.

Iudiciale carpentum. 29, 6, 7.

Iudicum iniustorum poena ap. Persas. 23, 6, 82.

Iuliacum, urbs Germaniae. (Iülich) 17, 2, 1.

Iulianus Imp. Pater (Iul.) Constantius, mater Basilina. 25, 3, 23. natus Constantinopoli ibid. quam ob caussam urbem amavit et exornavit. 22, 9, 2. educationi eius praefuit Eusebius, episc. Nicomediensis. 22, 9, 4. ab aula remotus cum fratre Gallo in villa (Marcelli fundo) detentus vivit. 15, 2, 7. post fratris necem et ipse criminibus appetitus, Eusebiam habet fautricem, primo Comum in vicinia Mediolani deinde in Graeciam ad persequenda studia abire permittitur. 15, 2, 8. Constantius Caesarem eum sibi adiungit, et sorore Helena in matrimonium data, in Galliam mittit. 15, 8, 4. admodum maligne habetur, cibique adeo ei apponendi praescripti. 16, 5, 3. Consul primum (356). 16, 1, 1. iterum (357). 16, 11, 1. — expeditio adversus Laetos suscepta. 16, 11, 1. — it. contra Alamannos. proelium ad Argentoratum. 16, 12. tot. quo facto ulterius in Germaniam progressus, variis tractibus devastatis Alamannos pacem petere cogit. 17, 1, 10. — interea Franci insurrexerant, quos tamen inclusos, in deditionem accipit. 17, 2. secunda adversus eosdem et Chamavos expeditio. 17, 8. — Milites seditionem movent com-

meatus inopia. 17, 9, 3. — Suomarius et Hortarius, reges Alamannorum, se ei dedunt. 17 10. novum cum Alamannis, nondum devictis bellum, in quo quinque se ipsius fidei committunt. 18, 2. - partem exercitus in Orientem mittere iubetur, quod longinquum iter milites recusantes facere Augustum eum appellant. 20, 4. mittit cum epistolis, qui hoc nuntiarent Constantio. 20, 8, 5. — aulam nunc sibi ipse pro arbitrio instruit. 20, 9. in bellum contra Francos Attuarios proficiscitur, hiememque agit Viennae. 20, 10. — quinquennalia celebrat, Helenaeque coniugis eo tempore reliquias Romam deferri iubet. 21, 1, 5. — mortem Augusti proximam praesagire sibi videtur. 21, 1, 6. - Christianam religionem amplecti simulat, quamquam iamdiu gentili nomen dederat. 21, 2, 4. Alamanni duce Vadomario, ab ipso Constantio, uti ex literis interceptis patuit, sollicitato, rebellant, quos tamen Iulianus, rege in convivio capto, pacem petere cogit. 21, 3—5. iam vero contra Constantium ipsum arma movere constituit. aulicos sibi alios, aliosque duces eligit, exercitumque partim per Italiam, partim per Illyricum iter facere iubet. 21, 8. — paullo post, Constantii morte audita, 21, 12, 18. 22, 2, 1. Constantinopolin venit. ibid. Aulam nunc omnem reformat, suos et Galli olim fratris inimicos persequitur. 22, 3. et 4. — gentilium religionem nunc aperte profitetur. 22, 5. omnes imperii partes cordi habet. 22, 7. legationibus prope fatigatur. 22, 7, 10. regum tamen oblata auxilia recusat. 23, 2, 1. — Constantinopoli relicta Antiochiam se confert. 22, 9, 2. ubi civium dicteriis exacerbatus, Misopogonem scribit. 22, 14, 2. iam vero in bellum contra Persas proficiscitur, Assyriam ingreditur, castellis quibusdam et Maozamalcha oppido expugnatis, arma prope ad Ctesiphontem urbem profert. 24, 1—6. — quo felici successu nimis sublatus, classem temere comburi iubet, mox tamen, quantam sibi ipse eo cladem intulerit, animadvertens, in Corduenen provinciam pedem referre constituit. 24, 7. et 8. — persequuntur Persae, proelium committitur, in quo Iulianus graviter vulneratus, mox animam emittit. 25, 1—3. Procopius, postea Anticaesar, cadaver Tarsum defert. 25, 9, 12. (ita enim ipse Iulianus iusserat. 23, 2, 15.) ubi in suburbio depositum, et tumulus eius a Ioviano exornatus est. 25, 8, 5.

Habitus corporis. 15, 8, 16. 25 4. statura brevis. 22, 2. 5. et 14, 3. mores omnino. 25, 4. tot. 16, 1, 1. temperantia et studia nocturna. 16, 5, 4. praeter artem poeticam et rhetoricam, philosophiae imprimis se dedit, linguamque etiam Latinam bene calluit. 16, 5, 6. — mitis erga cives. 16, 5, 12. 17, 3, 1. ss. 18, 1. tot. iustitiae amans. ibid. 22, 9 9. et c. 10, 2. — exemplar boni principis M. Aurelium sibi proposuit. 16, 1, 4 a Praefectis et familiaribus moneri se passus. 22, 10, 3. — templum Hierosolymitanum restaurari iubet. 23, 1, 2. — episcopis Christianorum concordiam commendat. 22, 5, 3. nonnisi rhetoricam et grammaticam Christianos docere iubet. 22, 10, 7. 25, 4, 20. — Antiochiae templum occludit, quod Christianos de incendio templi Daphnaei Apollinis suspectos habebat. 22, 13, 2.

ſacrificia Diis innumera offert. 22, 12, 6. — in his etiam Iovi Caſio. 22, 14, 4. Marti tamen Vltori aliquando haud parum iraſcitur. 24, 6, 17. — vaticiniorum, auguriorum, ſuperſtitionum omnium ſtudioſus. 22, 1, 1. et c. 12, 8. it. 23, 3, 3. 25, 4, 17. — Etruſcos augures habuit in comitatu. 23, 5, 10. 25, 2, 7. Aſiaticorum morum non omnino immemor. 16, 7, 6. Dicteria in eum aulicorum et militum. 17, 11, 1. 22, 14, 3.

Iulianus Imperatoris avunculus, Comes Orientis. 23, 1, 4.

Iulianus Comes Largitionum. 23, 1, 5.

Iulio menſe initium fiebat procinctuum Gallicanorum. 17, 8, 1.

Iulius Comes per Thracias. 26, 7, 5. Magiſter militiae. 31, 16, 8.

Iulius Nepos Imp. ſucceſſorem habuit Romulum Auguſtulum. Exc. §. 36.

Iuſtina uxor Valentiniani. 30, 10, 4. ſoror Cerealis. 28, 2, 10. coll. 30, 10.

Iuſtinus Imperator. Exc. §. 76.

Iuthungi populus Alamanniae Raetiam invadunt. 17, 6, 1.

Iuvenalis poëta, Ammiani aetate in deliciis Romanor. 28, 4, 14.

Iuventius Siſcianus (Pannonius) Quaeſtor palatii. 26, 4, 4. deinde Praef. Urbi. 27, 3, 11. Praef. Praetor. Galliae. 30, 5, 11.

Izala, mons Meſopotamiae. 18, 6, 12. 19, 9, 4.

L.

Laconica, genus parvarum navium. 26, 10, 19.

Lacotena urbs Armeniae. 20, 11, 4.

Laeti populus Alamanniae. 16, 11, 4. 20, 8, 13. 21, 13, 16.

Lagarimanus dux militar. Gothorum. 31, 3, 5.

Laipſo Tribunus cecidit in proelio ad Argentoratum. 16, 12, 63.

Lamſoctum, urbs Mauritaniae. 29, 5, 13.

Lampadius, Praef. Praetorio in Italia. 15, 5, 4. Praef. Vrbi. 27, 3, 5. — ex Praefecto. 28, 1, 26.

Lampſacus dono data Themiſtocli a rege Perſarum. 22, 8, 4.

Laniogaiſus, Francus, Tribunus. 15, 5, 16.

Laodicea urbs Syriae. 14, 8, 8.

Laranda urbs Iſauriae vel Lycaoniae. 14, 2, 11.

Latinus Comes Domeſticorum. 14, 10, 8.

Lavacra in modum provinciarum exſtructa. 16, 10, 14. [Conf. Lipſius de magnitud. Romana Lib. III. c. 8. p. 147. ERF.]

Laudiae caſtellum Meſopotamiae. 18, 7, 10.

Laumellum urbs in Italia. 15, 8, 18.

Laureatae v. *Literae*.

Laurentius de epiſcopatu Romano contendit cum Symmacho. Exc. §. 65.

Lauriacum urbs in Norico (Lorch). 31, 10, 20.

Lauricius Comes, adv. Iſauros miſſus. 19, 13, 2.

Lazi — *Lazica* natio et provincia Scythiae. 27, 12, 11.

Leges Corneliae. 19, 12, 17.

Leges ſumtuariae Romanor. 16, 5, 1.

Legiones. Imperatores obvium iverunt urbem intrantibus. 20, 4, 12.

Lemannus lacus. 15, 11, 16.

Lemnus inſula. 22, 8, 2.

Lentienſes Alamanni, Raetiae vicini. 31, 10, 2. bellum contra eos. 15, 4, 1. alterum ſub Valente. 31, 10, 3.

Leo Pannonius, Magiſter Officiorum. 26, 1, 6.

Leo Notarius, poſtea Magiſter Officiorum. 28, 1, 12. 30, 2, 10. et 5, 10.

Leo pater et filius, Imperatores Orientis. Exc. §. 39. f.

Leonas Quaeftor. 20, 9, 4.

Leones Mefopotamiae a culicibus vexati. 18, 7, 5.

Leontius Quaeftor, poftea Praef. Urbi. 14, 11, 14. 15, 7, 1. Laudes eius. ibid.

Leptis urbs Africae. 28, 6, 4.

Lesbus infula. 22, 8, 2.

Leuce locus in Cherfonefo Taurica defertus, Achilli dicatus, ubi haud impune pernoctari poffe credebant. 22, 8, 35.

Leugae Gallis milliaria. 15, 11, 17. 16, 12, 8.

Liberius Epifc. Romanus. 15, 7, 6.

Liberius Praef. Praet. Illyrici fub Theoderico rege. Exc. §. 68.

Libino Comes, in proelio adverfus Alamannos cadit. 21, 3, 2.

Libya, provincia Aegypti. 22, 16, 6.

Libyffa urbs Bithyniae, ubi Hannibal fepultus. 22, 9, 3.

Licinius Caefar. Exc. §. 7. ff.

Limigantes Sarmatae, olim fervi, dominos terris expulerant. — regio eorum aditu difficilis — pacem offerunt fimulando — victi fe dedunt et in alias transferri terras malunt. 17, 13. mox tamen animum mutant, denuo rebelles ipfum Conftantium verba ad eos facientem adoriuntur, quo facto ad unum omnes caeduntur. 19, 11. tot.

Literae laureatae, Ammiani adhuc aetate in ufu erant. 16, 12, 69.

Lithinos pyrgos vicus Sacarum, a mercatoribus commeantibus frequentatus. 23, 6, 60.

Lollianus Conful (355.) 15, 8, 7. Mavortius etiam dictus; Praef. Praet. in Italia. 16, 8, 5. Praef. Urbi (342.)

Lollianus alius eius nominis. 28, 1, 26.

Lorne caftellum Mefopotamiae. 19, 9, 4.

Lotophagi. 14, 6, 21.

Lucillianus Domefticorum Comes. 14, 11, 14. 17, 14, 3. — Comes et Magifter equitum. 21, 9, 5. claffi Iuliani praeeft. 23, 3, 9. muneribus fefe abdicat, a genero autem, Ioviano Imp. revocatur. 25, 8, 9. et c. 10, 6. a militibus interfectus. ibid. (Videtur tamen Ioviani focer ab altero diverfus effe.)

Lucullus antiquus ille Romanor. dux inclytus, Thracum victor. 27, 4, 11.

Lugdunenfis prima et fecunda. 15, 11, 11.

Lugdunum (Lyon) a Laetis invafa. 16, 11, 4.

Luna Dea in Oriente culta (Aftarte). 23, 3, 2.

Lunae defectus. 20, 3.

Lundinium (London). 20, 1, 3. poftea temporis Augufta etiam nominata. 27, 8, 7. 28, 3, 7.

Lupicinus Magifter equitum in locum Severi in Gallia conftitutus. 18, 2, 7. 20, 1, 2. in Britanniam adv. Pictos miffus. ibid. et 20, 9. Magifter equitum Orientis. 26, 5, 2. et c. 8, 4.

Lupicinus Comes Thraciae. 31, 4, 9. et c. 5, 6.

Lupicinus Gentilis. 27, 10, 12.

Lufcinus, antiquus ille Romanor. dux militaris, *Fabricius* notiori nomine dictus, cui in proelio adv. Lucanos Mars ipfe praefto fuiffe dicitur. 24, 4, 24. — 30, 1, 22.

Lufcus praefectus Antiochiae, vivus poftea combuftus. 14, 7, 17.

Lufius dux milit. Roman. fub Traiano et Hadriano. 29, 5, 4.

Luforiae naves. 17, 2, 3. 18, 2, 12.

Lutetia. 15, 11, 3.

Luto Comes, Francus. 15, 6, 4.

Lycaonia ab Ifauris vicinis infeftata. 14, 2, 8.

Lycurgus Spartan. legislator. Rhetrae eius leges dictae. 16, 5, 1.

Lycurgus orator, ut feverus iu-

dex laudatus 22, 9, 9. 30, 8, 13.
Lyrae ad speciem carpentorum ingentes. 14, 6, 18.
Lysimachia, urbs ad Propontida. 22, 8, 5.

M.

Macelli fundus. villa vel castellum Cappadociae, ubi Gallus cum Iuliano fratre educati. 15, 2, 7.
Macepracta locus in Assyria. 24, 2, 6.
Maces promontorium. 23, 6, 10.
Machamaeus dux militar. Iuliani. 25, 1, 2.
Machinae obsidionales. 23, 4.
Macrianus rex Alamannor. 18, 2, 15. 28, 5, 8. 29, 4, 2. pacem tandem pangit cum Valentiniano, a rege autem Malliobaude interficitur. 30, 3, 3.
Macrones, populus ad pontum Euxin. 22, 8, 28.
Maeniana sublata. 27, 9, 10.
Maeotis palus. 22, 8, 30.
Magia (Magistia) Persarum. 23, 6, 32. *Magi* peculiares possidebant agros. ibid.
Magogamalcha (Maiozamalcha et Maochamalcha) urbs Persiae obsessa et expugnata. 24, 4, 2.
Maharbal. 18, 5, 6.
Malaricus, Gentilium rector. 15, 5, 6. postea Magister armorum per Gallias. 25, 8, 11. et c. 10, 6.
Malech, nomen dignitatis apud Persas. 24, 2, 4.
Malleoli. 23, 4, 14.
Mallobaudes, it. Mellobaudes, Tribunus Armaturarum. 14, 11, 21. Francus natione, amicus Silvani Caesaris. 15, 5, 6. Comes Domesticorum et rex Francorum. 31, 10, 6. 30, 3, 7.
Mamaeae aquae palatium cum balneis, ab Alexandro Severo in honorem matris Iuliae Mamaeae Baiis exstructum. 28, 4, 19.
Mamersides, Persa, urbis Pirisaborae praefectus. 24, 2, 21. et c. 5, 3.
Mamertinus Comes Largitionum in aula Iuliani. 21, 8, 1. Consul. 21, 10, 8. et c. 12. extr. it. 22, 3, 1. Praef. Praet. per Illyricum et Italiam. 26, 5, 5. criminis peculatus accusatus. 27, 7, 1.
Manlius Priscus legatus Pompeii in bello Mithridatico. 16, 7, 10.
Maraccus fl. in regione Sauromatarum. 22, 8, 29.
Maranga tractus Persiae. 25, 1, 11.
Maras Diaconus. 14, 9, 7.
Maratocupreni, incolae oppiduli Syriae prope Apameam rapto viventes. 28, 2, 11.
Marcellianus, Maximini, Praefecti Praet. filius admodum iuvenis Valeriae provinciae praefectus, regem Quadorum turpibus insidiis circumventum interficit. 29, 6, 3.
Marcellus, successor Ursicini in magisterio equitum et peditum. 16, 2, 8. subornatus a Constantio Imp. Iuliani observator res adeo ab eo gerendas impedit. 16, 4, 3. et c. 7, 3. ad aulam Constantii arcessitus, calumniando Iulianum dignitatem tueri allaborat, sed frustra. 16, 7, 1. et c. 8, 1.
Marcellus fil. eius ultimo supplicio affectus. 22, 11, 2.
Marcellus Protector, post Procopii mortem a paucis Augustus appellatus, paullo post tamen comprehensus et interfectus. 26, 10, 1.
Marcianae silvae. 21, 8, 2.
Marcianopolis urbs Thraciae (Mysiae) a sorore Traiani nomen accepit. 27, 4, 12. 31, 5, 4.
Marcianus Comes. 21, 12, 22.
Marcianus Clarissimus. 28,

1, 27. *Marcianus* Rhetor. 30, 4, 17.
Marcius vates iungitur Amphiarao. 14, 1, 7.
Marcomanni. 31, 5, 13.
Marcus Aurelius Imp. quam ingenue atque liberaliter feditione Caffii compofita egerit. 21, 16, 11. bellum adv. Quados. 29, 6, 1. adv. Marcomannos. 31, 5, 13.
Mardia. proelium ibi confertum Conftantinum inter et Licinium. Exc. §. 17.
Mareades vivus combuftus. 23, 5, 3.
Margaritae. 23, 6, 85.
Margiana provincia Perfiae. 23, 6, 54.
Marha, vox Pannonica (clamoris bellici). 19, 11, 10.
Mariandena, pars Bithyniae. 22, 8, 14.
Maride caftellum Mefopotamiae. 19, 6, 4.
Marius Maximus. 28, 4, 14.
Marinus tribunus. 15, 3, 10.
Maronca, urbs Thraciae. 22, 8, 3. — 27, 4, 13.
Marfes fl. Affyriae. 23, 6, 25.
Martinianus a Licinio Caefar adfcitus Exc. §. 25. et 29.
Martis caftra in Dacia. 31, 11, 6.
Martis ftatio in Alpibus. 15, 10, 6.
Mafaucion Protector domefticus. 26, 5, 14.
Mafcizel, princeps Mauritaniae. 29, 5, 11. etc.
Mafilla ex magnatibus Mauritaniae. 29, 5, 51.
Maffa Veternenfis urbs Tufciae. 14, 11, 27.
Maffagetae. 22, 8, 38. — 23, 5, 16. — 31, 2, 12. Ammiani aetate Alani nominati. ibid.
Maffilia a Phocenfibus condita. 15, 9, 7. Romanorum focia. 15, 11, 14.
Maffiffenfes populus Mauritaniae. 29, 5, 11.
Matrona, iugum montis in Alpibus. 15, 10, 6.
Matrona fl. Galliae (Marne). 15, 10, 7. et c. 11, 3.
Mattiacae aquae in Germania (Wisbaden). 29, 4, 3.
Mattiarii, genus militum. 21, 13, 16. 31, 13, 8.
Mattiocopa. 15, 3, 4. v. not.
Maudio Comes, Francus. 15, 6, 4.
Mavortius v. Lollianus.
Mauritania Caefarienfis et Sitifenfis. 29, 5, 5.
Maurus Comes prae ceteris favens Iuliano Augufti nomine ornando. 20, 4, 18. — 31, 10, 21.
Maurus Comes Phoenices. 25, 1, 2.
Maxentius Imp. Exc. §. 6 — 12.
Maxentius Pannonius. 27, 7, 6.
Maxera fl. Hyrcaniae. 23, 6, 52.
Maximianopolis urbs Thraciae. 27, 4, 13.
Maximinus Imp. uxorem habuit (Paulinam) mitiffimi animi. 14, 1, 8.
Maximinus a Galerio Caefar adfumtus. Exc. §. 5.
Maximinus Praef. annonae, deinde Praef. Urbi, et Praet. in Italia furiofe perfequitur nobiles, fenatoresque Romanos. 28, 1. tot. 29, 2. ff. fub Gratiano fupplicio affectus. 28, 1, 57.
Maximus Senator a Iuliano Praef. Urbi defignatus. 21, 12, 24.
Maximus philofophus a Iuliano magno cum honore publice exceptus. 22, 7, 3. adeft Iuliano morienti. 25, 3, 23. capite plexus. 29, 1, 43.
Maximus Tribunus. 25, 6, 3.
Mazaca, antiquius nomen Caefareae, urbis Cappadociae. 20, 9, 1.
Mazices, populus Mauritaniae. 29, 5, 17.
Mazuca, princeps Mauritaniae. ib. §. 40.
Mazucanus fundus. ibid.
Medericus rex Alamannorum, Chnodomarii frater. 16, 12, 25.

Medianum castellum Mauritaniae. 29, 5, 45.
Media, *Medi*. 23, 6, 27. ff.
Medica ars, Alexandria inprimis peritos eius magistros habuit. 22, 16, 18.
Mediolanum urbs in Lugdunensi secunda. (Evreux) 15, 11, 12.
Mediomatricum urbs in Belgica prima (Metz). 15, 11, 9. 17, 1, 2.
Meiacarire oppidulum Mesopotamiae, ubi aquae frigidae. 18, 6, 16. et c. 10. 1.
Mel (et vinum) palmis expressum. 24, 3, 12.
Melanchlaeni, natio ad palud. Maeot. 22, 8, 31.
Melanthias, villa Caesariana prope Constantinopolim. 31, 11, 1.
Melas fl. Pamphyliae. 14, 2, 9.
Melas sinus maris Aegaei. 22, 8, 3.
Molitina urbs minoris Armeniae. 19, 8, 12. et 20, 11, 4.
Mellobaudes v. Mallobaudes.
Memoria artificiosa. 16, 5, 8.
Memoridus Tribunus. 25, 8, 8. et c. 10, 6.
Memorius, praefectus Ciliciae. 23, 2, 5.
Memphis urbs Aegypti. 22, 16, 6.
Menander poëta, locus eius excitatus. 21, 14, 4.
Menapila, urbs Bactriae. 23, 6, 58.
Menophilus Eunuchns Mithridatis regis, praeter solitum vir bonus. 16, 7, 9.
Mephra, urbs Arabiae. 23, 6, 47.
Mercurius anima mundi. 16, 5, 5. caduceo regit mundum. 25, 4.
Mercurius, Persa, ex Ministro triclinii rationalis aulicus nequam et exitiosus. 15, 3, 5.
Merena dux equitum Persarum. 25, 1, 11. in proelio cadit. 25, 3, 13.
Meribanes rex Iberiae. 21, 6, 8.
Merobaudes Consul. 31, 8, 2. 30, 10, 2.
Meroë, urbs Aethiopiae. 22, 15, 2. et 31.
Meroë insula Aegypti. 22, 15, 11.
Mesene urbs Assyriae, *Apamea* etiam dicta. 23, 6, 23.
Meseus fl. Persiae (Susianae). 23, 6, 26.
Mesopotamia olim Persarum, avo Saporis ab Imp. Galerio erepta. 17, 5, 6.
Messalla, praefectus Pannoniae. 29, 6, 7.
Methone v. Mothone.
Meton Physicus et Astronomus priscus. 26, 1, 8
Metrodorus philosophus vagabundus. 25, 4, 23.
Midas Phrygiae rex. 22, 9, 7.
Milesii colonia Atheniensium, plurimas ad pontum Euxinum urbes condidere. 22, 8, 12.
Miletus urbs, Atheniensium colonia, qui tamen a Persis oppugnatam deserunt. 28, 1, 3.
Milo Crotoniates. 30, 7, 8.
Mimas mons in Asia prope Erythras. 31, 14, 8.
Mimi. 23, 5, 3.
Minervius Consularis. 28, 1, 24.
Mirmillones. 16, 12, 49.
Misopogon sic dicta Iuliani in Antiochenos satyra. 22, 14, 2.
Mithridates rex Ponti, filia eius Drypetina. 16, 7, 9.
Mnevis, bos Aegyptiis pro numine cultus. 22, 14, 7.
Modestus, Comes Orientis. 19, 12, 6. Praefectus Praetorio. 29, 1, 10. 30, 4, 2.
Moesia. 17, 12, 1.
Moesia, urbs Parthiae. 23, 6, 43.
Moguntiacus (Mainz). 15, 11, 8. 16, 2, 12. 27, 10, 1. Iulianus ibi pontem sternit. 17, 1, 2.
Moniales virgines, parci iis iubet rex Sapor. 18, 10, 4.
Monoecus castellum et portus ad Alpium radices ab Hercule institutus (Monaco). 15, 10, 9.

Montius Quaestor a seditiosa plebe trucidatus. 14, 7, 12.
Mopsucrene urbs Ciliciae ad radices Tauri montis. 21, 15, 2.
Mopsuestia urbs Ciliciae. 14, 8, 3.
Mopsus vates, socius Argonautarum. 14, 8, 3.
Mores Romanorum perditi. 14, 6. — 28, 1. et 4.
Mossynoeci natio ad pontum Eux. 22, 8, 21.
Mosa fl. (Maas). 17, 2, 2. ripis eius munimenta tria imponit Iulianus. 17, 9, 1.
Mothone, urbs Graeciae (Messene) 26, 10, 19.
Moxoëne regio Mesopotamiae. 23, 3, 5.
Mulvius pons Romae. 27, 3, 9.
Mundericus dux limitis per Arabiam. 31, 3, 5.
Munimentum Traiani. 17, 1, 11.
Munitio castrorum. 16, 12, 62.
Murci, digitos sibi ad effugiendam militiam praecidentes. 15, 12, 3.
Murocincta villa. 30, 10, 4.
Mursa, proelium ibi, quo Silvanus ad Constantium transit. 15, 5, 33.
Muson gens Mauritaniae. 29, 5, 27.
Musonianus Praef. Praet. Orientis, antea Strategius dictus, vir eruditus, sed auri cupidior. 15, 13, 1. — 16, 9, 2. — 17, 5, 15.
Musonius, antea Rhetor, deinde Vicarius Asiae. 27, 9, 6.
Mygdonia, priscum nomen Bithyniae. 22, 8, 14.
Mygdus urbs Phrygiae ad fluv. Sangarium. 26, 7, 14.

N.

Nabataei. 14, 8, 13.
Nabdates Persa, praefectus urbi Maogamalchae, vivus postea temporis combustus. 24, 4, 26. et c. 5, 4.
Nacolia urbs Phrygiae. 26, 9, 7.
Naessus urbs Illyrici. 21, 10, 5. it. Naesus. 26, 5, 1. cf. et Exc. §. 2.
Nagara urbs Arabiae. 23, 6, 47.
Naharmalcha, nomen Orientale canalis Euphratem et Tigrin iungentis, a Traiano, uti Ammianus vult, et Severo instituti. 24, 6, 1. nomen Latinum *flumen regium* est. 23, 6, 25.
Nannenus Comes Britanniae. 28, 5, 1. idem fortasse, qui *Nannienus*. 31, 10, 6.
Napaei, natio ad paludem Maeot. 22, 8, 33.
Naphtha. 23, 6, 15. et 37. 38.
Narbona urbs in Gallia Narbonensi. 15, 11, 14.
Narseus, rex Persarum, avus Saporis, bella gesserat cum Romanis. 23, 5, 11.
Narseus legatus Persarum. 17, 5, 2. 24, 6, 12.
Nascos urbs Arabiae. 23, 6, 47.
Natiso, fl. prope Aquileiam. 21, 12, 8.
Natuspardo Scutarius. 27, 10, 16.
Navicularii. 27, 3, 2.
Naulibus, urbs Paropamisatarum. 23, 6, 70.
Nauplius, pater Palamedis. 22, 8, 2.
Nazavicium, regio montana apud Seras. 23, 6, 64.
Neapolis urbs Palaestinae (Sichem). 14, 8, 11.
Neapolis urbs Aegypti. 22, 16, 5.
Nebridius Comes Orientis. 14, 2, 20. Quaestor Iuliani a Constantino Imp. Praef. Praetor. constitutus. 20, 9, 5. a Iuliano remotus ab officio dat se quieti. 21, 5, 11. a Valente tamen Praef. Praetorio Orientis denominatus. 26, 7, 4.
Nectaridus praefectus Britanniae. 27, 8, 1.
Nemesis Dea. 14, 11, 25. 22, 3, 12.

Nemetae,

Nemetae, urbs in Germania prima (Speier). 15, 11, 8. 16, 2, 12.
Neocaesarea urbs Ponti. 27, 12, 9.
Neotherius, Notarius, deinde Conſul. 26, 5, 14.
Nepos, Imperator. Exc. §. 36.
Nepotianus, Anticaeſar Magnentii. 28, 1, 1.
Neptunus Ennoſigaeus et Seiſichthon ob terrae motus, quos excitat, ſic dictus. 17, 7, 12.
Neſaei equi in Media prae ceteris in honore habiti. 23, 6, 30.
Neſtica Tribunus Scutariorum. 17, 10, 5.
Nevita Magiſter equitum. 21, 8, 3. inter iudices a Iuliano poſt Conſtantii mortem conſtitutos. 22, 8, 1. — Conſul cum Mamertino (362.) 22, 7, 1. intereſt expeditioni adv. Perſas. 24, 1, 2. et c. 4, 13. mores eius. 21, 10, 8.
Neuri natio Maſſagetarum. 28, 8, 40. 31, 2, 14.
Nicaea urbs Bithyniae. 22, 9, 5. 26, 8, 1. terrae motus ibi vehemens. 22, 13, 5.
Nicaea urbs Galliae (Nice). 15, 11, 15.
Nice, oppidulum Thraciae. 31, 11. 2.
Nicer, fl. (Neckar). 28, 2, 2.
Nicomedia urbs Bithyniae, antea *Aſtacum*. 22, 8, 5. deinde a Conſtantio in honorem coniugis *Pietas* cognominata. 17, 7, 6. laudes eius. 22, 9, 3. terrae motibus concuſſa. 17, 7, 5. 22, 13, 5. Iuliani erga eam liberalitas. 22, 9, 4.
Nicopolis, urbs Thraciae (Myſiae). 27, 4, 12. 31, 5, 16.
Nigrinus Tribunus equitum. 21, 11, 2. ſeditionem movet in Iulianum, et Aquileiam occupat, qua expugnata vivus combuſtus. 21, 12, 20.
Nileus, Codri, regis Athenienſium, filius, colonias ad pontum Eux. plures deduxit. 22, 8, 12. it. 28, 1, 4.
Nilus fl. Homero Aegyptus. — fontes, oſtia etc. 22, 15, 1 — 13.
Ninive, in Adiabene provincia, Ninus etiam dicta, deinde Hierapolis. 18, 7. 14, 8, 7. 23, 6, 22.
Niphates mons Colchidis. 23, 6, 13.
Niſea urbs provinciae Margianae in Perſia. 23, 6, 54.
Niſibis urbs Meſopotamiae poſt Iuliani mortem Perſis tradita. 25, 7, 9. triſtis inde civium diſceſſus. 25, 9, 5.
Nohodares optimas Perſa et dux militaris. 14, 3, 1. 17, 12. 18, 6, 16 cadit in proelio. 25, 3, 13.
Novem populi in Gallia. 15, 11, 14.
Noveſium urbs Germaniae. 18, 2, 4. (Nuys).
Novidunum urbs Thraciae (Niwors in Bulgaria). 27, 5, 6.
Nubel, rex Mauritaniae. 29, 5, 1. ff.
Numerius praefectus Galliae Narbonenſis. 18, 1, 4.
Nymphaeum Romae in Septemzodio. 15, 7, 3.
Nymphaeus fl. prope Amidam in Meſopotamia. 18, 9, 2.

O.

Obeliſcus Romae a Conſtantio erectus. 17, 4. tot. de aliis alio tempore erectis etc. ibid.
Obroatis, urbs in Perſide. 23, 6, 42.
Ochus fl. Bactriae, Oxo ſe inſinuans. 23, 6, 57.
Ocriculum urbs Italiae. 16, 10, 4. 28, 1, 22.
ctavianus Proconſul Africae 23, 1, 4. 29, 3, 4.
Odeum Romae. 16, 10, 14.
Odiſſus urbs Thraciae. 22, 8, 43. (it. Odyſſus 27, 4.)
Odoacer rex Italiae. Exc. §. 37. ff.

Odrysii, natio Thracum fera et crudelis. 27, 4, 9.
Oea, Oeensis tractus in Africa (Tripoli). 28, 6, 10.
Oechardes fl. in regione Serarum. 23, 6, 65.
Olei genus arte praeparati, quo sagittas Persae oblinere solent. 23, 6, 37.
Olybrius Praef. Urbi. 28, 1, 6.
Olympias, filia Praefecti Praetor. Ablabii, desponsata olim Constanti Imp. regi deinde Armeniae a Constantio in matrimonium data. 20, 11, 3.
Onager asinus ferus. 23, 4, 7. machina bellica huius nominis. ib. et 31, 15, 12.
Onas fl. navigabilis Persiae. 23, 6, 20.
Ophiusa insula, eadem quae Rhodus, terrae motu e profundo maris prodiit. 17, 7, 13.
Opitergium urbs Pannoniae, a Quadis diruta. 29, 6, 1.
Opurocarra mons in regione Serarum. 23, 6, 64.
Oracula. 14, 7, 7. Ammiani adhuc aetate consulta. 19, 12, 3.
Oratores Graeci et Romani celeberrimi laudantur. 30, 4, 5.
Orchomanes fl. Bactriae. 23, 6, 57.
Oreiloche cognomen Dianae. 22, 8, 34.
Orestes Patricius. Exc. §. 36.
Orfitus Praef. Urbi Romae. 14, 6, 1. iterum. 16, 10, 4. exsul. 27, 3, 2. et revocatus. 27, 7, 3.
Organa hydraulica. 14, 6, 18.
Orgia. Bacchus ex India redux restaurat. 22, 8, 23.
Oriens, fines eius, ab Euphrate usque ad Nilum — enumeratio provinciarum, exceptis tamen Mesopotamia et Aegypto. 14, 8.
Oroates fl. Persiae (Susianae). 23, 6, 26.
Orontes fl. Syriae. 14, 8, 10.
Orontes, mons Mediae. 23, 6, 28.
Oropus, urbs Euboeae. 30, 4, 5.
Ortogordomaris fl. in regione Paropamisatarum. 23, 6, 70.
Ortopana urbs in eadem ditione. ibid.
Osdroëne, provincia Mesopotamiae. 14, 3, 2. c. 8, 7. — 24, 1, 2.
Ostia Italiae urbs, ubi templum Castoris et Pollucis. 19, 10, 4.
Ostracine, urbs Aegypti. 22, 16, 3.
Otus et *Ephialtus*, heroes Homerici. 22, 14, 3.
Oxia palus Sogdianae. 23, 6, 59.
Oxus fl. Hyrcaniae. 23, 6, 52. et 57.
Oxyrynchus urbs Aegypti. 22, 16, 6.
Ozogardana urbs Assyriae. 24, 2, 3.

P.

Pacorus rex Persiae. 23, 6, 23.
Paedagogiani pueri. 26, 6, 15. 29, 3, 3.
Palaestinae situs et urbes. 14, 8, 11.
Palas, v. Capellatium.
Palea, urbs Pamphyliae. 14, 2, 13.
Palladius Magister Officiorum Caes. Galli, in Britanniam relegatur. 22, 3, 3.
Palladius Tribunus et Notarius in Africam missus, ut Leptitanorum caussam contra Romanum vexatorem iuvaret, a Romano tamen corrumpi se passus, re comperta laqueo sibi ipsi gulam fregit. 28, 6, 20. ff.
Palma arbor. Plantarum varii sexus Ammiano haud incogniti. 24, 3, 13. Mella inde et vina confecta. ibid. §. 14.
Palma aurea Exc. §. 66. not.
Pancharia statio Africae. 29, 5, 9.
Panis militibus ad expeditionem pergentibus in dimidium mensem distributus. 17, 9, 2. not.
Pannonia. 16, 10, 20. (ubi de Pannonia secunda) 17, 12, 1.
Pantheon Romae. 16, 10, 14.

Panticapaeum urbs ad Cimmerium Bosporum. 22, 8, 26.
Paphus urbs Cypri. 14, 8, 14.
Papirius Cursor Dictator, mitis in puniendo. 30, 8, 5.
Para, filius Arsacis regis Armeniae. 27, 12, 9. fugitivus per miros errores in patriam reversus a Romanis perfide trucidatus. 30, 1. ff.
Paraetonion urbs Aegypti. 22, 16, 5.
Paraxmalcha urbs ad Euphratem. 24, 2, 3.
Parion ad Hellespontum a Parione Iasionis filio condita. 22, 8, 4.
Parisii castellum Galliae, Lutetia etiam dicta. 15, 11, 3. hiberna ibi habuit Iulianus. 17, 2, 4. arce iamiam Ammiani aetate munita. 20, 4, 14.
Parnasius ex Praefecto Aegypti. 19, 12, 10.
Paropamisatae natio Persiae. 22, 6, 10.
Parthenius fl. in Pontum Euxin. se exonerans. 22, 8, 17.
Parthenium mare. 14, 8, 10. 22, 15, 2. et 16, 9.
Parthi, mores eorum. 23, 6, 44.
Parthiscus fl. Sarmatiae (Theiss) 17, 13, 4.
Pasiphilus, philosophus. 29, 1, 36.
Patares angustiae maris inter paludem Maeotin et Pontum Eux. 22, 3, 30.
Paternianus Notarius. 30, 3, 2.
Patigran urbs Persiae (Mediae). 23, 6, 39.
Patrae urbs Achaiae. 19, 12, 10.
Patricius Palatinus. 29, 1, 58.
Patruinus Consularis Piceni. 15, 7, 5.
Paulus Notarius, *Catena* dictus, delator malitiosus. 14, 5, 6. 15, 3, 4. etc. vivus combustus. 22, 3, 11.
Pelagia insula (Rhodus) terrae motu orta., pluvia ibi aurea. 17, 7, 13.
Pelusium urbs Aegypti, a Peleo, Achillis patre, condita. 22, 16, 3.
Pentadius Notarius. 14, 11, 21. Officiorum magister. 20, 8, 19. post Constantii mortem in iudicium vocatus. 22, 3, 5.
Pentapolis (Libya) Africae. 22, 16, 1.
Peregrinus Proteus, in ludis Olympicis rogum sponte conscendens. 29, 1, 39.
Pergamius. 29, 1, 6.
Perinthus v. Heraclea.
Persepolis urbs Persidis. 23, 6, 42.
Persae etiam *Parthi* dicti. 20, 4, 2. — 23, 6, 2. origine Scythae. 31, 2, 20. reges eorum reges regum, fratres Solis et Lunae sese iactarunt. 17, 5, 3. coll. 23, 6, 5. lingua Orientis Saansaan et Pyroses appellati. 19, 2, 11. proeliis non ipsi adesse solent. 19, 7, 8. — tiaram praeter reges nonnisi primates quidam aulae gestandi ius habent, 18, 5, 6. Mores gentis. 23, 6, 5. ff. Silentium pro numine venerantur. 21, 13, 4. more Graecorum inter vina consilia capiunt. 18, 5, 8. ante praelia auspicia consulunt. 21, 13, 8 picturae eorum nil nisi venationes exhibent et praelia. 24, 6, 3. Funera. 19, 1, 10. mortui non tabescunt, sed arescunt. 19, 9, 9.
Persiae descriptio copiosa. 23, 6. tot.
Persis provincia Persiae. 23, 6, 42.
Pescennius Niger. 26, 8, 15.
Pessinus, urbs antea Phrygiae, postea Galatiae. 26, 9, 1. unde nomen traxerit, et a quo condita, — simulacrum Cybeles ibi cultum belli Punici secundi tempore a Scipione Nasica Romam delatum. 22, 9, 5. ff.
Pestilentia, causae et varia genera. 19, 4, 1. ff. sub Anto-

nino et Vero Impp. per totum prope terrarum orbem saeviens. 23, 6, 24.
Petobio urbs in Norico (Pettau). 14, 11, 19.
Petrensis fundus in Mauritania. 29, 5, 13.
Petronius, Valentiniani Imp. socer, vir durus et iniustus. 26, 6, 7.
Petrus Valvomeres seditionem concitat Romae. 15, 7, 4.
Peuce insula in Ponto Euxino ad ostia Danubii. 22, 8, 43. *Peuci* natio. ibidem.
Phaeaces. 18, 5, 7. 27, 8, 4.
Phalangius Consularis Baeticae. 28, 1, 26.
Phanagorus insula ad paludem Maeotin. 22, 8, 30.
Pharus, turris et insula prope Alexandriam, Rhodiorum tributaria. 22, 16, 9.
Phasis urbs et fluv. Colchidis. 22, 8, 24.
Philadelphia, urbs Arabiae. 14, 8, 13.
Philagrius Notarius, dein Comes Orientis. 21, 4, 2.
Philippopolis, urbs Thraciae, (Philibe). 21, 10, 3. 22, 2, 2. 26, 10, 4. 27, 4, 12. 31, 5, 7. antea *Eumolpias*. 22, 2, 2. 26, 10, 11.
Philippus Praef. Praet. (et Consul 348.) 19, 12, 5.
Philippus Praef. Praet. sub Gordiano, postea ipse Imperator (Arabs). 24, 5, 17. Exc. §. 33.
Philippus (L. Marcius) orator. 30, 4, 61.
Philistion, Mimographus imperante Tiberio. 30, 4, 21.
Philoromus auriga. 15, 7, 2.
Philoxenus poëta male habitus a rege Siciliae Dionysio. 15, 5, 37.
Philyres natio ad pontum Euxin. 22, 8, 21.
Phineus vates, tempore Argonautar. 22, 8, 14.
Phocaei. Colonia eorum deducta in Italiam, ubi Veliam urbem Lucaniae condit, altera Massiliam. 15, 9, 7.
Phocus a fratre Peleo interfectus 22, 16, 3.
Phoenice provincia. descriptio eius. 14, 8, 9.
Phoènice urbs ad Tigrim, postea Bezabde dicta. 20, 7, 1. et c. 11, 6.
Phronemius Praef. Urbis Constantinop. 26, 7, 4. et c. 10, 8.
Phrygia locus, ubi Iulianus cecidit in praelio. 25, 3, 9.
Phrynichus poëta Atticus tragicus. 28, 1, 4.
Phycus promontorium. 22, 15, 2.
Phylarchus nomen dignitatis: sic enim principes Saraceni appellati. 24, 2, 4.
Phyllis, fl. in pontum Euxin. defluens 22, 8, 14.
Physiognomici veterum libri. 15, 8, 16. not.
Picenses natio Sarmatica. 17, 13, 19.
Pictavi urbs Aquitaniae (Poitiers). 15, 11, 13.
Picti (v. etiam Scotos) Britanniam invadunt. 20, 1, 1. Ammiani aetate duobus populis constabant. 27, 8, 5.
Pietas regio circa Nicomediam. 17, 7, 6.
Pigranes dux Persa. 24, 6, 12.
Pileum sub galea gestabant milites. 19, 8, 8.
Pirisabora urbs Persiae. 24, 2, 9. et c. 5, 3.
Pirus mons in Germania, prope Heidelbergam. 28, 2, 5. 27, 10. not.
Piscina publica Romae. 17, 4, 14.
Pistoria urbs Tusciae (Pistoia). 27, 3, 1.
Pistrensis publica villa in Pannonia. 29, 6, 7.
Pityus insula in ponto Euxino. 22, 8, 16.
Plato profecit ab Aegyptiis. 22, 16, 22. loca ex eo laudata. 16, 5, 10. 25, 4, 2. 30, 4, 3.
Plautianus Praef. Praet. sub Severo. 26, 6, 8. 29, 1, 17.

Plotinus Philosophus. 21, 14, 5. 22, 16, 16.
Podosaces princeps (Phylarchus) Saracenorum Assanitarum. 24, 2, 4.
Poeninae Alpes cur ita dictae. 15, 10, 10.
Pola, urbs Istriae. 14, 11, 20.
Polemoniacus pontus. 27, 12, 9.
Polemonion, urbs Ponti. 22, 8, 16.
Pollentianus Tribunus. 29, 2, 17.
Polybius historicus, in comitatu Scipionis per bellum Punicum. 24, 2, 16.
Pompeius risum aliquando debuit civibus levibus de causis. 17, 11, 4.
Pompeius nepos Anastasii Imper. Exc. §. 74.
Pontus Euxinus, per antiphrasin ita dictus — dulciores aquas habet, quam alia maria — belluas marinas maiores non alit, nisi Delphinas minores. 22, 8, 33. ff.
Portospana urbs Caramaniae. 23, 6, 49.
Portus Augusti. 19, 10, 1.
Posthumus Imp. 21, 16, 10.
Potentius fil. Ursicini, Promotorum Tribunus. 31, 13, 18.
Potionum varia genera. 26, 8, 2. not.
Praesagia et somnia, quid de iis sentiendum. 21, 1, 6.
Praetextatus Senator, Proconsul Achaiae. 22, 7, 6. Praef. Urbi. 27, 9, 8. 28, 1, 24.
Priarius rex Alamannorum cadit in praelio ad Argentoratum. 31, 10, 10.
Priscus philosophus, Iuliano adest morienti. 25, 3, 23.
Probus (Petronius etiam dictus) Praef. Praet. per Illyricum. 27, 11, 1. 29, 6, 9. 30, 3, 1. et c. 5, 4. laudes eius. 28, 1, 31.
Probus nepos Anastasii Imper. Exc. §. 74.
Proconesus insula in Propontide. 22, 8, 6.
Procopius Notarius et legatus ad Saporem regem 17, 14, 3. 18, 6, 17. parti exercitus Iuliani praeest cum Sebastiano. 23, 3, 2. Iulianus purpuram ipsi tradit, qua, si quid ipsi humani accideret, Procopius, cognatus quippe, Augustam dignitatem sibi vindicaret. ibid. — cadaver Iuliani Tarsum defert. 25, 9, 12. diu cum latuisset, Imperatorem se gerere in Oriente incipit. 26, 5. et 6. a suis traditus Valenti et securi percussus. 26, 9, 9. mores eius. 26, 5. et 6.
Procopius alius itidem Notarius, a Ioviano recens creato Imp. in Illyricum et Galliam missus. 25, 8, 8. et c. 10, 6.
Prodromi venti. 22, 15, 7.
Profuturus dux Romanor. sub Valente. 31, 7, 1. et c. 8, 3.
Prophtasia urbs in provincia Persiae Drangiana. 23, 6, 71.
Prosper Comes (Vicarius) Ursicini. 14, 11, 5. 15, 13, 3. occurrit etiam 17, 5, 15. et c. 14, 1. mores pravi. 15, 13, 3.
Protagoras philosophus, Abderita. 22, 8, 3.
Provertuides, dux Romanus. 27, 8, 2.
Ptolemaeus Geographus. 22, 8, 10.
Ptolemais urbs Aegypti. 22, 16, 4.
Punici libri. 22, 15, 8.
Purpura privatis vetita. 14, 9, 7. 16, 8, 4. in vexillis. 15, 5, 16. ad osculandum oblata ab Imperatoribus, signum singularis clementiae. 15, 5, 18. 21, 9, 8.
Pygmaei (sine dubio simiae). 22, 12, 4.
Pylae urbs ad fines Ciliciae et Cappadociae. 22, 9, 13.
Pyramides, etymologia et descriptio. 22, 15, 28.
Pyroses vox Persica (Victor). 19, 2, 11.
Pyrrhicha 16, 5, 10, 18, 7, 7.
Pythagoras Aegyptum habuit sapientiae magistram. 22, 16, 21.

Q.

Quadi, Sarmatarum confines, armis moribusque eorum fimiles. 17, 12, 1. ff. provinciam Valeriam invadunt. 16, 10, 20. it. Pannoniam et Moefiam, ubi tamen a Iuliano victi. 17, 12, :. Viduarius rex — filius eius Vitrodorus — regulus Agilimundus fefe dedunt fponte. ibid. — fub Valentiniano una cum Sarmatis impetum faciunt in Pannoniam. 26, 4, 5. 29, 6, 2. quo tempore Gabinium regem habuere, qui tamen perfide interfectus eft. ibid.

Quadriburgium urbs Germaniae (Schenkenfchanz). 18, 2, 4.

Quies Dea. 19, 11, 6.

Quintianus Senator, Commodum Imp. pugione petit. 29, 1, 7

Quintilii fratres, fraternae concordiae exemplar. 28, 4, 21.

R.

Rabannae populus Sericus. 23, 6, 66.

Rameftes rex Aegypti, cuius nomen fert Obelifcus. 17, 4, 18 ff.

Rando princeps Alamannicus. 27, 10, 1.

Rauracum, it. *Rauraci* (Augft prope Bafileam) Ammiani aetate ad Galliam pertinuit. 14, 10, 6. 15, 11, 11. 21, 8, 1.

Regradatio militaris. 15, 3, 2. not.

Regulus inclytus ille Romanor. dux. 14, 6, 1.

Rehimena provincia ultra Tigrim. 25, 7, 9.

Reman caftellum Romanum in Mefopotamia. 18, 10, 1.

Remi urbs Belgicae fecundae (Reims). 15, 11, 10. 16, 2, 8.

Remigius Rationarius Adparitionis Armorum Magiftri 15, 5, 36. Magifter Officiorum. 27, 9, 2. 28, 6, 8. 29, 5, 2. in otium fecedit, et laqueo fe ipfe fufpendit. 30, 2, 10.

Refaina urbs Orientis, ubi Gordianus iunior fudit Perfas. 23, 5, 17.

Rha fluv. (Wolga) ad cuius ripas radix

Rhabarbara colligitur. 22, 8, 28.

Rhebas fl. in pontum Euxin. defluens. 22, 8, 14.

Rhenus fl. fontes, tranfitus per lacum Lemanum etc. 15, 4, 2.

Rhetrae leges Lycurgi Spartani. 16, 5, 1.

Rhinocolura, urbs Aegypti. 22, 16, 3.

Rhodanus fl. Galliae. 15, 11, 16.

Rhodope mons Thraciae. 21, 10, 3. 27, 4, 7.

Rhodopa regio Thraciae. 22, 8, 4.

Rhodus infula, Ophiufa etiam et Pelagia dicta, terrae motu orta, — pluvia ibi aurea. 17, 7, 13.

Rhombites fl. Sauromatarum. 22, 8, 29.

Richomeres Comes Domefticor. 31, 7, 4.

Rigomagum urbs Germaniae fecundae (Rheinmagen). 16, 3, 1.

Rituales libri augurum. 17, 7, 10.

Robur caftellum ad Bafileam, a Valentiniano exftructum. 30, 3, 1.

Roemnus fl. Perfiae. 23, 6, 63.

Rogomanis fl. Perfiae. 23, 6, 41.

Roma urbs aeterna. — iuventus — aetas virilis — fenectus — corrupti mores. 14, 6. coll. 28, 1. et 4. aedificia ibi prae ceteris memorabilia. 16, 10.

Romanus Comes per Africam. 27, 9, 1. Leptitanos iniufte tractans. 28, 6, 5. et Firmum. 29, 5, 2. cet.

Romulus Auguftulus Exc. §. 37.

Romulus Curialis (Senator) Aquileiae. 21, 12, 20.

Rothomagi urbs in Lugdunenſi ſecunda (Rouen). 15, 11, 12.
Roxolani natio ad palud. Maeot. 22, 8, 31.
Rufinus Adparitionis Praefecturae Praetorianae Princeps. 15, 3, 8. ſecuri percuſſus. 16, 8, 6.
Rufinus (Vulcatius) Praef. Praet. Galliae, avunculus Galli Caeſaris 14, 11, 27. 16, 8. ſub fin.
Rufinus (Vulcatius) alius. 21, 12, 24. Praef. Praet. 27, 7, 2. et c. 11, 11.
Rufinus Aradius Comes Orientis. 23, 1, 4.
Rugi, bellum Odoacri adv. eos. Exc. §. 48.
Rumitalca Tribunus, et curator palatii in aula Procopii Imp. 26, 8, 1.
Rumo regulus Sarmatarum. 17, 12, 11.
Ruricius praeſes Africae. 27, 9, 3. innoxius capite plexus. 28, 6, 11.
Rusticianus Sacerdotalis. 28, 6, 10.
Rusticus Iulianus, Magiſter memoriae, antea Proconſul Africae, deinde Praef. Urbi Romae — parum aberat, quin Imperator eligeretur. 27, 6.
Rutilius orator. 30, 4, 6.
Rutupiae, urbs Britanniae (Richborough). 20, 1, 3. 27, 8, 6.

S.

Saanſaan vox Perſica i. q. rex regum. 19, 2, 11.
Sabaia genus cereviſiae ap. Illyricos. 26, 8, 2.
Sabaria urbs Pannoniae (Stein am Anger) 30, 5, 16.
Sabinianus Magiſter equitum in Urſicini locum miſſus in Orientem, vir ſenex et ignavus. 18, 5. et 6. Cf. et 18, 7, 7. 19, 3, 2.
Saboſtius Curialis (Senator) Aquileiae. 21, 12, 20.
Sacae populus Perſiae. 23, 6, 60.
Saccunum urbs Italiae, terrae motu abſorpta. 17, 7, 13.
Saga urbs in Scythia Perſica. 23, 6, 63.
Saganis fl. Carmaniae. 23, 6, 49.
Sagareus fl. ibidem.
Sagittarii formidabile genus armorum Marcellini aevo. 16, 12, 7.
Sagum militare elatum et contortum impetus in hoſtem faciendi ſignum. 18, 6, 13. not. 19, 5, 5.
Salamis urbs Cypri, templum ibi Iovis. 14, 8, 14.
Salia Theſaurorum Comes. 29, 1, 26.
Salice, urbs Thraciae. 31, 7, 5.
Salii iidem qui Franci. 17, 8, 3. a Iuliano in ordinem coacti. ibid.
Saliſo urbs Germaniae (Selz). 16, 2, 12.
Salluſtius hiſtoricus laudatus. 15, 12, 6.
Salluſtius. Duo huius nominis memorat Ammianus, utrosque Praefectos Praetorio, et accurate diſtinguit ipſe. 23, 5. Ritterus in Proſopographia Cod. Theodoſ. ita: a) *Salluſtius* Praef. Praet. Galliae. 21, 8, 1. Conſul cum Iuliano (363.) 23, 1, 1. cui bellum adv. Perſes diſſuadet. 23, 5, 4. — b) *Salluſtius* (proenomine *Saturninus*, cognomine *Secundus*) Praef. Praet. Orientis, praelio cum Perſis evadit ambuſtus. 25, 3, 14. — Iuliano extincto dignus imperatoria dignitate habitus, quam tamen recuſat. 25, 5, 3. legatus ad regem Perſarum pacis componendae cauſſa. 25, 7, 7. ſucceſſor in praefectura Nebridius. 26, 7, 4.
Salluvii, populus et urbs Galliae. 15, 11, 15.
Salmaces, princeps Mauritaniae. 29, 5, 13.
Saltationes (pantomimi). 14, 6, 20.
Samoſata urbs Commagenes.

14, 8. 7. 20, 11, 4. regum olim habitaculum. 18, 4, 7.
Sanctio urbs Alamanniae (Seckingen). 21, 3, 3.
Sandan, Aethiops, Tarſum condidiſſe dicitur. 14, 8, 3.
Sangarius fl. in pontum Euxin. ſe exonerans. 22, 8, 14.
Santones urbs Aquitaniae (Saintes). 15, 11, 13.
Sapaudia (Savoien). 15, 11, 17.
Saphrax, dux Gothorum. 31, 3, 3. et c. 12, 12.
Sapires natio ad Pontum Eux. 22, 8, 21.
Sapor rex Perſiae. 16, 9, 3. epiſtola ad Conſtantium ſuperbe ſcripta. 17, 5, 3. caput arietis in diademate habuit. 19, 1, 3. bellum ſub Valentiniano reſtaurat. 27, 12, 1. ſſ.
Saraceni, mores eorum. 14, 4, 1. iidem qui Scenitae Arabes. 22, 15, 2. 23, 6, 13. — Saraceni Aſſanitae. 24, 2, 4. quorum principes Phylarchae dicti. ibid. — belli ſocios ſeſe offerunt Iuliano. 23, 3, 8. et c. 5, 1. utilem Romanis operam praeſtant in oppugnanda Conſtantinopoli. 31, 16, 5. quidam tamen etiam contra Romanos ſtetere. 25, 6, 9. ſanguinis avidi. 31, 16, 6.
Saramanna, urbs maritima Hyrcaniae. 23, 6, 52.
Sargetae natio ad pontum Euxin. 22, 8, 38.
Sarmatae. genus armorum — equis caſtratis utuntur. 17, 12. init. — *Aſiatici*. 23, 6, 13. *Arctoi* in exercitu Ramano. 25, 6, 10. *Liberi* oppoſiti *Limigantibus* ſervis. 17, 13, 19. 29, 6, 15. ſuperiorem Moeſiam et Pannoniam ſecundam invadunt. 16, 10, 20. 17, 12, 1. vincuntur tamen. ibid. denuo incurrunt ſub Valentiniano. 26, 4, 5. 29, 6, 8. — Conſtantinus trecentis millibus ſedes in ditione Romana figere permittit. Exc. §. 32.
Saturninus ex cura Palatii. 22, 3, 7. — alius huius nominis, dux adv. Gothos. 31, 8, 3.
Sauconna (Saone). 15, 11, 17.
Sauromaces praefectus Iberiae Aſiaticae. 27, 12, 4. 30, 2, 7.
Sauromatae. 22, 8, 29. 31, 2, 13.
Saxones, ſociis Pictis et Scotis Britanniam incurrunt. 26, 4, 5. 27, 8, 5. poſtea temporis etiam in Galliam. 28, 5, 1. 30, 7, 8.
Scaevola (Quintus) orator. 30, 4, 6.
Scarponna, haud procul a Metis (Charpeigne) 27, 2, 1.
Scenitae Arabes. v. Saraceni.
Scipio. P. Cornel. 15, 10, 10. — filia Scipionis dotem publice accepit. 14, 6, 11.
Scipio Aemilianus, ſomniculoſus. 17, 10, 3.
Sciron praedo. 14, 2, 3.
Scopae efflorescentes. 28, 1, 42.
Scordiſci gens Thracica, captivos Marti et Bellonae conſecrant, craniisque pro poculis utuntur. 27, 4, 4.
Scorpiones machinae bellicae. 19, 7, 6. 23, 4, 4.
Scoti et *Picti* Britanniam Romanam infeſtant. 20, 1, 1. — 26, 4, 5. 27, 8, 5.
Scudilo Scutariorum rector. 14, 10, 8. eius mors. 14, 11, 24.
Scuti iactatio. 21, 2, 1.
Scyri gens Gothica. Exc. §. 37.
Scytalae, genus ſerpentum in Aegypto. 22, 15, 27.
Scythae Aſiatici. 23, 6, 64. Conſtantius ſocios habet adv. Perſas. 20, 8, 1. it. Iulianus. 23, 2, 7. et Valens. 30, 2. Scythia minor. Exc. §. 18.
Scythopolis, urbs Palaeſtinae. 19, 12, 8.
Sebaſtianus Comes et dux Aegypti. 23, 3, 5. 25, 8, 7. 27, 10, 6. etc. cadit in proelio adv. Gothos. 31, 13, 18.
Secundinus Osdroënae dux. 24, 1, 2.

Secundus Sallustius. v. Sallustius.
Sedelaucum urbs Galliae (Saulieu). 16, 2, 3.
Sedrotyra urbs provinciae Gedrosiae. 23, 6, 73.
Segestani natio bellicosa Orientis. 19, 2, 3.
Segusio, urbs Galliae (Suso). 15, 10, 3.
Sele urbs Persiae in prov. Susiana. 23, 6, 26.
Seleucia caput Isauriae. 14, 2, 14. et c. 8, 8.
Seleucia, urbs Persiae, Coche etiam dicta. 24, 5, 3. 23, 6, 23.
Seleucus Nicator. 14, 8, 5. 23, 6, 3.
Selymbria urbs ad Propontidem. 22, 8, 8.
Semiramis prima fuisse fertur, quae homines castrari iusserit. 14, 6, 17.
Semper Augustus. 17, 5, 10.
Senones urbs in Lugdunensi prima (Sens). 15, 11, 11. 16, 3, 3.
Septemzodium locus Romae, ubi Nymphaeum a M. Aurelio conditum. 15, 7, 3.
Sequana fl. Galliae (Seine). *Sequani* ad eum habitantes. 15, 11, 3.
Sera urbs Serarum. 23, 6, 66.
Serapeum templum ambitiosum Alexandriae, a Capitolio secundum. 22, 16, 12. it. in insula Turgana. 23, 6, 47.
Serapion, rex Alamannorum, Chnodomarii ex fratre nepos, populari nomine Agenaricus. 16, 12, 1. et §. 25.
Serdica urbs (Sophia in Bulgaria). 16, 8, 1. 21, 10, 3. 31, 16, 2.
Serendivi natio. 22, 7, 10. not.
Serenianus, ortu Pannonius. 26, 5, 3. coll. c. 10, 1. ex Duce in Phoenice. 14, 7, 7. et 11, 23. otio se dederat, evocari tamen se denuo passus est. 26, 5, 3. interfectus. 26, 10, 1. pravi mores. ibid.
Sergius priscus Romanus dux. 25, 3, 13. 27, 10, 16.
Serica, provincia Persiae. 23, 6, 64. unde *Sericum*, sericeae vestes. ibid. 67.
Serrorum montes in Moesogothia. 27, 5, 3.
Servilius in bello piratico Ciliciam et Isauriam in provinciarum formam redegerat. 14, 8, 4.
Severinus monachus Pannonicus. Exc. §. 45.
Severus Imp. a centurione Saturnino instigante Plautiano prope interfectus. 29, 1, 17. obsidet urbem Hastram. 25, 8, 5.
Severus Caesar sub Galerio. Exc. §. 4. 5. 9.
Severus Magister equitum per Gallias. laudes eius. 16, 10, 21. laevo cornu praeest in praelio ad Argentoratum. 16, 12, 27. Iuliano adest in vincendis Saliis. 17, 8, 4. — ignavus deinde ac timidus. 17, 10, 1. iterum tamen Magister peditum sub Valentiniano, cuius ob valetudinem prope afuit ab imperatoria dignitate. 27, 6, 3. 28, 5, 2.
Sextius Calvinus expeditio eius in Gallos. 15, 12, 5.
Sicani primi incolae Italiae cum Auruncis. 30, 4, 12.
Sicinini Basilica Romae. 27, 3, 13.
Sicinius Dentatus. 25, 3, 13. 27, 10, 16.
Sida, urbs Pamphyliae. 14, 2, 10.
Sidon urbs Phoenices. 14, 8, 9.
Silentium ap. Persas pro numine cultum. 21, 13, 4.
Sillographi. 22, 16, 16.
Silvanus, Boniti, Franci filius, antea Tribunus Armaturarum sub Magnentio, paullo ante praelium ad Mursam ad Constantii partes transiit, a quo Magister equitum constitutus, aulicorum insidiis coactus Augusti nomen sibi arrogat, interficitur tamen. 15, 5. tot.

Silvani lavacrum in Campania. 28, 4, 19.
Simonides poëta lyricus — quantum memoria valuerit. 16, 5, 8. — fententia eius laudata. 14, 6, 7.
Simonides philofophus Ammiani aetate, vivus combuftus. 29, 1, 37.
Simplicius affectati imperii accufatur. 19, 12, 9.
Simplicius, Emonenfis, Vicarius Romae, antea Grammaticus. 28, 11, 45.
Sinchi populus ad palud. Maeot. 22, 8, 23.
Sindi populus peninfulae ad Pontum Eux. 22, 8, 41.
Singara, urbs Mefopotamiae. praelium ibi confertum 18, 5, 7. a Sapore obieffa et diruta. 20, 6 not. Perfis tradita. 25, 7, 9.
Sinhorium vid. Synhorium.
Siniftos, fic Burgundiones fummum facerdotem appellarunt. 28, 5, 14.
Sinope urbs in Ponto. 22, 8, 16.
Sintula Tribunus ftabuli. 20, 4, 4. et c. 5, 1.
Sirmium a Iuliano captum. 21, 10, 1.
Sifara caftellum in Mefopotamia. 18, 6, 9.
Siffyra (lat. Sifurna) veftis genus. 16, 5, 5.
Sitifis urbs Africae. Africanum nomen Igilgis. 28, 6, 23. 29, 5, 5.
Sizyges populus Sericus. 23, 6, 66.
Sminthius Apollo. 22, 8. 3.
Socrates morti vicinus difcendi cupidus. 28, 4, 15.
Socunda urbs maritima Hyrcaniae. 23, 6, 52.
Sogdiana provincia Perfica — montes Sogdiani 23, 6, 59.
Sol. Duo foles fimul vifi, unde. 20, 3. defectus caufae. ibid.
Solē, urbs Hyrcaniae. 23, 6, 52.
Solicinium locus in Germania (Schwetzingen). 27, 10, 8. not. it. 30, 7, 7.
Solon per Aegyptum peregrinatus. 22, 16, 22. leges (axones) eius. 16, 5, 1. a Croefo expulfus. 15, 5, 37.
Somnia quid de iis iudicandum. 21, 1, 8. Atlantei ea ignorant. 15, 3, 6.
Sophanes dux prifcus Graecus Xerxis aetate. 24, 6, 14.
Sophocles, narratiuncula de eo. 25, 4, 2.
Sophronius Notarius, deinde praefectus Conftantinopolis. 26, 7, 2.
Sophronius Confiliarius. 25, 3.
Sopiana urbs in provincia Valeria (Pannoniae). 28, 1, 5.
Sofingites lacus Affyriae, unde bitumen et naphtha fcaturiunt. 23, 6, 15.
Sotera urbs in provincia Perfiae Aria. 23, 6, 69.
Spectatus Tribunus et Notarius. 17, 5, 15. 14. 1.
Sphaera (Reichsapfel). 21, 14, 1. 25, 10, 2.
Spinturnicia ob foedum adfpectum ridiculae fimiae. 22, 15, 14.
Sporades infulae unde dictae. 22, 8, 2.
Sportulae. 14, 6, 14.
Spudafius Palatinus. 29, 1, 5.
Stadium Romae. 16, 10, 14.
Stagira urbs Thraciae, patria Ariftotelis. 27, 4, 8.
Statua deaurata Acilio Glabrioni pofita Romae. 14, 6. 8.
Steganographia. 18, 3, 3.
Stellae e coelo cadere vifae. 25, 2, 5.
Stefichorus poëta lyricus. 28, 4, 15.
Sthenelus comes Herculis in expeditione Amazonica. 22, 8, 22.
Stoechades infulae. 15, 11, 15.
Strategius v. Mufonianus.
Stupri poena. 15, 7, 5. not.
Subicarenfe caftellum in Mauritania. 29, 5, 55.
Succi anguftiae montium. 21,

10, 2. et c. 13, 6. 22, 2, 1. — 26, 7, 12. 27, 4, 5.
Suerid optimas Gothorum. 31, 6, 1.
Suevi impetum faciunt in Raetiam. 16, 10, 20.
Sugabarritanum municipium in Mauritania. 29, 5, 20.
Suggès dux milit. Maurorum. 29, 5, 27.
Sumere castellum ad Tigrim. 25, 6, 4.
Sumtuariae leges Romae. 16, 5, 1.
Sunonensis lacus in Bithynia. 26, 8, 3.
Suomarius rex Alamannorum. 16, 12, 1. pacem petit. 17, 10, 3.
Supplicium plumbatarum. 28, 1, 29.
Suprae gens fera Persiae. 30, 1, 20.
Surae et suffragines exsectae captivis hostibus. 19, 6, 2.
Surena nomen dignitatis apud Persas (Wessier). 24, 2, 4. 30, 2, 5.
Susa urbs et *Susiana* regio Persiae. 23, 6, 26.
Syagrius, Notarius, postea Praefectus et Consul. 28, 2, 5.
Syene urbs Aegypti. 22, 15, 31.
Sylla sumtuarias leges revocat. 16, 5, 1. vexillum in hostes proiicit. 16, 12, 41.
Symmachus Senator, legatus Iuliani ad Constantium. 21, 12, 24. Praefectus Urbi — laudes eius. 27, 3, 3.
Symmachus princeps Senatus, socer Boëthii, interfectus. Exc. §. 92.
Symmachus episcopus Romae sub Theoderico rege. Exc. §. 65.
Symmachus, scholasticus Iudaeus. Exc. §. 94.
Symplegades insulae. 22, 8, 14.
Synhorium, castellum minoris Armeniae. 16, 7, 10.
Synodi Christianorum. 21, 16, 18.
Syriae descriptio. 14, 8, 8. ff.
Syringes specus subterranei in Aegypto, in quorum parietibus Hieroglypha conspiciuntur. 22, 15, 30.

T.

Tabernae, urbs Germaniae (Rheinzabern). 16, 2, 12.
Tabiana insula Persidis. 23, 6, 43.
Tages inventor auspiciorum. 21, 1, 10. a quo Tagetici libri. 17, 10, 2.
Taifalae, populus Gothicus ad Danubium. 17, 13, 11. 31, 3, 7.
Talicus, fl. Persiae. 23, 6, 63.
Tamsapor dux milit. Persicus. 16, 9, 3. 18, 5, 3. etc.
Tanais fl. in Caucaso ortus, Europam et Asiam disterminans, in Maeotida paludem tandem abit. 22, 8, 27.
Tanaitae Alani. 31, 3, 1.
Taphra, urbs Arabiae. 23, 6, 47.
Tapuri montes in Persia. 23, 6, 61.
Tarquitiani libri (de divinatione). 25, 2, 7.
Tarratius Bassus, Praef. Urbi Romae. 28, 1, 27.
Tarsus Ciliciae metropolis — conditor Perseus vel Sandan. 14, 8, 3.
Tauri natio ad pontum Eux. 22, 8, 33.
Taurini (Turin). 15, 8, 18.
Tauriscus ab Hercule devictus. 15, 9, 9.
Taurus Quaestor. 14, 11, 14. Praef. Praet. in Italia. 21, 6, 5. et c. 9, 4. — Consul, collega Florentio, Vercellum relegatus. ibid.
Templum Urbis, Romae. 16, 10, 14.
Tenedos insula. 22, 8, 2.
Teredon urbs Assyriae, ubi Euphrates in mare defluit. 23, 6, 11. et 23.
Terentius antea pistor, deinde Corrector Tusciae. 27, 3, 2.

Terentius dux, deinde Comes rei militaris. 27, 12, 10. 30, 1, 2.
Terrae motus unde — in quo variant philofophi - quatuor eorum genera. 17, 7, 9. ff. vehementiores in Macedonia, Afia et Ponto. 17, 7, 1. it. fub Valentiniano. 26, 10, 15.
Tertullus Praef. Urbi Romae. 19, 10, 1. 21, 10, 7.
Teftudo militaris. 16, 12, 44. not.
Teuchira, Arfinoë etiam dicta, urbs Aegypti. 22, 16, 4.
Teutomeres, Francus, Protector Domefticus. 15, 3, 10.
Thalaffius, Praef. Praet. Praefens (Orientis). 14, 1, 10. c. 7, 9.
Thalaffius ex proximo libellorum, infidiator Galli. 22, 9, 16.
Thafus infula. 22, 8, 2.
Theatrum Pompeii. 16, 10, 14.
Thebae Hecatompyli in Aegypto. 17, 4, 2. 22, 16, 2. a Carthaginienfibus et Cambyfe expugnatae — Obelifci ibi. 17, 4.
Thebais provincia Aegypti. 17, 4, 2. 22, 16, 2.
Thebeae legiones. 14, 11, 15.
Themis Dea, homines docet futura. 21, 1, 8.
Themifcyraeus lucus, fedes olim Amazonum. 22, 8, 17.
Themiftocles. 30, 8, 8.
Theodegotha, filia regis Theoderici, Sigismundo principi Burgundiorum nupta. Exc. §. 63.
Theodericus rex. Pater Walamir. Exc. §. 42. mater Bafilina. §. 58. — dux Gothorum, primum a Zenone Ifaurico in auxilium contra Bafilifcum vocatus. §. 42. ab eodem Patricii et Confulis dignitate ornatus. §. 49. tum vero in Italiam contra Odoacrum miffus, quem pluribus proeliis devictum interfici iubet. §. 55. — Populares regem Italiae proclamant. §. 57. — duae uxores, filiae, forores — per triginta annos placide regnat, Italiaeque urbes variis modis exornat. § 60. 61. 71. ultimis vitae annis deterior. §. 85. — ceterum ita indoctus, ut ne nomen quidem fcribere poffet. 79. tandem profluvio ventris obiit. §. 95.
Theodora Conftantii Chlori coniux. Exc. §. 1.
Theodorus Notarius, imperii affectati arceffitus et interfectus. 29, 1, 8. etc.
Theodofia urbs Cherfonefi Tauricae. 22, 8, 36.
Theodofius Tribunus, poftea dux in Britanniam miffus. 27, 8, 3. res ibi geftae. 28, 3. tot. Magifter equitum. 28, 5, 15. praeclare in Africa gefta. 29, 5. tot.
Theodofius iunior, dux Moefiae. 29, 6, 15.
Theodotus Hierapolitanus, Praefidalis. 22, 14, 4.
Theognis poëta, fententia ex eo allata. 29, 1, 21.
Theolaiphus Comes. 21, 15, 4. 22, 2, 1.
Theophanes fl. in regione Sauromatarum. 22, 8, 29.
Theophilus Confularis Syriae, a plebe Antiochena discerptus. 14, 7, 5. 15, 13, 2.
Theopompus hiftoricus laudatus. 22, 9, 7.
Thermodon fl. ad pontum Eux. 22, 8, 17.
Thervingi in ditionem Romanam accepti. 31, 3, 4. et 5.
Thilfaphata urbs Mefopotamiae. 25, 8, 16.
Thilutha, caftellum in infula Euphratis. 24, 2, 1.
Thiodamas Lindius convicia in Herculem, raptorem boum, coniecit. 22, 12, 4.
Thmuis, urbs Aegypti. 22, 16, 6.
Thracia. Sex eius provinciae. — bella olim cum Romanis gefta. 27, 4, 10.
Thucydides laudatus. 19, 4, 4. 23, 6, 75.
Thule infula. 18, 6, 1.

Thynia tractus Bithyniae. 22, 8, 14.
Tiara, nonnisi primis aulae principibus in Persia eam gestare licuit. 18, 5, 6. sublata salutationis signum. 18, 8, 5.
Tibareni populus ad pontum Euxin. 22, 8, 21.
Tiberis, exundatio eius (A. 371.). 29, 6, 17.
Tibris fl. in pontum Eux. defluens. 22, 8, 17.
Ticinum urbs Italiae (Pavia). 15, 8, 18. Exc. §. 71.
Tigaviae, urbs Mauritaniae. 29, 5, 20.
Tigris fl. aliquamdiu subterraneus. 23, 6, 15.
Timagenes Graecus, historiam Galliae scripsit, eumque secutus Ammianus. 15, 9, 2.
Tingitanum castellum in Mauritania. 29, 5, 25.
Tios urbs ad Pontum Eux. 22, 8, 16.
Tipata urbs Mauritaniae. 29, 5, 31.
Tiphys gubernator Argonautarum. 22, 8, 22.
Tiposa, urbs Mauritaniae. 29, 5, 17.
Tisias Graecus orator priscus. 30, 4, 3.
Tochari populus Bactriae. 23, 6, 57.
Tolosa urbs provinciae Narbonensis. 15, 11, 14.
Tomi urbs Thraciae. 22, 8, 43. 27, 4, 12.
Tomyris regina Scythiae. 23, 6, 7.
Torques signum ingenuitatis apud barbaros et Syros. 18, 6, 10. not.
Totordanes fl. in regione Sauromatarum. 22, 8, 29.
Toxiandria, urbs a Francis in solo Romano condita. 17, 8, 3.
Tragonice urbs Persidis. 23, 6, 42.
Traianus Imp. Arabiam in provinciae formam redigit. 14, 8, 13. obsidet urbem Hatram. 25, 8. nomen suum monumentis antiquis inscribi iussit. 27, 3, 7. Forum Traiani. 16, 10, 15.
Traianus Comes Armeniae. 29, 1, 2. 30, 1, 18. res prospere gerit adv. Gothos. 31, 7, 5. Magister armorum. 31, 12, 1. in proelio cadit. 31, 13, 18.
Transcellensis mons in Mauritania 29, 5, 20.
Transiugitani Sarmatae. 17, 12, 12.
Transtigritani. 25, 7, 9. not.
Trapezus insula. 22, 8, 16.
Trasimundus rex Vandalorum. Exc. §. 68.
Tres tabernae urbs Germaniae (Rheinzabern). 16, 11, 11. 17, 1, 1.
Trebatius ICtus. 30, 4, 12.
Treviri urbs Belgicae primae (Trier) 15, 11, 9. 16, 3, 3. Imperatores saepe ibi morati. 15, 11, 9. 27, 10, 16.
Tribunal signis et aquilis circumdatum. 15, 8, 4. not.
Tribunci munimentum Roman. in Germania. 16, 12, 58.
Tributum capitulare. 16, 5, 14.
Tricassae urbs — *Tricassini* populus Lugdunensis secundae (Troyes) 15, 11, 12. 16, 2.
Tricastini 15, 10, 11.
Tricesimae, urbs Germaniae (Kellen). 18, 2, 4. 20, 10, 1.
Tricorii saltus in Gallia. 15, 10, 11.
Tridentum. 16, 10, 20.
Trieterica in honorem Bacchi singulis tribus annis celebrata. 22, 8, 23.
Tripolis in Africa, ab Austurianis oppugnata, et ab ipsis Romanis praefectis male habita. 28, 6, 1. — 30, 2, 9.
Triptolemi currus. 22, 2, 3.
Triwane Praefectus cubiculi regis Theoderici. Exc. §. 82.
Trochilus avicula in Aegypto. 22, 15, 19.
Troglodytae. 22, 8, 43.
Tubusuptum, urbs Mauritaniae. 29, 5, 11.
Tusa, dux regis Odoacri. Exc. §. 51.

Tullianus carcer Romae. 28, 1. extr.
Tungri in Gallia prifca (Tongern). 15, 11, 7. 17, 8, 3.
Turgand infula Arabiae, ubi Serapidis templum. 23, 6, 47.
Turones urbs in Lugdunenfi fecunda. (Touraine) 15, 11, 12.
Tufcia annonaria. 27, 3, 1.
Tyana urbs Cappadociae. 23, 6, 19. 25, 10.
Tyndenfes, populus Mauritaniae. 29, 5, 11.
Tyras fl. (Dniefter). 22, 8, 41.
Tyrus urbs ad pontum Euxinum, colonia Phoenicum. 22, 8, 41.
Tyrus urbs Phoenices. 14, 8, 9.

V.

Vaccatum caftellum in Perfia. 25, 6, 4.
Vadomarius rex Alamannorum. 18, 2, 16. in Galliam incurfiones facit. 14, 10, 1. Conftantius pacem ei concedit. 16, 12, 17. 18, 2, 18. et contra Iulianum follicitat. 21, 3, 8. Iulianus tamen iubet comprehendi, relegatque in Hifpaniam. 21, 4, 5. unde tamen revocatus dux Phoenices. 21, 3. adv. Procopium. 26, 8, 2. adv. Saporem. 29, 1, 23.
Vagabanta urbs Mefopotamiae. 29, 1, 3.
Valens Theffalonicus, imperium affectans fub Gallieno. 21, 16, 10.
Valens a Licinio Caefar adfumtus, iubente Conftantio ad privatam redit vitam. Exc. §. 17.
Valens Imperator, Pannonius ortu. 26, 7. a fratre Valentiniano Augufti quidem nomine appellatus, Oriensque ei affignatus. 26, 4. 3. a fratre tamen plurimum pendet. 27, 4, 1. aulam habet Conftantinopoli — Conful collega fratre (365.). 26, 5, 8. Petronii foceri avaritia genero ipfi invidiam creat. 24, 6. Procopius contra eum Auguftus infurgit. 26, 5. et 6. in cuius non fine labore devicti affeclas crudeliter animadvertit. 26, 7—10. bellum gerit cum Gothis, qui et ipfi Procopium iuverant, pacemque tandem concedit. 27, 5, 2. expeditio in Ifauriam fufcepta. 27, 9, 6. — quaeftio feveriffima habita in magos et curiofos fucceffuri quandoque Imperatoris fcrutatores. 29, 1, tot. — Sapor rex de Armenia et Iberia res novas poftulat, bellum parat Valens. 30, 2. alios tamen hoftes nancifcitur Gothos, qui fines imperii Rom. invadunt. 31, 2. — Sedes iis Imp. in Thracia affignat. c. 4. aliquoties a ducibus victi, fuperiores tamen ob multitudinem manent. c. 7. 8. Valens tandem ipfe movet, intempeftive Gratiani aemulus temere proelium committit, quo conferto nufpiam inveniri poteft. c. 11—13. variae de morte eius opiniones. c. 13. mores omnino. c. 14. coll. 29, 1, 11.
Valens Iovinus. v. Iovinus.
Valentia urbs prov. Viennenfis (Valence). 14, 10, 1. 15, 11, 14.
Valentia provincia Britanniae Romani iuris. 28, 3, 7.
Valentinianus Imp. Pannonius. 30, 7, 2. tirocinia pofuit in Gallia. 16, 11, 6. — deinde Scholae Scutariorum rector. 25, 10, 6. Imperator creatus. 26, 1, 2. fratrem Valentem collegam fibi fumit, ita tamen, ut non tam Augufti, quam Caefaris partes tueatur. 26, 4, 3. et c. 5, 8. aulae fedem eligit Mediolanum et Confulatum adminiftrat (365). 26, 5, 4. — valetudinis caufa filium Gratianum collegam (in Occidente) adfcifcit. 27, 6. bella gerit per alios: per Io-

vinum cum Alamannis. 27, 1. et 2. cum Scotis et Pictis per Theodoſium. 27, 8. ipſe tamen cum Gratiano adverſus Alamannos proficiſcitur, nec male rem gerit. 27, 10. a Raetia usque ad Oceani freta munimenta, caſtella, turres exſtrui iubet. 28, 2, 1. it. ad Danubium. 29, 6, 2. — Saxones repellit, pace autem cum iis pacta, fraudulenter agit. 29, 5. Burgundios ſollicitat contra Alamannos; Alamanni devicti, et pars eorum in Italiam ad Padum translati — Macriano regi Alamannorum inſidiatur. 29. 4. Quadi incurrunt Alamanniam. 29, 6. audita Gothorum in Illyricum excurſione pacem facit cum Macriano. 30, 3, 4. bellum adv. Quados et Sarmatas. 30, 5. dum legatos Quadorum audit, haemorrhagia ſubito correptus corruit. 30, 6, 3.

Res ab eo geſtae ſummatim enumerantur. 30, 7. rem publicam bene adminiſtravit. 29, 4, 1. primus fuit, qui ducibus militaribus plus aequo indulgeret. 27, 9, 4. — ad crudelitatem propenſus. 27, 7, 3. 28, 1, et 2. 29, 3, 2. duas urſas aluit carnibus humanis. 29, 3, 9. — avarus praeterea et invidus. 30, 8. — aliqua tamen eius laudantur. 30, 9. mortuus Conſtantinopolim delatus. 30, 10, 1.

Valentinianus II. puer quadrimus Auguſtus a patre adſcitus. 30, 10, 4.

Valentinus Tribunus, deinde dux Illyrici. 18, 3, 8. — *alius* huius nominis turbas ciet in Britannia. 28, 3, 6. 30, 7, 10.

Valeria, Diocletiani filia, cuius nomine provincia Pannoniae appellata. 19, 11, 4.

Valeria tractus Pannoniae, a Valeria Diocletiani filia nomen accepit. 19, 11, 4. 16, 10, 20. 17, 12, 6. 28, 1, 5. et c. 3, 4. 29, 6, 12.

Valerianus Domeſticor. omnium primus. 27, 10, 16.

Valerianus Comes ſtabuli. 31, 13, 18.

Valerius Poplicola, publicis ſumtibus ſepultus. 14, 6.

Vangiones urbs Germaniae primae (Worms). 15, 11, 8.

Vardanes conditor urbis Cteſiphontis. 23, 6, 23.

Varronianus Comes, Ioviani Imp. pater. 25, 5, 4.

Varronianus filius Ioviani Imp. puerulus Conſul creatus. 25, 10, 11.

Vaſatae urbs et populus Galliae (Bazas). 15, 11, 14.

Vatrachites fl. in Perſide. 23, 6, 41.

Vecturiones populus Pictorum. 27, 8, 5.

Velabrum theatris a Catulo obductum. 14, 6, 25.

Velamina in ſepulcris poſita. 16, 8, 4.

Velia urbs Lucaniae, a Phocenſibus condita. 15, 9, 7.

Ventidius, legatus Antonii Triumviri, res proſpere gerit contra Perſas. 23, 5, 16.

Venus Urania nomine Deae Caeleſtis eſt 22, 13, 3.

Venuſtus, Vicarius Hiſpaniae. 23, 1, 4. ex Vicario. 28, 1, 24.

Venuſtus Largitionum Apparitor. 26, 8, 6.

Verennianus Protector Domeſticus. 15, 5, 22. 18, 8, 11.

Veriſſimus Comes. 16, 6, 1.

Vertae populus Orientis, ſocii Perſarum in oppugnanda urbe Amida. 19, 2, 3. et c. 5, 8.

Veſtralpus rex Alamannorum. 16, 12. 18, 2, 18.

Veternenſis maſſa. 14, 11, 27.

Vetranio Imp. 15, 1, 2. Gumoarius proditor eius. 21, 8, 1.

Vetranio dux Iuliani, cadit in proelio. 25, 1, 19.

Victohalae populus Gothicus. 17, 12, 19.

Victor Aurel. (histor.) Pannoniae secundae Consularis, cui aeneam statuam poni iubet Iulianus. — postea Praef. Urbi. 21, 10, 6.
Victor Sarmata. 31, 12, 6. dux Iuliani in acie postrema. 24, 1, 2. Comes appellatur et dux. 24, 4, 13. 24, 6, 4. Magister equitum. 27, 5, 1.
Victor Tribunus obses Persis datus. 25, 7, 13.
Victorinus amicus Maximino iunctissimus. 28, 1, 27. ss.
Victorinus sic dictus a nonnullis Iulianus irrisive. 16, 12, 67.
Vicus Alexandri. 3000 passibus Roma distans. 17, 4, 14.
Videricus, filius regis Ostrogothorum eiusdem nominis. 31, 3, 3. et c. 4, 12.
Viduarius, rex Quadorum. 17, 12, 21.
Vienna; Viennensis provincia Galliae. 15, 11, 14.
Vienna (Guienne). 15, 8, 19. 11, 14.
Vincentius Tribunus Scutariorum. 22, 11, 2. Vicarius Africae. 29, 5, 6.
Virgantia (rectius *Brigantium*) castellum in Alpibus (Briançon). 15, 10, 7.
Virgilius. loca ex eo laudata. 15, 9, 1. 19, 9, 7. 31, 4, 6. vid. etiam 17, 4, 5.
Virta urbs Mesopotamiae, cuius conditor Alexander M. fuisse dicitur. 20, 7, 17.
Vitalianus Domesticus, postea Comes. 25, 10, 9.
Vitaxae iidem apud Persas, qui Magistri equitum ap. Romanos. 23, 6, 14.
Vithicabius, Vadomarii regis Alamannor. filius. 27, 10, 3. 30, 7, 7.
Vithimir rex Gothorum oriental. 31, 3, 3.
Vitrodurus fil. Viduarii, regis Quadorum. 17, 12, 21.
Viventius Praef. Urbi Romae. 27, 3, 11. not.
Ultra filius Aspacurae, magnatis Persae. 27, 12, 16.
Vocontii. 15, 10, 11.
Vologessia, urbs Assyriae. 23, 6, 23.
Ur, urbs Persiae. 25, 8, 7.
Urbicius, dux Mesopotamiae. 30, 2, 4.
Urbis templum Romae. 16, 10, 14.
Urius, rex Alamannorum. 16, 12, 1. 18, 2, 19.
Ursacius Magister Officiorum regnante Valentiniano. 26, 4, 4. et c. 5, 7.
Ursi in Persia. 24, 5, 2.
Ursicinus, rex Alamannorum. 16, 12, 1. 18, 2, 19.
Ursicinus Magister equitum in Oriente, bonus et miles et dux. 14, 9, 1. aulicorum machinationibus revocatus. 14, 11, 2. et laesae maiestatis accusatus. 15, 2, 1. in Galliam missus ad compescendum Silvanum. 15, 5, 18. ubi et post Iuliani adventum aliquamdiu moratur. 16, 2, 8. — denuo Magister equitum in Orientem ablegatus. 16, 10, 21. denuo vero altiora iusto petere falso creditus. 18, 4, 2. Sabiniano cedere cogitur, in Occidente eandem dignitatem adepturus, revera autem, ut capitis damnetur. 18, 5, 5. in ipso tamen itinere iussus in Mesopotamia remanere, sed otiosus. 18, 6, 5. Amidam obsidione liberare cupit, Sabiniano prohibente. 19, 3, 1. nihilominus de istius urbis iactura in iudicium vocatus ab officio removetur. 20, 2, 1. filium habet Potentium. 31, 13, 18.
Ursinus de episcopatu Romae cum Damaso contendit. 27, 3, 12. cui tamen cedere cogitur. 27, 9, 9.
Ursulus Comes Largitionum. 20, 11, 5. libere invehitur in mores aulicorum. 16, 8, 5. insons capite plexus. 22, 3, 7.

Uſafer princeps Sarmaticus. 17, 12, 12.
Uscudama urbs eadem quae Hadrianopolis. 14, 11, 15. 27, 4, 12.
Utica urbs. 28, 6, 23.
Utriculis confecti pontes. 24, 3, 11. 25, 6, 15.
Vulcatius v. Rufinus.
Vulcanus it. *Vulcana* et *Vulcania,* inſula Tyrrheniae, ubi mons ignivomus. 17, 7, 13.
Vultures in hieroglyphicis ſignificant naturam rerum. 17, 4, 11.

X.

Xyſtarchae alias Gymnaſiarchae, coronis et purpura ornati incedunt. 21, 1, 4.

Z.

Zabdiceni populus Meſopotamiae. 20, 7, 1. 25, 7, 9.
Zacra regio montana in Media. 23, 6, 28.
Zaitha urbs Orientis, ubi Gordiani iunioris ſepulcrum. 23, 5, 7.
Zamma fil. regis Mauritaniae. 29, 5, 1.
Zariaspes fl. Bactriae. 23, 6, 5.
Zeno Stoicus linguam demorſam tyranno Cyprio in faciem impingit. 14, 9, 6.
Zeno Iſauricus Imp. Orientis. Exc. § 36. 39.
Zeugma urbs Commagenes, ubi pons per Euphratem. 18, 8, 1.
Zianni, legio Ziannorum. 25, 1, 19.
Ziata caſtellum Meſopotamiae. 19, 6, 1.
Zinafer regulus Sarmatarum. 17, 12, 11.
Zizais fil. regis Sarmatar. 17, 12, 9. deinde rex ipſe. 17, 13, 30.
Zombis urbs Mediae. 23, 6, 39.
Zopyrus Babylonius. 18, 5, 3.
Zoroaſter. 23. 6, 32.

INDEX II.

STATUS AULICUS, CIVILIS ET MILITARIS IMPERII ORIENTALIS ET OCCIDENTALIS AMMIANI AETATE.

A.

Actuarii olim fuerunt, qui inter dicendum oratorum et patronorum actiones excipiebant, Sueton. in Caesar. c. 55 Marcellini autem aevo sic dicebantur, qui numerorum militarium ratiocinia tractabant, annonam a conductoribus accipiebant, dato pittacio, unde, quantum accepissent, appareret, eamque deinde militibus erogabant. Mentio eorum fit 20, 5, 9. Occurrit etiam *Actuarius rationibus scrutandis* (Rechnungsexaminator) 25, 10, 7. item *Actuarius sarcinalium Principis iumentorum* 15, 5, 3. qui Bastagariis indicebat equos aut mulos, sarcinas Principis et commeatus militum vecturos, unde etiam Praefectus Bastagae dicitur. — Ceterum male audiverunt isti homines: nam et Ammianus ipse non maximas laudes tribuit ei, de quo sermo est 25, 10, 17. et multo acrius eos insectatur Aurel. Victor de Caesaribus p. 293. ed. Schott. (v. etiam Cod. Theodos. T. 2. p. 203. ed. Ritter. et quibus modis occurrendum sit eorum fraudibus, ibid. p. 316. et 320.)

Admissionum Magister (Oberceremonienmeister) 15, 5, 18. ibique Vales. — *Admissionum proximus* (Unterceremonienmeister) 22, 7, 2. (Admissionalium quatuor erant decuriae, singulis decuriis singuli praeerant proximi. Hi parebant Magistro Admissionum. Omnes autem erant sub Magistro Officiorum. Vid. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. T. II. p. 788. ed. Hack.)

Adparitores (interdum etiam *Adparitio*) iidem qui officiales, vid. 27, 7, 5. Erant autem scribae, rationales, ianitores, nuncii cet. magistratuum. Comes Orientis DC. in officio habebat. Apud Ammianum occurrunt:

1) Adparitor Castrensis (Genitiv.) 26, 8, 5. v. Castrensis.

2) Adparitor (Comitis) Largitionum 26, 8, 6.

3) Adparitionis armorum Magistri Rationarius 15, 5, 36. et Adparitionis Magistri Equitum Numerarius 19, 9, 2. qui nihil inter se differunt, cum Numerarius idem significet quod Rationarius, Vales. ad 15, 5, 36. Magistri autem equitum et peditum etiam Armorum Magistri dicantur. — Istiusmodi Rationarii tractabant ratiocinia numerorum militarium.

4) Adparitor Praefectianus — Praefidialis. 17, 3. 6.

5) Adparitionis Praefecturae Praetorianae princeps. 15, 3, 8. 16, 8, 3. v. Princeps.

6) Adparitio (Praefecti Urbi) 15, 7, 3.

7) Adparitor Rationarius. 18, 5, 1.

8) Adparitores poteftatis Vicariae per Italiam. 27, 7, 5.

Advocati quales Ammiani aetate fuerint, vide 30, 4, 8. ff.

Aediles Decuriones municipiorum 28, 6, 10. ubi vid. Valef.

Agens palatii curam 14, 7, 19. v. Cura.

Agentes in rebus. Horum alii in fpecialibus negotiis et propter cauffas fingulares in provincias mittebantur (Staatsboten), alii ad certum tempus in provinciis pofiti id munus habebant, ut, fi quid adverfus Imperatores nefario fufciperetur confilio, explorarent et fcrutarentur, iidemque Confulum nomina, victorias Auguftorum et edicta provincialibus nuntiabant (Staatsagenten). Ad hanc quidem claffem referendi funt Curiofi, qui tamen apud Ammianum non nominatim occurrunt. Curiofus fieri nemo poterat, nifi qui Agens in rebus effet: Agentum autem multi ad munus illud, quandoquidem et per fe quaeftuofum erat et coniuncta cum eo evectionum cura faepe lucelli aliquid dabat, fummo ftudio adfpiraverunt.

Ab Ammiano Agentes in rebus pluribus locis commemorantur, quorum pauci hiftoricum habent ufum. Sic videtur Gaudentius, Iuliano fpeculator a Conftantio appofitus (15, 3, 8. 16, 8, 3. 21, 7, 2.) e Curioforum numero fuiffe. — Agentum fcholam fuiffe Palatinam, e lib. 16. c. 5. §. 11. intelligitur, ubi mentio fit confortii eorum. Rapaces effe putavit Iulianus, ut ex eodem loco pater, et plerosque in exordio principatus palatio expulit, 22, 7, 5. ubi vid. Valef. Militaverunt etiam in exercitu, vid. 16, 5, 11. (expanfa *chlamyde*) et Cod. Theodof. Lib. 6. Tit. 35. Tom. II. p. 234. Ritter.

Omnino conferri velim Gothofredi Paratitlon ad Cod. Theodof. Lib. 6. Tit. 27. T. II. p. 163. Salmaf. ad Scriptt. Hift. Aug. T. I. p. 103. ff. Valef. ad 15, 3, 8. 16, 5, 11. 8, 3. 22, 7, 5. et de calumniis eorum rapinisque Libanii Orat. funebr. in laudem Iuliani T. I. p. 567. ed. Reisk.

Agens fcholam Scutariorum fecundam 26, 1, 5. haud dubie i. q. Tribunus, nam paullo ante dicitur Scholae primae Scutariorum Tribunus. — Vid. etiam 21, 8, 1. ubi eft: cum Scutarios ageret.

Agens pro Praefectis i. e. Vicarius 14, 5, 7. ubi Agentem pro Praefectis ab Agente pro Praefecto fic differre ftatuit Valefius, ut illum dicat codicillos dignitatis ab Imperatore accepiffe, hunc eum effe, cui Praefectus Urbi vel Praefectus Praetorio in fpeciali negotio vices fuas mandaverit.

Alamanni copiae auxiliares (in Britannia) 29, 4, 7.

Antepilani, dicti etiam Antefignani, in prima acie ante figna pugnabant 16, 12, 20. metaphorice, 28, 1, 46. Salmafius de re milit. Romanor. p. 206. et 212. eosdem putat fuiffe, qui fuerint Campiductores. Vid. etiam Naft. Röm. Kriegsalterthümer p. 83. ff.

Armaturae milites fuere in comitatu Imperatoris. Horum duae fcholae recenfentur in Notitia Imperii (ed. Graev. in Thef. Antiquit. Rom. T. VII. p. 1502. ed. Genev. 1623. p. 103.) Armaturae fcilicet fenio-

res in Occidente et iuniores in Oriente. (Beſſelio in Miſc. philol. p 154. Armaturae ſunt milites iuniores, qui ſub Campidoctore exercebantur.) Nomen habebant a graviore armatura, maioribus ſcutis haſtisque longioribus. Equites fuiſſe ex Iuliani Orat. I. ad Conſtantium p. 48. Spanh. apparet: quamquam Zonaras pedites videtur vocare. v. Valeſ. ad 15, 5, 33. Armaturarum Tribunus occurrit 14, 11, 21. 15, 5, 6. 27, 2, 6, et, quod idem eſt, Armaturarum rector 15, 4, 10.

Armeniaca (legio) *ſecunda* praeſidio tenet Bezabden 20, 7, 1.

Aſcarii 27, 2, 9. in Notitia Imperii Orient. p. 1487. cum Erulis et Batavis inter Auxilia Palatina recenſentur. Pancirollus rectius dici arbitratur Aſcurios ab Aſcura, Armeniae maioris oppido.

B.

Balliſtarii i. e. qui curam habent tormentorum bellicorum, e quibus lapides aliaque tela iaciuntur. 16, 2, 5.

(Baſtagarii) erant, qui equis aut mulis res publicas ad praeſcripta cuiusque provinciae loca deducebant. Vide ad 15, 5, 3.

Batavi copiae auxiliares. 31, 13, 9 et Eruli 20, 1, 3. 4, 2. 27, 1, 6. 8, 7. et Reges. 16, 12, 45.

Braccati 15, 5, 30. 16, 12, 43. milites auxiliarii ex iis Galliae regionibus, quarum incolae fluxiore veſtitu ad femora tegenda utebantur.

C.

Caeſares. Hoc nomine poſt finitam Iulii Caeſaris familiam ab Auguſtis diſtinguebantur ſucceſſores deſtinati. De quorum ad Auguſtos relatione ex ipſo Ammiano haec notanda: Auguſtorum nomen nonniſi paucis conceſſum, quos vide 27, 6, 16. revera apparitores erant Imperatorum 14, 11, 10. 17, 11, 1. 26, 4, 3. quo nomine ipſe ſe appellat Iulianus 20, 8, 6. Galerius quin etiam aliquando per mille paſſus ad currum Auguſti pedibus incedere coactus eſt 14, 11, 10. ſuper omnibus rebus geſtis ad Auguſtos referre debebant 17, 11, 1. de publicis pecuniis ſtatuere prohibiti certum accipiebant ſalarium 22, 3, 7. 14, 7, 11. Iulianus tam maligne eſt habitus, ut cibi adeo ei apponendi praeſcriberentur 16, 5, 3 notarios aliquot habebant, ab Auguſto tamen attributos, Valeſ. ad 14, 9, 3. Gallum, adempta poteſtate in legiones, ſolis contentum eſſe oportebat ſcholis Palatinis 14, 7, 9. non licebat iis donativa erogare 17, 9, 6. neque omnino praemia dare, unde Conſtantius Gallo, qui capiti aurigae coronam impoſuerat, graviter iraſcitur 14, 11, 12. non audebant exercitum ex tribunali alloqui, id ſibi ſolis reſervantibus Auguſtis 16, 12, 29. qui victorias quoque Caeſarum ſibi vindicabant 16, 12, 69. — Galli Caeſaris coniux vocatur Regina 14, 9, 3. quo nomine etiam eſt Euſebia, Conſtantii Imperatoris coniux 15, 2, 8.

Digna omnino eſt, quae legatur, Ge. Laur. Hausfriz Comment. de Caeſare, deſignato ſucceſſore imperii antiqui, Norib. 737. 4. Nec poeniteat conferre Sickelii Diocletianum et Maximianum Exercit. I. Lipſ. 792. p. 31. ſſ. ubi de iuribus etiam et privilegiis Caeſarum exponitur.

Campidoctores 15, 3, 10. i. e. qui ſcientiam armorum et omnes armaturae numeros militibus tradunt. (Exercitienmeiſter) Dicuntur etiam Campiductores, ſed auctore Valeſio ad l. c. minus bene. Idem tamen ad 19, 6, 12. Campiductores a praeeundo dictos (Furierſchützen) diverſosque a campidoctoribus fuiſſe concedit. vid. Salmaſ. ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. I. p. 1012. 1014. T. II. p. 474.

Candidati. Apud Ammianum nonnuli militares occurrunt, electi e Scholarium numero propter pulchritudinem et proceritatem. Duae erant eorum ſcholae, iuniorum et ſeniorum, ac ſumebantur ex iis tribuni. Vid. 15, 5. 16. 25, 3, 6. 31, 13, 14. 15, 8.

Capita ſcholarum 25, 10, 8. ad quem locum Valeſius eosdem eſſe putat, quos Capita contuberniorum vocat Vegetius II, 8. et 13. Erant igitur praeſides et rectores Scholarium pacis tempore in iisdem aedibus, foris ſub eodem tentorio habitantium, non diſſimiles iis, quos nunc Corporales appellari audimus.

Caſtrenſis (ſacri Palatii) ſc. Comes (Hausmarſchall) titulum et dignitatem habebat Viri ſpectabilis. Ei parebant, quicunque Imperatori ſemper aderant et quocunque iret, eum comitabantur ad obſequium parati (in officio erant) e. g. paedagogiani, cubicularii, tori et menſae miniſtri, veſtitores, coqui cet. Hi omnes uno verbo dicuntur Caſtrenſiani, idemque videtur eſſe Apparitor Caſtrenſis 26, 8, 5. ubi vid. Valeſ. fortaſſe etiam Adiutor, qui ſecundum Notitiam Imperii Occident. p. 1888. Graev. (p. 76. Genev.) in officio ſeu apparitione Caſtrenſis militabat. Conf. Cod. Theodoſ. Lib. VI. Tit. 32. T. II. p. 255. et Salmaſ. ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. I. p. 981. ſq.

Cataphractarii ſ. Cataphracti 16, 2, 5. 12, 63. qui et ipſi et equi laminis ferreis erant muniti. Ob oculos quaſi pingit Claudianus in Rufinum II, 357. ſſ. et in VI. Conſ. Honorii 569. ſſ. Dicti etiam Clibanarii 16, 10, 8.

Celtae et *Petulantes,* genus militum 20, 4, 2. et 20. 21, 3, 2. 22, 12, 6. 31, 10, 4.

Centurio rerum nitentium 16, 6, 2. i. e. qui publicorum aedificiorum, ſtatuarum ex aere ac marmore aliorumque urbis decorum curam gerebat, noctuque cum militibus obſervabat, ne quis ea laederet aut confringeret. Pro Centurione poſtea Tribunus rerum nitentium factus eſt, v. Notit. Imp. Occid. p. 1818. denique Comes. Caſſiodor. Variar. Lib. VII. Ep. 13. Valeſ. l. c. Corſini de Praefectis Urbis Praef. p. XLVII.

Clabularis curſus. v. Curſus.

Clariſſimi. Honoris appellatio: dignitatum quippe gradus hoc ordine ſe excipiebant, Illuſtres, Spectabiles, Clariſſimi, Perfectiſſimi, Egregii. Reliquos magiſtratus, quibus Clariſſimorum nomen ſit attributum, recenſere a conſilii mei ratione alienum eſt; ab Ammiano bis datur *Senatoribus,* 26, 6, 18. 28, 1, 27. Occurrit etiam Clariſſimatus 21, 16, 2, i. e. munus dignitatem habens viri Clariſſimi. v. Caſaub. ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. I. p. 797. T. II. p. 459. Senatores Conſtantinopoli inſtitutos Claros vocavit Conſtantinus, Exc. §. 30. conf. etiam Valeſ. ad 22, 9, 2. Ritter. ad Zoſim. III, 11. p. 572. ed. Reitem. Gibbon. T. IV. p. 44.

Clibanarii v. Cataphractarii.

Cohortes equeſtres vid. quae notavi ad 14, 2, 12.

Comes. Hoc vocabulum liberae reipublicae temporibus duplici reperitur significatu. Nam interdum eo nomine dictos videmus amicos, propinquos, philosophos, grammaticos, qui cum magistratu in provinciam proficiscuntur, ut cum eo habitent, coenent otiumque eius suaviter fallant, interdum etiam eos, qui cohortem praetoriam constituunt, praefectos, medicos, scribas, accensos, haruspices, praecones, quod genus datum publice et ductum necessario publice constitutum habuit salarium. Ernestii Exc. 15. ad Suetonii Tiber. c. 46. Hic locus Suetonii primus est, in quo sub Caesaribus tres classes Comitum commemorantur. Ernestius exclusa cohorte aulica et urbana eos tantum intelligi vult, qui peregrinationibus et expeditionibus adhibebantur: tres classes illas a Tiberio factas esse pro diversa stipendiorum, quae iis distribueret, ratione. Quem contra Hauboldus de Consistorio Principum Spec. 1. p. 25. coll. Spec. 2. p. 3. ex Seneca de Clementia 1, 10. de Benef. VI, 33. 34. aliisque argumentis docet, Comitum dignitatem iam Tiberio regnante institutam et a sequentibus Principibus servatam esse, non a Constantino primum inventam: appellationem autemComitum honorarii tituli vice, omnibus palatinis, civilibus et militaribus praefecturis et officiis praepositam paullatim in locum verae dignitatis, cui addita esset, successisse, ut v. g. Magister Sacrarum Largitionum honorario titulo Comes simul esset, quod in comitatu Principis versaretur. — Ceterum diversi a Comitibus fuerunt Amici: hi enim arctiore Principum familiaritate utebantur iidemque semper erant Comites, sed non vice versa. Hoc discrimen apud Ammianum ipsum occurrit 16, 12, 60. ubi Chnodomarius rex inter ducentos Comites tres tantum Amicos habuisse dicitur.

Iam ordine alphabetico enumerabimus eos, quorum Ammianus meminit.

1) *Comes Aegypti* (ex Duce) Sebastianus 23, 3. 5. Dicti etiam in Notitia Imperii Comites limitis vel rei militaris per Aegyptum. Plura de iis vide apud Gothofred. ad Cod. Theodos. T. II. p. 99. Erant primi ordinis Comites ib. p. 104.

2) *Comes Africae,* Cretio 21, 7, 4. 26, 5, 14. Romanus 29, 5, 1.

3) *Comes maritimi tractus in Britannia* 27, 8, 1. (Comes limitis Saxonici per Britanniam dictus in Notit. Imperii p. 1939.)

4) *Comes, rei castrensis* (per Africam) 30, 7, 3. idem esse videtur, qui Comes rei militaris. — Interdum etiam erant Vicarii Magistri militum 14, 11, 5. 15, 13, 3.

5) *Comes Domesticorum.* Sic dicti sunt, qui praeerant Domesticis. Ad magisterium militum non semel promovebantur, cuius rei exempla ex Ammiano petita vide apud Norisium in Orthogr. Cellarii Harles. II, 191. Nominatim commemorantur Latinus 14, 10, 8. Lucillianus 14, 11, 14. Barbatio ib. §. 19. Excubitor 20, 4, 21. Serenianus 26, 8, 7. Dignitatem eorum et nomen Constantino M. antiquius esse negat Corsini de Praeff. Urbis p. 67. 103. 111. 134. eos, quorum in Inscriptionibus mentio fit, ad seriora tempora referendos esse ostendens.

6) *Comes Isauriae.* Castricius 14, 2, 14. Lauricius 19, 13, 2.

7) *Comes largitionum sacrarum* 14, 7, 9. 16, 8, 5. 18, 5, 2. it. qui largitiones curat 21, 8, 1. qui aerarium (publicum) tuebatur 20, 11, 5. et ibi Valeſ. (alias Comes ſacrarum remunerationum). Ob rationum multitudinem et difficultatem totos greges hominum habebat in officio, v. Notit. Imperii p. 1520. 1872. Graev. Gibbon. T. IV. p. 115. — Erat etiam Comes Conſiſtorianus. Haubold. l. c. Spec. II. p. 43. Ab eo diſtinguendus eſt

8) *Comes rei privatae*, dictus etiam Comes privatarum 15, 5, 4. qui praeerat privato aerario principis 22, 3, 7. Notit. Imperii p. 1552. Hic quoque Comes Conſiſtorianus erat. (*Comes Patrimonii*, qui patrimonium Principis adminiſtrabat, apud Ammianum non occurrit.)

9) *Comes Orientis* Antiochiae degens, magiſtratus erat non militaris, ſed civilis, Valeſ. ad 14, 1, 3. abſente tamen Magiſtro equitum rei militaris curam ſuſcipiebat, 14, 2. extr. Sexcentos habebat Apparitores et dignitatem Viri Spectabilis. Inferior Praefecto Praetorio Orientis et Proconſule Aſiae praeerat reliquis omnibus Praefectis Orientis, a quibus ad eum appellabatur. Zoſim. v, 2. Imperabat etiam claſſi Seleuciae dictae, v. omnino Notit. Imperii p. 1618. — Ammianus Aegyptum inter provincias Orientis recenſet 14, 7, 21. coll. 14, 1, 3. cui concordat inſcriptio a Valeſio ad priorem locum allata, in qua Placidus Conſul 343.) Comes Orientis Aegypti et Meſopotamiae dicitur. — Ceterum Comites Orientis apud Ammianum occurrunt Honoratus 14, 1, 3. 7, 2. Nebridius 14, 2, 20. Modeſtus 19, 12, 6. Philagrius 21, 4, 2. Iulianus (avunculus Imperatoris) 23, 1, 5. Aradius ibid. §. 4.

10) *Comes rei caſtrenſis* 30, 7, 3. ubi de Gratiano, Valentiniani patre, ſermo eſt. Nihil differunt a Comitibus rei militaris, qui ad provinciam aliquam defendendam milite credito ab Imperatore deſtinabantur et apud noſtrum innumeris locis occurrunt. Erant Comites primi et ſecundi ordinis: reliquos autem dignitate praecedebant Comites rei militaris per transmarinas provincias (qualis Gratianus in Africa, et deinde in Britannia fuerat.) Cod. Theodoſ. T. II. p. 252.

11) *Comes Theſaurorum* (alias Praepoſitus). Horum duplex fuit genus: 1) Comitatenſium, qui in aula Principis verſabantur veſtesque et ornamenta, vaſa convivalia, tegmina purpurea cet. cuſtodiebant, v. Salmaſ. ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. I. p. 970. Cod. Theodoſ. T. III. p. 542. ubi tamen Gothofredus Comitem Veſtiarii (i. e. loci, in quo veſtes in uſum Principis reconditae erant) a Comite theſaurorum diſtinguit. 2) eorum, qui vectigalia in provinciis et urbibus exigebant exactarumque rationes ad Comitem largitionum, ſub quo utrumque genus erat, referebant. Apud Ammianum nonniſi poſteriores occurrunt, nempe 22, 3, 7. *qui Gallicanos* (v. etiam 15, 5, 36.) *tuebatur theſauros*, quem Urſulus, Comes largitionum, Iuliano Caeſari, quidquid poſceret, dare iuſſit, et 29, 1, 26. *Comes Theſaurorum per Thracias*, v. Cod. Theodoſ. T. II. p. 111.

12) *Comites ſagittarii* i. e. ſagittarii, qui Principem ad bellum proficiſcentem comitabantur 18, 9, 4.

13) *Comitum turma equestris* genus militum equestrium ex ingenuis barbaris lectorum, ut Ammianus ipse ait 18, 9, 4. Quod convenit cum 15, 4, 10. ubi Seniauchus, barbarus, dux Comitum Sagittariorum fuisse dicitur.

Comitatensis miles 29, 5, 4. Distinguuntur a Palatinis, qui dignitate eos praecellisse videntur, quamquam Comitatenses Palatinis saepius praepositos reperimus. Fortasse Palatini fuerunt Comitatenses in ipsa Principis aula versantes, quatenus ad expeditiones educebantur. Et hoc quidem significatu limitaneis et ripensibus opponuntur. Plura si cupis, adeas velim Cod. Theodos. T. II. p. 286. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. T. II. p. 663. Cuiac. observatt. I, 25.

Compulsores 22, 6, 1. i. e. qui fiscalia debita exigebant. Conf. Cod. Theodos. T. II. p. 318.

Consiliarius 25, 3, 14. 28, 1, 21. 6, 21. Hoc nomen de quovis adsessorum Consistorii genere usurpatur. Haubold. de Consistor. Principum Spec. II. p. 8.

Consistorium apud Ammianum occurrit 14, 7, 11. 15, 5, 18. 25, 10, 10. 31, 12, 10. Praeclare de eo egit Hauboldus in dissertatione iam saepius laudata, quae inscribitur de Consistorio Principum Lips. 1788. et 1789. unde, quae notatu dignissima visa sunt, huc placuit transscribere.

Ipsa vox denotat 1) omnem locum, ubi a multitudine hominum consistitur: sic Tertullianus lupanar appellat consistorium libidinum. 2) collegium amicorum et consiliariorum circa Imperatorem stantium. 3) ipsum locum, ubi Imperator cum Consistorianis suis deliberabat, qua significatione Ammianus primus adhibuit. 4) partem aedium cubiculariis potissimum addictam, in qua excubabant potius quam cubabant, quo paratiores essent ad domini praecepta. Sidonius Apollin. Lib. II. Ep. 2. p. 102. edit. Savaron.

Imperatores primi non habebant certum statumque locum, in quo iuri dicundo vacarent, multo minus adsessores perpetuos. Quippe ius dicebant non tamquam Imperatores, verum ut Consules vel cum ab ordinariis magistratibus ad eos provocatum esset, idque ut plurimum in foro magno pro tribunali. Et quamquam interdum in Palatio caussas extra ordinem cognoverunt adhibitis consiliariis, id quod v. c. fecit Augustus iam senior, Dio Cass. LIII, 21.) cavendum tamen est, ne vel necessarios hos Imperatori, vel ipsum iurisdictionis Caesareae exercitium ad certum in Palatio locum ab initio adstrictum fuisse contendamus.

Haec paucis mutatis usque ad Traiani tempora duraverunt. Hadrianus autem primus publicum et perpetuum stabilivit consilium, quod non iuri solum dicundo caussisve cognoscendis, sed constitutionibus etiam ferendis et reipublicae administrandae vacaret, tametsi ne tunc quidem peculiare Auditorii, multo minus Consistorii nomen consecutum esse videtur. Hoc consilium imperatorium a senatu secundum quidem locum obtinuit, quia adsessores eius ab hoc prius erant approbandi; at re vera omni potestate senatum exuit coeperuntque inde ab Hadriani temporibus rariora esse Senatusconsulta, frequentiores constitutiones Principum.

Auditorii prima mentio occurrit sub Marco Aurelio, eo-

que regnante invaluit consuetudo, ut Praefecti Praetorio, qui iam Hadriani aetate Consistorio admoti fuerant, in locum adeo Imperatoris ipsius in auditorio succederent et dignitatem antea unice militarem cum plenissima rerum civilium administrandarum et cognitionum exercendarum potestate commutarent.

Hanc enarrationem usque ad Constantini Magni aevum persecutus verissime observat Hauboldus, quae ante eum nemo animadverterat, Auditorium et Consistorium, licet in plerisque legum ac scriptorum locis invicem permutentur, ita tamen diversa fuisse, ut Consistorium e paucioribus constaret solamque publicorum negotiorum curam cum Principe participaret; (geheimes Cabinet) Auditorium contra caussis cognoscendis legibusque sanciendis, quatenus earum rogatio ad sanctius consilium haud pertineret, vacaret, (Landesregierung) Consistorii nomen non ante Diocletianum et Maximianum invaluisse, Auditorii iam inde a Marci Aurelii temporibus; qui Consistorii essent participes, eosdem etiam Auditorio interfuisse, minime tamen vice versa.

Consistoriani. Cum opponuntur militaribus, ut apud Ammianum 15, 5, 12. 6, 1. intelligendi sunt ii, quorum praecipuae erant in Consistorio partes, Praefectus Praetorio, Praefectus Urbi, Magistri militum, Praepositus Sacri Cubiculi, Magister Officiorum, Quaestor Sacri Palatii, Comes SS. Largitionum et Comes Rerum Privatarum. Hi omnes dicebantur Illustres. Haubold Spec. II. p. 25. et 28.

Constantiacae duae (legiones) Sirmii 21, 11, 2.

Consules annum auspicantes deducebantur comitante ipso Imperatore, tum ludos edere ac servos aliquot manumittere solebant 22, 7, 1. 2. Is splendor, sublata auctoritate, tantum non solus e pristino consulatu remanserat. Mamertinus ipse, de quo sermo est l. c., in Panegyr. Iuliani c. 2. „in Consulatu, inquit, honos sine labore suscipitur.“ Dignitas tamen nihil imminuta est: primum enim post Imperatorem locum Consules obtinebant ipsosque praecedebant Patricios et Praefectos, unde Consulatus amplissimus magistratus dicitur 26, 9, 1. Conf. Gibbon. T. IV. p. 55. ss. et Curtius de Senatu Romano p. 89. sq. edit. Genev.

Consulares illa aetate vocabantur, qui provinciis Augusti praeerant, quamvis non semper Consules fuissent. Vid. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. T. I. p. 198. 375. T. II. p. 346. Apud Nostrum occurrunt Consularis Baeticae 28, 1, 26. Pannoniae 16, 8, 3. coll. 15, 3, 7. 21, 10, 6. Piceni 15, 7, 5. Syriae (Coeles) 14, 7, 5. 15, 13, 2.

Cornuti 15, 5, 30. 16, 12, 43. 31, 8, 9. auxilia ab urbe Illyrici appellata, si fides habenda Pancirollo ad Notitiam Imperii p. 1466. Conf. tamen Prandau Gesch. v. Wien p. 73. Ex loco Ammiani 16, 12, 43. ubi barritum edidisse dicuntur, non Illyrios fuisse, sed Gallos, colligi possit.

Correctores praefecti minorum provinciarum, Paphlagoniae et Augustamnicae in Oriente, in Occidente tractuum nonnullorum Italiae. Apud Ammianum occurrit tantum Corrector Tusciae 15, 5, 14. 27, 3, 2. it. qui rexit Tusciam 28, 1, 6. Plura de iis congellit Dresigius in Ep. de Correctoribus Imp. Rom. L. 1739.

Cubicularii 20, 8, 4. noſtro more Kammerherren, Kammerjunker, Pagen cet.

Cubiculi praepoſitus ſive Praefectus (Oberkammerherr) 14, 10, 5. 15, 3, 2. 16, 7, 2. 20, 2, 3. 8, 19. 14, 11, 2. 21. Cubiculum idem eſt quod thalamus: nam 22, 3, 12. de Euſebio, qui antea ſemper Praefectus vel Praepoſitus appellatus fuerat, legitur: cui thalami cura commiſſa; cf. 15, 11, extr. de Gorgonio. Sed qui 29. 2, 7 commemoratur cubiculariis officiis praepoſitus, officialibus praefuiſſe videtur.

Cura (i. e. Curator. v. Salmaſ. ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. II. p. 391.) *palatii*. Ammian. 22, 3, 7. it. agens curam palatii 14, 7, 19. cui palatii cura credita 31, 12, 15. qui palatium curabat ib. c. 13. §. 18. Ei demandata erat cura omnium fabricarum Principis, quamobrem Gutherio de Officiis Domus Auguſtae p. 818. idem eſt, qui Gallis dicitur Maitre des Batimens. Magis tamen convenire putaverim noſtrum *Hausmarſchall*, quandoquidem etiam, ſi principes extra aulam verſari alicubi vellent, praemiſſus videtur, ut ibi, quae neceſſaria eſſent, inſtrueret, quo nomine is eſt, quem nos vocamus *Reiſemarſchall*. Poſtea in aula Byzantina dicebantur Curopalatae. cf. ad Corippum lib. I. v. 135. ubi tamen maiorem fuiſſe dignitatem ſuſpiceris. Quod apud Principem erat Cura Palatii, id apud maiores magiſtratus Cura Praetorii fuit. vid. inprimis Cod. Theodoſ. T. II. p. 98.

Curans ſummitatem neceſſitatum caſtrenſium (Oberproviantcommiſſar) 26, 1, 4.

Curator urbis (alias Procurator). Erant plerumque Senatores Romani, quos Marcus Antoninus, ut iacenti Senatui aliquam in provinciis auctoritatem adderet, vel ſingulos e Senatu quaeſtuoſis muneribus bearet, multis civitatibus conceſſit. Praeter adminiſtrationem aerarii, ob quam Graece dicuntur λογισταί, pertinuit ad eos cura ſecuritatis et commoditatis publicae ac iuris dicundi officium. Videtur tamen munus eorum nunc latius patuiſſe, nunc anguſtius. Conf. Valeſ. ad 14, 7, 17. et eiusdem Emendationes a Burmanno editas p. 83. it. Cod. Theodoſ. T. IV p. 381. Non ſummi fuerunt magiſtratus, ſed inferiores Duumviris et Defenſoribus civitatum, ſuperiores tamen Decurionibus, quae ſententia eſt Ritteri, teſtis locupletiſſimi, ad Guthrium T. V. P. I. p. 37.

Curiales 21, 12, 20. 22, 9, 12. 27, 7, 7. ſunt Senatores, quod munus ſuſcipiendum erat iis, qui natalium claritate, divitiis et ingenio eminerent, ſed propter onera et ſumptus adiunctos a plerisque declinari variis modis ſolebat, unde multi ſaepe inviti adlecti ſunt et coacti. Sane quidem cavere debebant Imperatores, ne Curiae prorſus deſolarentur, ſed ipſo teſte Marcellino 22, 9, 12. 25, 4, 21. nimis ad earum favorem propenſus fuit Iulianus. Plura cupientibus abunde ſuppeditabit Cod. Theodoſ. T. IV. p. 351 — 656. edit. Ritter. et ſpeciatim de Iuliani, quae huc ſpectant, conſtitutionibus p. 411.

Curſus clabularis Vide ſequens.

Curſus publicus Ammiani aetate ita erat inſtitutus, ut per certas ſtationes equi vel ſingulares (veredi) vel curribus iuncti, vel alia adeo iumenta praeſto eſſent, quibus uterentur omnes, qui publice in

provincias mitterentur, vel inde ad comitatum principum properarent. Currus erant varii generis, minores et maiores: *birotae*, quibus nonnifi ducenta — *redae*, quibus mille — *clabulae* (*Angariae* etiam dictae), quibus mille et quingenta pondo fuperponi liceret. Priores illae leviores ad fingulos homines 21, 9, 4. cum paucis impedimentis provehendos, folidiores clabulae militibus aegrotis, vel, ubi celeritate opus effet, fanis etiam inferviebant. v. Noftrum 20, 4, 11. 21, 13, 7. et Sulpic. Severum in vita S. Martini 11, 4. *per aggerem publicum plena militaribus viris fifcalis reda veniebat.* Hi curfus *publici* vocantur, quod nemini uti iis liceret, nifi qui diploma principis (evectionem. cf. 14, 6, 16. 11, 5.) proferre iu ftationibus poffet. v. 20, 4, 11. et 8, extr. Plura qui defiderat, adeat Cod. Theodof. ubi faepe curfus publici et clabularis mentio fit, inprimis Lib. VIII. Tit. 5. et ibi notas, Schefferum de re vehiculari Lib. I. p. 65. Lib. II. p. 334. Salmaf. ad Scriptt. Hift. Aug. T. I. p. 279. et Valefium ad Noftrum 20, 4, 11.

D.

Decentiaci et Magnentiani milites ex Decentii ac Magnentii nomine appellati 18, 9, 3.

Decimani milites legionis decimae ibid. v. etiam Fortenfes.

Decuriones 28, 6, 10. iidem in municipiis et coloniis, qui Romae Senatores.

Decurio Palatii 20, 4, 20. ubi additur: qui ordo eft dignitatis, quoniam dignitatem Clariffimorum habebant. Erant in palatio triginta viri, Silentiarii dicti, quorum officium hoc erat, ut ad valvas ftarent, quando Imperator in Confiftorio adeffet legatosve audiret, omninoque tumultus omnes prohiberent. Decem fingulis praefecti Decuriones, qui principum mandata per urbem varia curarent, pompasque in publicum procedentium Auguftorum et Auguftarum ordinarent. v. Haubold. de Confiftorio Principum Spec. II. p. 51.

Diogmitae levioris armaturae milites ad perfequendos hoftes adhibiti 27, 9, 6.

Divitenfes et *Tungricani* 26, 6, 12. 7, 14. 27, 1, 2. Notit. Imperii p. 1483.

Domeftici (Haustruppen) v. infra *Scholae.* Domefticos iam fuiffe imperante Aemiliano docet vetus Infcriptio a Valefio allata ad 14, 10, 8. et Diocletianus ex Comite Domefticorum ad Imperium evectus eft teftibus Zonara et Aurelio Victore. — Erant partim equites, partim pedites. — Alii palatium cuftodiebant (praefentales) alii certis officiis deputati publicas exfequebantur iuffiones, v. c. reos ex provinciis perducebant 15, 3, 10. 5, 22. vel pro neceffitatibus publicis mittebantur cum Comitibus ac Magiftris militum 16, 10. extr. Cohors eorum apud noftrum dicitur Ordo 25, 5, 4. Schola 26, 5, 3. Confortium 16, 10. extr. 25, 10, 9 Regebantur a Comite Domefticorum, (per periphrafin: qui Domefticorum praefuit fcholae 26, 5, 3.) qui dignitatem habebat Illuftrium. Nominatim occurrit Latinus 14, 10, 8. Barbatio 14, 11, 24. Excubitor 20, 4, 21. (quod nomen proprium effe videtur: Domeft. Comes Excubitor *nomine.*) Comitem excipiebat Tribunus, hunc Primicerius, (ex Primicerio

Protectorum Tribunus 18, 3, 5.) hunc decem sequentes s. primi; sic Domesticorum ordinis primus 25, 5. 4. (talis erat Iovianus, cum Imperator eligeretur, ibid.) Domesticorum omnium primus 27, 10, 16. (An Primicerius decem primis sit adnumerandus, non ausim decernere.) Conf. infra *Protectores*.

Draconarius 20, 4, 18. i. e. qui draconem portabat: draconum enim simulacris a Traiani inde aetate utebantur Romani pro signis cohortium militaribus. Non in velo depictos fuisse dracones aut acu textos, sed corpus totum e pannis et subtegmine factum, apparet ex descriptione tum apud Nostrum obvia 16, 10, 7. et 12, 39. tum apud poetas, v. c. Claudian. in Rufin. II, 177. ubi vid. Gesner. Conf. Lipsius de militia Rom. Lib. IV. Dial. 5. p. 266 edit. Antv. 1596. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. T. I. p. 383. sq. Adnexas fuisse lacinias sericas probabiliter statuit Valesius.

Duces. Latissimae potestatis vocabulum, quod saepe omnino eum denotat, qui ducit exercitum. Angustiore significatu distinguuntur Duces militares et Duces provinciarum. Illi, limitanei etiam dicti, diversi erant a Comitibus et dignitate inferiores; sic 23, 3, 5. Sebastianus vocatur Comes ex Duce erantque in Oriente duo Comites, Duces autem tredecim, in Occidente sex Comites et duodecim Duces. Quamquam saepe generalior Ducis appellatio pro Comitis posita reperitur.

Duces provinciarum sunt praefecti. Apud Nostrum occurrunt Dux Aegypti Artemius 22, 11, 2. Sebastianus 23, 3, 5. Pusaeus 24, 1, 9 — Comes Osdroënae Secundinus ibid. §. 2. — Phoenices 25, 1, 2.

E.

Equestris turma Comitum 15, 4, 10. v. supra Comes n. 13.

Erulorum numerus 25, 10, 9. Eruli et Batavi 20, 1, 3. 4, 2. 27, 1, 6. 8, 7.

Eunuchi, dicti etiam Spadones 14, 11, 3. ubi vid. Lindenbrog. it. 16, 7, 4. adhibebantur servandis cubiculis principum. Quamquam alii quoque, quibus non ablata, esset virilitas, hunc locum obtinuerunt. De moribus eorum vid. Ind. I.

Ex. Haec praepositio dignitatum nominibus praefixa, ut omnino saepissime apud scriptores illius aetatis, sic apud nostrum trigesies ferme occurrit. Sed cum singula loca enumerare non sit instituti mei, ea tantum seligere placuit, ex quibus promotio a minore ad maius officium et dignitas quorundam magistratuum colligi posse videtur. Sic ex Advocato Consularis Syriae, ex Consulari Magister Memoriae, deinde Proconsul Asiae 29, 2, 22. — ex Campidoctore Tribunus vacans 15, 3, 10. — ex Duce Aegypti Comes 23, 3, 5. — (Agilo) ex gentilium Scutariorum Tribuno in Magistri peditum (Ursicini) locum promotus, sed, ut Ammianus ipse addit, immodico saltu 20, 2, 5. — ex Magistro Officiorum Proconsul 28, 4, 3. — ex Ministro Triclinii Rationalis 15, 3, 4. — ex palatino milite Senator 26, 6, 5. — ex Praefecto Praetorio Praef. Urbi (Lampadius) 27, 3, 5. — ex Praeposito Martensium militum Patricius 26, 6, 7. — ex Primicerio Protectorum Tribunus 18, 3, 5. — ex vicario 27, 7, 1.

Not. Ne quis miretur, exemplorum, quae attulimus, eiusmodi esse nonnulla, ut posterior dignitas priore minor sit, tenendum est, munera illis temporibus non perpetua fuisse ac saepe factum, ut maiores magistratus minorem deinde acciperent provinciam.

F.

Fabricae armorum fuerunt Antiochiae 14, 7, 18. 9, 4. Cremonae 15, 5, 9. Treveris 29, 3, 4. Reliquas vide in Notitia Imperii p. 1507. — Operae dicebantur Fabricenses 31, 6, 2. iisque praeerat Fabricarum tribunus 14, 7, 18. 9, 4. 15, 5, 9. Praepositus 29, 3, 4. (fortassis etiam) Primicerius in Cod. Theodos. Lib. X. T. 12. l. 3. quem praeter Valesii notam ad 14, 7, 18. omnino conferri velim T. III. p. 554.

Flavia prima tuetur Singaram 20, 6, 8. in deditionem venit ibid.

Flavia secunda praesidio tenet Bezabden 20, 7, 1.

Fortenses 18, 9, 3. Tricesimani Decimanique Fortenses, rectius tamen Fretenses, ut ex Inscriptionibus et columna Capitolina probant Lindenbrog. et Vales. ad h. l. Decimani Fretenses milites sunt legionis x. Fretensis: Tricesimani autem absolute positum est (legio xxx. Ulpia) nec coniungendum cum Fretenses, v. etiam Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. T. I. p. 383.

G.

Gentiles 14, 7, 9. 30, 1, 3. in comitatu principis militabant, conscripti ex gentilibus seu barbaris, v. c. Scythis, Gothis, Francis, Germanis cet. v. Notit. Imperii p. 1502. 2010. Gibbon T. IV. p. 104. Gentiles Scutarii occurrunt 20, 2, 5. plures tamen numero sunt loci, in quibus a Scutariis distinguuntur 14, 7, 9. 16, 4, 1. 20, 4, 3. Eorum schola commemoratur 27, 10, 12. et rector (Malarichus) 15, 5, 6. v. Cod. Theodos. T. I. p. 348.

H.

Hastati 16, 12, 20. ad quem locum Valesius non diversos Ammiani aetate fuisse putat a Signiferis et Draconariis, provocans ad 20, 4, 18. ubi Maurus, Hastatus Petulantium, etiam ut Draconarius occurrit.

Herculiani et *Ioviani* 22, 3, 2. 25, 6, 2. Hae legiones a Diocletiano et Maximiano ita dictae sunt, quorum ille etiam Iovius, filius autem Herculeus vocabatur. vid. Zosimus III, 30.

Honorati i. e. qui civiles dignitates gesserunt. vid. 14, 5, 3. ubi militaribus opponuntur, ibique notam Valesii. Occurrunt etiam 22, 7, 1. 9, 16. 29, 1, 34. Conf. Cod. Theodos. T. I. p. 59.

I.

Ioviani et *Herculiani* 22, 3, 2. 25, 6, 2. vid. Herculiani.

Iovii et *Victores* 25, 6, 3. 26, 7, 13. 27, 8, 7. 29, 3, 7.

Iudices. Hac voce omnino utitur Marcellinus ad designandos maiores magistratus tum civiles tum militares 30, 5, 3. Iudices celsiores 20, 9, 1. Iudices ordinarii et militares 16, 8, 13. 20, 8, 14. (etiam castrenses et ordinariae potestates 21, 16, 2.) ordinarii iudices militiaeque moderatores 20, 8, 14. Summum ducem exercitus (Ursicinum) significat 18, 6, 12. Occurrit etiam

de regibus exterarum gentium, ut Quádorum 17, 12, 21. ubi vid. Valesius, et Gothorum 27, 5, 9. 31, 3, 4.

L.

Lancearii et *Mattiarii* bis iuncti reperiuntur 21, 13, 16. et 31, 13, 8. itemque apud Zosimum III, 22. Lancearii (rectius Lanciarii, ut in optimis codd. scriptum) dicti videntur a longioribus, quibus armati erant, lanceis. In Notitia Imperii recensentur partim inter scholas Palatinas, partim inter legiones, et variis quidem nominibus provincialibus. V. inprimis p. 1433.

Largitionum Comes, v. Comes n. 7.

Libellis respondens (Requetenmeister) 20, 9, 8. idem qui Magister libellorum, v. infra. Ei parebat Proximus libellorum (Unterrequetenmeister) 22, 9, 16.

M.

Magister ex etymologia dici videtur is, qui in societate aliqua *magis* valet, ut contra Minister, qui *minus* potest, v. Gesner. Thes. h. v. ergo doctor, antistes cet. Hoc significatu apud Ammianum ipsum occurrit 14, 6. magister chori (Balletmeister.)

Deinde nomen est, quod multis muneribus, tum palatinis ac civilibus, tum militaribus praeponitur, quorum h. l. nonnisi ea recenseri possunt, quae ab Ammiano ipso memorantur.

1) Magister admissionum (Oberceremonienmeister) 15, 5, 18. qui sub dispositione Magistri Officiorum erat virosque honoratos et alios aditum ad principem petentes in Consistorium introducebat. Ei suberat Admissionum proximus (Unterceremonienmeister) 22, 7, 2.

2) Magister armorum. Hoc nomine apud Ammianum occurrunt Magistri equitum et peditum, v. 15, 5, 24. 36. 16, 7, 3. 20, 1, 2. 9, 5. 21, 8, 1. 25, 8, 11. 26, 5, 2. 29, 6, 3. 31, 13, 18. Inveniuntur tamen apud eundem et aliae appellationes, v. c. magister rei castrensis 27, 10, 6. rector pedestris militiae 15, 5, 2. 18, 3, 1. qui equorum copias tuebatur 28, 3, extr. et, servatis usitatioribus nominibus, Magister equitum, ut 16, 4, 3. peditum 14, 11, 24. 16, 2, 4.

Ad 16, 7, 3. Valesius observat e Zosimo II, 33. hanc dignitatem a Constantino primum esse institutam, qui abrogato Praefectis Praet. imperio militari duos Magistros militum creaverit. Hunc numerum postea filii eius et successores auxere; quatuor enim Magistros militum eodem tempore Marcellinus memorat libro 16. Arbetionem in Praesenti constitutum c. 6. §. 1. Ursicinum per Orientem c. 10. §. 21. Severum in Galliis successorem Marcelli ibid. Barbationem denique Silvano suffectum c. 11. §. 2. vid. Notitia Imperii p. 1410. s. et 1824. Reitemeier. ad Zosim. IV, 27. p. 591. — Addo, Constantinum, ne nimis favere magistratibus militaribus videretur, nec concessisse, ut rectores provinciarum iis obviam venirent, nec passum esse, ut ipsi civilibus sese immiscerent negotiis, 21, 16, 2.

3) Magister Officiorum. Nominatim commemoratur Florentius 20, 2, 2. Pentadius 20, 8, 19. Felix a Constantino quidem constitutus, sed non

admiſſus a Iuliano 20, 9, 5. qui Anatolium ordinavit ib. §. 8. coll. 25, 3, 21. Urſacius 26, 4, 4. et 5, 7.

Secundum Notitiam Imperii p. 1498. ſub diſpoſitione Magiſtri Officiorum erant Scholae Palatinae, Agentes in rebus, quatuor Scrinia Palatina, Officium Admiſſionum, Fabricae, Curſus publicus et Interpretes diverſarum gentium. Congregabat etiam, ſi quid maiore ſolemnitate in aulae penetralibus celebrandum eſſet, caeteros proceres atque miniſtros palatinos, introducebat legatos exterarum nationum ad Imperatorem (Ammian. 26, 5, 7.) omninoque, quidquid ad legationes pertineret, curabat et principali praeerat tabulario (Canzley). v. Salmaſ. ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. I. p. 322. T. II. p. 239. Chriſtii Noctes Academ. Hal. 1729. p. 1. ſſ. Ritterus ad Guthrium T. V. p. 97. Hauboldus l. c. Spec. II. p. 43. Valeſius ad 26, 5, 7.

In quatuor illis, quae diximus, ſcriniis ſub eo laborabant Magiſter memoriae — epiſtolarum — libellorum et diſpoſitionum.

4) *Magiſter memoriae* non ideo ſic dictus, quod eos, qui praeclare ſe geſſiſſent, imperatoribus in memoriam revocaret, ſed quod acta et decreta memoriae ac futurae obſervantiae cauſa aſſervaret. (Canzleydirector, geheimer Archivarius.) Praeterea, ut eſt in Notitia Imperii p. 1582. *Adnotationes omnes*, i. e. breves continentes quae Principis nomine ſtatuebantur aut confirmabantur, *dictabat* (unde etiam Dictator appellatur) *et emittebat* Principis vel Quaeſtoris vel ſua manu ſubſcriptos, *et precibus reſpondebat* eorum, qui vel indulgentiam patrati criminis, vel probatorias a principe flagitabant: emittebantur enim e Scrinio memoriae codicilli officiorum, Agentum in rebus et Palatinorum, qui Comiti ſacrarum largitionum et rerum privatarum ſuberant. Digna eſt, quae conſulatur, Mangelsdorfii (praeſ. Klotzio) Diſſ. de Magiſtro Memoriae Hal. 1770.

Apud Noſtrum occurrunt Aedeſius 15, 5, 5. Ruſticus Iulianus 27, 6, 1. Eupraxius ibid. §. 14. Feſtus 29, 2, 22.

5) *Magiſter epiſtolarum.* Hic *legationes civitatum, conſultationes et preces tractat,* ait Notitia Imperii l. c. Legationibus enim Regum aut civitatum intererat, ut poſtulata intelligeret et reſponſa ſcriberet, Praeſidibus de facti ſpecie dubia conſulentibus ex Principis ſententia reſcribebat et precibus reſpondebat civitatum. Officiorum praeterea Illuſtrium et Spectabilium Magiſtratuum codicillos edebat, v. Panciroll. ad Notit. Imper. p. 1585. (Apud Noſtrum non occurrit.)

6) *Magiſter libellorum.* „Cognitiones et preces tractat" i. e. in cauſis iudicialibus, ubi ad principem appellatum eſſet, acta conſignabat ſententiasque in Conſiſtorio dictas litigatoribus edebat. Fortaſſe libelli ſupplices ad eum perferebantur omnes, reddendi ſcriniis competentibus, ipſe autem nonniſi ad preces privatorum reſpondebat. Codicillos etiam officiorum, magiſtrorum militum, Comitum et Ducum limitum, et plurimorum Palatinorum ſcribebat. v. ſupra Libellis reſpondens.

7) *Magiſter* ſ. Comes *diſpoſitionum* idem erat, qui poſtea Referendarius dicebatur. v. Pancirollus ad Notit. Imperii p. 1592. Haubold l. c.

Spec. II. p. 48. Apud Marcellinum non occurrit.

Magnentiaci et *Decentiaci* 18, 9, 3. duae legiones Magnentiacae tuentur Amidam, recens ex Galliis ductae 19, 5, 2.

Martenses milites 26, 6, 7. a Martenis, Babyloniae populo, dicti videntur. v. Notitia Imperii p. 1474.

Mattiarii nomen numeri militaris. Valesius a quodam teli genere, quod Mattium seu Mattiobarbulum vocabant, dictos arbitratur, v. Stewech. ad Veget. Lib. I. cap. 17. Pancirollus autem ad Notit. Imperii p. 1480. a Mattio, Germaniae oppido (Marburg). Eorum bis meminit noster 21, 13, 16. et 31, 13, 8. utroque loco Lancеariis iunguntur, v. supra.

Medicus Scutariorum 16, 6, 2. Singulae legiones et cohortes medicos suos habuere, Vales. ad l. c. qui saepe occurrunt in Inscriptionibus, veluti apud Fuchsium in libro: Alte Geschichte von Mainz B. I. S. 18. 37.

Militares i. e. militari dignitate praediti, opponuntur Consistorianis 15, 5, 12. 6, 1. Honoratis 14, 5, 3.

Militiae pedestris rector 15, 5, 2. v. supra Magister armorum.

Minister triclinii (Tafeldecker) 15, 3, 4. Etiam 14, 11, 16. tori et mensae ministri occurrunt.

Ministri fucandae purpurae Tyrii tinctores purpurarii 14, 9, 7. ibique Lindenbrog. Tyrii textrini praepositus commemoratur ibidem.

Moesiaci (legiones) 20, 1, 3. 29, 6, 13.

Monetae praepositus (Münzdirector) 22, 11, 9. it. procurator 28, 1, 29. v. Salmas. ad Scriptt. Hist. Aug. T. II. p. 519. Möhsen Beschreibung einer Berlin. Medaillensamml. Th. I. S. 64. 70.

N.

Navicularii, quorum semel meminit Ammianus 27, 3, 2. sunt collegia mercatorum, qui frumenta ex peregrinis provinciis Romam et Constantinopolin advehebant. Sub dispositione et iurisdictione Praefecti Annonae et Urbis censebantur, v. Corsini de Praef. Urbi Praef. p. XL. et XLV. Copiose de iis agitur in Cod. Theodos. Lib. 13. Tit. 5. ubi materiam omnem brevi in conspectu posuit Gothofredus in Paratitlo T. V. p. 64.

Nobiles 14, 5, 3. 6, 1. cf. 16, 10, 13.

Notarii i. e. qui in Consistorio acta excipiebant, (Staatssecretäre, Cabinetssecretäre) non confundendi cum Exceptoribus, (ταχυγράφοις) Vales. ad 14, 9, 3. Praeter Primicerium notariorum (primum omnium Notariorum 26, 6, 3.) qui dignitatum omnium tam civilium quam militarium copiarumque, quae sub signis essent, codicem scribebat, et Secundicerium (pro quo 29, 1, 8. est secundum inter Notarios adeptus gradum. Utrique iunctim dicuntur Summates Notariorum 26, 6, 1.) tres fuerunt eorum classes: 1) Tribunorum et Notariorum *Principis*, qui civilia tractabant negotia 30, 2, 11. coll. 29, 2, 5. ubi est militans inter primos, et Zosim. V, 34. 40. 2) Tribunorum et Notariorum *Praetorianorum*, qui Praefectis Praetorio additi erant. 3) Domesticorum et Notariorum, qui militaria negotia curabant.

Vocc. *Tribunus* et *militare* de illis non sunt proprio et militari significatu accipienda, imo Tribunus nomen est dignitatis et militia etiam de muneribus aulicis usurpatum occurrit, quemadmodum No-

thriorum munus in Cod. Theodoſ. Lib. VI. Tit. 10. l. 4. p. 91. diſerte vocatur *militia nobilis* et apud Ammianum ipſum Syagrius *ſacramento* exutus eſſe dicitur 28, 2, 9.

Praeter plura Noſtri loca, ubi Notarii ſoli commemorati, utrumque, et Tribuni et Notarii nomen iungitur 17, 5, 15. 19, 9, 9. 20, 4, 2. 28, 6, 12. ſemel inverſe: Notarius et Tribunus 25, 10, 6. ubi quamquam de diverſis perſonis ſermo eſt, id tamen intelligitur, Notarios Tribunis militaribus potiores fuiſſe.

Mittebantur cum mandatis in provincias, v. c. ut, ſi quid turbarum immineret, ſuſpectos homines obſervarent aliave pericula a provinciis averterent 20, 9, 9. 22, 11, 1. 26, 5, 14. reos apprehenderent ac ſiſterent 14, 5, 6. adeſſent etiam, quando illi per tormenta interrogarentur 14, 9, 3. 11, 21. 15, 3, 4. 28, 1, 12. Ipſi Iuliano Caeſari Notarium appoſuerat Conſtantius ad explorandos eius actus 17, 9, 7. 21, 7, 2.

umerarius adparitionis magiſtri equitum 19, 9, 2. idem qui Rationarius: ſic Rationarius adparitionis armorum magiſtri 15, 5, 36. Tractabat ratiocinia numeri ſeu ordinis militaris. v. ſupra Adparitores.

umeri modo minora, modo maiora erant corpora militum e legionibus (numeri Ioviorum 29, 3, 7.), vel etiam gentilibus lectorum, neque tantum cohortes, ut opinatur Valeſ. ad 14, 7, 19. et Lipſius ad plura Taciti loca, verum etiam legiones. v. infra Victores.

O.

fficiales 27, 7, 5. miniſtri ſunt magiſtratuum (Officianten, Subalternen.)

Officiorum Magiſter v. Magiſter.

Ordinariae dignitates i. e civiles, oppoſitae militaribus, 14, 10, 4. et ibi Valeſ. it. 16, 8, 13. v. ſupra Iudices.

Ordines municipales 21, 12, 23. oppidorum 27, 7, 6.

Ordinum primi (Officiere) 16, 12, 20. Frontinus Strateg. I, 11. medios ponit inter Tribunos et Centuriones. Ordines primi eodem ſignificatu eſt 19, 6, 3.

P.

Paedagogiani pueri (Pagen) 26, 6, 15. 29, 3, 3. v. Cod. Theodoſ. Lib. VI. de Caſtrenſianis T. II. p. 227. Gutherius de Officio Domus Auguſtae p. 815.

Palatini 1) omnino miniſtri aulici 22, 4, 1. ubi a Iuliano in exordio principatus palatio expulſi dicuntur. Eorum mores ibid. 2) Anguſtiore ſignificatu ii, qui ſub Comitibus largitionum et rei privatae tributa exigebant et transactis ſtipendiis inter Senatores allegebantur 26, 6, 5. ibique Valeſ. De iisdem ſermo eſt 29, 1, 5. qui de aerario interceperant. 3) milites, qui pro palatio excubabant, oppoſiti limitaneis et ripenſibus. Palatinae ſcholae et primi Palatinarum ſcholarum occurrunt 14, 7, 9. 12.

Pannonica et Moeſiaca (legiones) 29, 6, 13.

Parens publicus, quod ſemel reperitur 29, 2, 7. Gothofredus ad Cod. Theodoſ. T. II. p. 75. idem eſſe putat quod Parens principis, i. e. Patricius, v. Salmaſ. ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. II. p. 292. Interpretes ad Corippum IV. 331. Michaelis literar. Briefwechſel 3, 411. Haubold. de Conſiſt. Spec. II. p. 4—6. 15. Equidem accedere malim Va-

lesio et Ernestio in Glossar., Imperatorem ipsum (Patrem patriae) intelligi putantibus.

Parthica (legio) prima praesidio tenet Singaram 20, 6, 8. in deditionem venit ibid. — secunda Bezabden tuetur 20, 7, 1. — quinta Amidam 18, 9, 3.

Patricii ex Constantini M. instituto supra Praefectos Praetorio fuerunt, qua de re locus classicus est apud Zosim. II, 40. Idem de Theoderici temporibus confirmant Exc. §. 68. Ammianus ipse hanc vocem semel, nisi fallor, habet 26, 6, 7. et Patriciatus columina prima, i. e. summos et nobilissimos Patriciorum 29, 2, 8. cf. Cod. Theodos. T. II. p. 75. Curtius de Senatu Rom. p. 110. sq. Gibbon. T. IV. p. 62—66. et Pudor de Patriciis medii aevi, Lips. 1758.

Perfectissimi appellatio dignitatis. Semel eorum meminit Noster 21, 16, 2. ex quo loco Clarissimis inferiores fuisse Perfectissimos intelligitur.

Petulantes ideo sic dicti, quod licentius contumaciusque agere solebant, 22, 12, 6. nam vel ex moribus vel ex fortitudine legiones nomina accepisse notum est. Celtis iunguntur 20, 4, 20. 21, 3, 2. 31, 10, 4.

(*Phylarchus*) Et huius mentionem et aliarum quarundam apud exteros dignitatum, licet alienam ab Indice magistratuum Romanorum, non omnino praetermittere visum est. Occurrit autem 24, 2, 4. Malechus Podosaces nomine, Phylarchus Saracenorum Assanitarum, ubi sine dubio Malechus orientalis, Phylarchus graeca muneris appellatio et Podosaces nomen gentile viri est. Invenitur vocabulum tam ap. Graecos, nominatim Strabonem non uno loco, quam reliquos scriptores Latinos, v. Gesneri Thes. h. v.

Praefectianus 17, 3, 6. ubi vide.

Praefectus Aegypti 22, 16, 6. „Aegyptus, quae inde uti Romano imperio iuncta est, regitur a Praefectis." it. Procurator Aegypti 17, 4, 5.

Praefectus Annonae curabat annonam urbicam, susceptionem eius in portu, iusta frumenti et panis aliarumque rerum pretia. In pluribus pendens a Praefecto Urbi vel certe parem propemodum cum illo potestatem exercens praeerat Naviculariis, Officii sui Tabulariis, Pistoribus, Mensoribus cet. Corsini de Praef. Urbis Praefat. p. XLV. cf. Cod. Theod. T. V. p. 253. sq. Ex Ammiani loco 28, 1, 31. quo solo Praefecti Annonae meminit, nonnisi hoc intelligitur, fuisse eum dignitate inferiorem et Praefecto Urbi et Vicario Romae.

Praefectus Asiae. Asiam rexerat pro Praefectis 29, 1, 9.

Praefecti Britanniae. Sic numero plurali Martinus agens illas provincias pro Praefectis 14, 5, 7. Alypius, qui Britannias curaverat pro Praefectis 23, 1, 2. recturum Britannias pro Praefectis 27, 8, 10. Valesius Vicarium Britanniarum intelligit, quandoquidem in primo loco Martinus paullo post Vicarius dicatur. Praeterea idem observat, aliud esse agere pro Praefecto, aliud agere pro Praefectis. Illud de eo dici, qui vicibus Praefecti Urbi vel Praetorio in speciali negotio fungatur: hoc de eo, qui ordine codicillorum Vicariam potestatem exerceat. Quod discrimen vereor equidem ut sit perpetuum; quippe dubitationem iniicit locus 28, 1, 12. ubi est: Maximino Romae agere disposito pro Praefectis, qui ta-

men duntaxat ad tempus aegrotantis Olybrii vicem implere iuſſus erat. v. infra Vicarius.

Praefectus Cubiculi (Oberkammerherr) 14, 11, 2. v. ſupra Cubiculum.

Praefectus Praetorio. Primum Auguſtus, conſtituendo duos ex ordine equeſtri praefectos, qui praetorianis cohortibus cunctisque per Italiam militibus praeeſſent, hunc magiſtratum in rempublicam introduxit. Sequentes imperatores, ſervato Auguſti inſtituto, alii duos habuerunt, alii unum Praefectum, donec Commodus, ut reipublicae curis liberatus voluptatibus ſuis poſſet vacare, tres conſtituit iisque etiam rei civilis curam commiſit, quam imperante iam Hadriano affectare coeperant. Poſtea pro tempore et neceſſitate modo pauciores, modo plures creati ſunt, donec Conſtantinus M. non ſolum cohortes praetorianas, quae mortuis Imperatoribus tot bella civilia commoverant, exauctoravit, verum etiam ademptam Praefectis Praetorio poteſtatem militarem in Magiſtros Equitum et Peditum transtulit. Diviſo enim orbe Romano in quatuor praecipuas partes quatuor etiam Praefectos Praetorio fecit, qui ſingulas adminiſtrarent: quorum unus Praefectus Praetorio Galliarum, alter Italiae, tertius Illyrici, quartus Orientis dicebatur. Provincias, quibus quisque praeerat, nominatim recenſere longum eſt; enumeratae reperiuntur in Notitia Imperii, in Hiſtoria Guthriana T. II. extr. et apud Reitemeierum ad Zoſim. II, 33. qui locus claſſicus eſt de Praeff. Praetorio. Hiſtoriam eorum dedit Ritterus in programmate, quod inſcribitur: Hiſtoria Praefecturae Praetorianae ab origine dignitatis ad Conſtantinum M. Vit. 1745. Zoſimus autem, qui l. l. omne Conſtantini inſtitutum reprehendit, adverſarium nactus eſt Diezium (poſtea Profeſſorem Gottingenſem) de imperii adminiſtrandi forma a Conſtantino M. recte atque ſapienter mutata adv. Zoſimum, Lipſ. 1752.

Praefecti Praetorio, exceptis Conſulibus, qui, quamquam adminiſtrandae reipublicae poteſtate deſtituti, (v. ſupra Conſules) illis tamen priores ponebantur, proximi erant ab Imperatoribus: ampliſſimus magiſtratus 21, 6, 5. cui Auguſtus ſummam commiſit rerum 17, 3, 4. cunctae caſtrenſes et ordinariae poteſtates, ut honorum omnium apicem, priſcae reverentiae more Praefectos ſuſpexere Praetorio 21, 16, 2. unde, ubi feſtinato opus eſſet, Conſiſtorianos convocabant et abſente Imperatore in Conſiſtorio praeſidebant 15, 5, 5. civiles iam facti magiſtratus curam gerebant redituum publicorum et imperialium 17, 3, 2. ſſ. item annonae palatinae, militaris et civicae, quare etiam Caeſaribus eorumque Miniſtris ac Palatio annonas et ſalaria praebebant, Valeſ. ad 14, 7, 11. et 10, 4. Supremi iudices erant etiam in cauſſis capitalibus 22, 3, 1. nec poterat ab aliis ad alios iudices appellari.

Inter Praefectos Praetorio fuiſſe, qui Praeſens diceretur, negat Valeſ. ad 14, 1, 10. eo nomine nonniſi Magiſtros militum vocatos eſſe exiſtimans. Ac ſane quidem fallatur, ſi quis quatuor illis, quos diximus, quintum ſuperaddi velit: ipſa tamen vocis collocatio 14, 1, 10. ubi Praeſens a nomine proprio Thalaſſii pluribus verbis disiungitur, de no-

mine Thalassii vix posse cogitari ostendit. Pancirollus in Notit. Imperii p. 1790. Praefectum Praetorio Orientis et Praefectum Italiae appellatos esse scribit Praefectos Praetorio *Comitatus*, quod semper in Comitatu Principis degerent, quam in rem affert l. praecipimus 32. C. de appell. Quid, si Praesens apud nostrum idem significet? Certe et Thalassius Praefectus Orientis erat, et alio loco 23, 5, 6. Sallustius Praef. Praetorio Praesens occurrit, quodque 20, 4, 8. legitur, ab Imperatore nusquam disiungi debere Praefectum in ardore terribilium rerum, sententiae meae aliquantum favere videbatur. Vid. etiam Cod. Theodos. T. II. p. 132.

Praefectis Praetorio plures eodem tempore praefecturas administrare licuisse, eius rei exemplum apud Nostrum est 26, 5, 5. ubi Mamertinus Praefectus Italiae, Africae et Illyrici vocatur; ex Praefectis autem minorem Praefectorum Urbi dignitatem non adspernatos esse ex 27, 3, 5. apparet, ubi de Lampadio sermo est.

Nomina eorum, qui apud Nostrum occurrunt, ne quis requireret, subiungenda duximus:

1) Praefectus Praetorio *Orientis*. Ablabius, obiter tantum commemoratus 20, 11, 3. imperante iam Constantino M. huic muneri praefuerat — Thalassius 14, 1, 10. — Domitianus 14, 7, 9. 15, 3, 1. — Musonianus (etiam Strategius) 15, 13, 1. 16, 9, 2. 17, 5, 15. — Hermogenes 19, 12, 6. — Helpidius 21, 6, 9. — Secundus v. Ind. I. in Sallust. — Nebridius 26, 7, 4. — Araxius, a Procopio Anticaesare ordinatus. 26, 7, 6. — Modestus 29, 1, 10. 30, 4, 2.

2) *Italiae*. Lampadius 15, 5, 4. — Mavortius (Lollianus etiam dictus) 16, 8, 5. Taurus 21, 6, 5. 9, 4. Mamertinus (simul Praefectus Illyrici) 26, 5, 5. — Maximinus, v. Ind. I. — Liberius sub Theoderico rege. Exc. §. 68.

3) *Illyrici*. Anatolius 19, 11, 2. 21, 6, 5. — Florentius, successor eius, antea Praefectus Galliarum 21, 6, 5. — Probus v. Ind. I.

4) *Galliarum*. Rufinus 14, 10, 4. 11, 27. 16, 8, 13. — Florentinus 16, 12, 14. 18, 2, 7. v. Ind. I. — Sallustius. v. Ind. I. — Germanianus 21, 8, 1. 26, 5, 5. — Nebridius 20, 9, 5. a Constantino quidem constitutus, a Iuliano autem mox remotus ab officio. v. Ind. I. — Florentius (rectius fortasse Florentinus) 27, 7, 7. — Viventius 30, 5, 11. v. etiam Ind. I. in Iuventius.

Praefectus Urbi, per periphrasin: urbem aeternam regens 15, 7, 1. regens urbem, et urbis moderator 27, 3, 5. — supremus iudex erat in urbe et suburbicariis regionibus ipsosque Senatores in ius vocabat 28, 1, 16. — Curam habebat eduliorum, unde Tertullus, ingravescente annona, vehementer a plebe vexatur 19, 10, 1. 21, 10, 7. coll. 21, 12, 24. item Orfitus ob inopiam vini 14, 6, 1. providebat, ut pondera et mensurae iustae essent amplitudinis 27, 9, 10. quotannis Ostiam proficiscebatur ad Maiumas, ludi genus, (v. A. Rivinus de Maiumis in Graevii Syntagmate variar. Diss. p. 537. ss.) ubi in aede Castorum sacrificabat 19, 10, 4. Praefectura saepius fungi licebat, et per plures annos continuos 17, 4, 1. 16, 10, 4. 19, 10, 1. 2. coll. 21, 10, 7.

Apud Nostrum nominatim commemorantur: Adelphius (sub Magnentio) 16, 6, 2. —

Ampelius 28, 1, 22. 4, 3. — Apronianus 23, 1, 4. 3, 3. 26, 3, 1. — (Iunius) Baſſus 17, 11, 5. — Cerealis 14, 11, 27. — Claudius 27, 3, 2. 29, 6, 17. — Iuventius (Viventius) 30, 5, 11. it. 27, 3, 11. cf. tamen Corſini. — Lampadius 27, 3, 5. — Leontius 14, 11, 14. 15, 7, 1. — Lollianus (Mavortius etiam dictus) 16, 8, 5. — Maximinus 28, 1, 12. 29, 2, 23. 3, 2. 6, 3. — Maximus 21, 12, 24. — Olybrius 28, 1, 8. 4, 1. — Orfitus 14, 6, 1. 16, 10, 4. — Patruinus 15, 7, 5. — Praetextatus 27, 9, 8. 28, 1, 24. — Rufinus Vulcatius 27, 7, 2. 11, 1. — Ruſticus Iulianus 27, 6, 1. — Symmachus 27, 3, 3. — Tarratius Baſſus 28, 1, 27. — Tertullus 19, 10, 4. 21, 10, 7. — — Conſtantinopoli: Sophronius 26, 7, 2. — Caeſarius ibid. §. 4. — Phronemius ibid. §. 4. et c. 10. §. 8.

Praeter Drakenborchium de Praefectis Urbi Trai. ad Viadr. 1752. et Baruthi 1787. in primis conferri meretur Eduardus Corſini de Praeff. Urbis, Piſis 1766. 4. quippe qui non ſolum indicem horum magiſtratuum prioribus auctiorem et emendatiorem dedit, verum etiam in praefatione generatim de iis commentatus eſt.

Praepoſitus Cubiculi v. Cubiculum.

Praepoſitus Fabricae v. Fabrica.

Praepoſitus Martenſium. Iſtiusmodi Praepoſitos militares inferiores Tribunis fuiſſe docet Valeſ. ad 26, 6, 7.

Praepoſitus Tyrii textrini. v. Miniſter.

Praeſes i. e. Proconſul *Africae.* (Ruricius) 27, 9, 3. 28, 6, 22.

Praeſidalis i. e. qui praeſidatu functus eſt, Valeſ. ad 22, 14, 4. Idem Praeſidialis dicitur 29, 1, 6. Praeſidialis apparitor occurrit 17, 3, 6. et praeſidiale officium 28, 1, 5.

Praeventores et *Superventores* 18, 9, 3. levioris armaturae milites, quorum illi exploratum praemittebantur, hi hoſtibus de improviſo necopinantibus ſuperveniebant.

Primanorum legio 16, 12, 49. Hi ſub magiſtro militum Praeſenti inter Palatinas legiones recenſentur in Notitia Imperii orientalis. v. Valeſ. ad l. c. ubi cum proelio Argentoratenſi interfuiſſe tradantur, in expeditiones eductos eſſe apparet.

Primates ſunt Conſiſtoriani 15, 5, 18. duces militares 24, 7, 1. Primates urbium 14, 7, 1. et ordinis 28, 6, 4. Senatores, hi etiam Ordinis vertices dicti 14, 7, 2.

Primicerius Protectorum 18, 3, 5. Protectorum duces eodem, quo Domeſticorum, ordine ſe excipiebant: Comes — Tribunus — Primicerius — Secundicerius — Decem primi. v. Valeſ. ad l. c. et ſupra Domeſtici.

Primus ordinis Domeſticorum 25, 5, 4. v. ſupra Domeſtici.

Princeps adparitionis Praefecturae Praetorianae 15, 3, 8. 16, 8, 3. Qui in ſingulis officiis ſive apparitionibus Palatinis primum locum obtinebant, hi principes illius officii, in quo primas tenebant, dicebantur, v. Salmaſ. ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. 11. p. 239. Principes officii Praeff. Praetorio e Schola Agentum in rebus erant, exactoque biennio ut plurimum decedebant ac ſequentibus locum dabant; quare 16, 8, 3. ut novum in Rufino notatur, quod is ultra biennium Princeps eſſet.

Principia principales milites, qui privilegiis muniuntur. Principiorum itaque vertices ſunt Tribuni, Centuriones, Draconarii. Valeſ. ad 15, 5,

16. Principes et tribuni 22, 3, 2.

Pro poſtpoſito dignitatis nomine ſignificat Vicarium, v. c. pro Magiſtro Equitum, qui per abſentiam Magiſtri Equitum exercitui praeeſt 15, 13, 3. — pro Magiſtro Officiorum agens 15, 5, 12. — pro Praefectis (Britanniarum) 14, 5. 7. 23, 1. 2. 27, 8, 10. v. ſupra Praefecti Britanniarum — Romae 28, 1, 12. — Aſiae 29, 1, 9.

Proconſularis i. e. qui Proconſul fuit 28, 4, 21. quamquam multi tantum titulo tenus ſic appellati ſunt, qui numquam Proconſules fuerant. v. Cod. Theodoſ. T. II. p. 188.

Proculcatores i. q. Speculatores 27, 10, 10. Dicti etiam Exculcatores apud Vegetium vid. Salmaſ. de re milit. Rom. p. 222. Beſſel. Miſc philol. p. 251.

Procurator Monetae v. Moneta.

Promoti. Sic dicebantur, qui in muneribus civilibus vel in exercitu temporis ordine vel praefectorum arbitrio ad altiorem dignitatis gradum evecti erant. Huc pertinet locus Vegetii, qui II, 3. ſic ait: Legionum nomen — permanet, ſed — robur infractum eſt, cum virtutis praemia occuparet ambitio, et *per gratiam promoverentur* milites, qui *promoveri* conſueverant *per labores.* Apud Noſtrum nonniſi militares (equites) occurrunt 15, 4, 10. Promotos ducens, quod idem eſt ac Promotorum Tribunus 31, 13, 18. Ipſi inter ſe ſibi gradatim ſuccedebant, v. Notit. Imperii p. 1417. Graev. Vox occurrit etiam in Inſcriptione apud Fuchſium in libro Alte Geſch. von Mainz S. 96.

Protectores qui latus Principis protegebant. (Leibtrabanten) v. Domeſtici et Scholae Palatinae. Dignioris ordinis milites erant, unde Tribunis iunguntur 15, 5, 22. et nobili loco nati: ſic 14, 10, 2. Herculanus occurrit, filius magiſtri equitum. Mittebantur in provincias cum Magiſtris ad iuvandas neceſſitates publicas 16, 10, 21. ſiſtebant reos 14, 3, 10. 29, 3, 8. et in cuſtodia ſervabant 29, 5, 7. — Protectorum Schola 14, 7, 9. Protectorum Tribunus 18, 3, 5. Cf. Chifletius in Praef. p. CXVII.

Proximi. De Proximis omnino, qui primi erant in ſingulis ſcriniis poſt magiſtros, vid. Salmaſ. ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. II. p. 239. it. T. I. p. 933. Apud Noſtrum occurrit Proximus admiſſionum (Untercerемonienmeiſter) 22, 7, 2. et Proximus libellorum (Unterrequetenmeiſter) 22, 9, 16.

Q.

Quaeſtor (alias Quaeſitor) Palatii 27, 3, 11. coll. 26, 4, 4. ubi de uno eodemque Iuventio ſermo eſt. In aulis Auguſtorum et Caeſarum iidem fere, quos nunc Cancellarios appellamus, leges et conſtitutiones imperiales literis conſignabant, ad petitiones reſcribebant cet. v. Valeſ. ad 20, 9, 4. et 28, 1, 25. it. Caſaubonus ad Scriptt. Hiſt. Aug. T. II. p. 799. Nominatim apud Noſtrum Quaeſtorum nomine commemorantur Montius 14, 7, 12. Taurus 14, 11, 14. (Hic tamen videtur militaris fuiſſe. Cf. Vicat p. 231.) Leonas 20, 9, 4. Leontius 14, 11, 14. Iovius 21, 8, 3. 22, 8, 49. Iuventius 26, 4, 4. 27, 3, 11. Eupraxius 28, 1, 25. ex quo loco apparet, tum, Quaeſtores Comites Conſiſtorianos fuiſſe, tum, ut ſupra diximus, ſcriptas ab iis eſſe Conſtitutiones imperiales.

R.

Rationalis 15, 3, 4. ex ministro triclinii Rationalis. (Hofwirthschaftsrendant) In provinciis fere erant, quos Germanice appellamus Rechnungsbeamte, 15, 5, 8. ad cuius loci intelligentiam observat Valesius, Rationales in provinciis damnatorum bona et sententia iudicis proscriptorum occupasse et fisco vindicasse. Vid. etiam 22, 4, 9. et 28, 2, 13. Alexander Severus malum necessarium eos appellare solebat, Lamprid. c. 46.

Rationarius adparitionis armorum magistri 15, 5, 36. i. e. Officialis Magistri militum, qui militarium numerorum rationes tractabat, (Kriegszahlmeister) 26, 1, 6. — Rationarius apparitor 18, 5, 1. ubi Ammianus ipse id officium ita describit: circa ratiocinia versabatur, qui, quarumve virium milites ubique agerent; vid. Numerarius.

Rector. Hac voce Marcellinus variationis gratia pro appellationibus munerum propriis utitur, v. c. pro praefecto provinciae: sic Rector Aegypti 22, 14, 6. secundae Pannoniae 15, 3, 7. coll. 16, 8, 3. ubi idem dicitur Consularis; rector provinciae (Phoenices) 18, 7, 3. — pro ducibus militaribus: rector pedestris militiae, i. e. Magister Peditum, 15, 5, 2. 18, 3, 1. Armaturarum 15, 4, 10. Gentilium 15, 5, 6. Scutariorum 14, 10, 8. coll. c. 11. §. 11. ubi est Tribunus.

Referendarius non apud Ammianum ipsum, sed in Excerptis occurrit §. 85. sub rege Theoderico, cuius Quaestor, Cassiodorus, Variar. Lib. VI. c. 17. edit. Aurel. Allobr. 1622. p. 420. formulam Referendariorum hunc in modum exhibet: „Per eum nobis causarum ordines exponuntur, per eum interpellantium vota cognoscimus et ipsis responsa reddimus.“ Erant omnino iidem, qui antea Magistri Dispositionum fuerant.

Reges nomen numeri seu legionis. Batavis coniunguntur 16, 12, 45. ubi vid. Vales.

Regina coniux Augusti 15, 2, 8. Caesaris 14, 9, 3.

S.

Sacerdotalis 28, 6, 10. i. e. qui Sacerdotio functus est. Amplissimi honores municipales fuerunt Aedilitas, Sacerdotium, Flaminium, Duumviratus. Differunt Sacerdotes a Flaminibus: illi territoriorum, hi sola municipiorum sacra curabant. Munus sacerdotum, cum valde onerosum esset, non erat perpetuum, quo administrato appellabantur Sacerdotales ad analogiam vocc. Consularis, Praesidalis cet.

Sarcinalium principis iumentorum Actuarius 15, 5, 3. vid. Actuarius.

Scholae. Sic dicebantur cohortes militum pro palatio excubantium, propterea quod scholas sive aedes iuxta palatium habebant, v. Suidas s. v. Σχολάριοι. Numero erant 3500. et maiora, quam legiones, stipendia merebant. Inter eos, qui dignioris essent ordinis, Protectores vocabantur, a quibus in Cod. Theodos. l. 6. et 9. diserte distinguuntur Domestici, dignitate quippe inferiores. Repugnare quidem videri possit Ammianus, apud quem 14, 10, 2. *Protector Domesticus* et 18, 8, 11. *Domesticus Protector* nulla interposita copula legitur, sed sic idem Gentiles Scutarios dixit 20, 2, 5. licet hi

quoque differant. — Commemorantur Scholae Palatinae et Protectorum, et Palatinarum Scholarum primi 14, 7, 9. 12. — Domelticorum 26, 5, 3. Scutariorum prima et fecunda 22, 11, 2. prima 26, 1, 4. fecunda 25, 10, 9. 26, 1, 5. Scholarum capita 25, 10, 8. Agens fcholarum 26, 1, 5.

Scurrae vide Valef. ad 15, 9, 8. et quae notavimus ad 29, 4, 4.

Scutarii a fcutis dicti, quibus potiffimum utebantur, inter fcholas Palatinas militabant. Apud Noftrum non uno loco occurrunt. Dux eorum vocatur Rector 14, 10, 8. Tribunus ibid. c. 11. §. 11. it. 16, 11, 6. 19, 11, 16.

Semper Auguftus 17, 5, 9. Hic, quantum equidem fcio, primus locus eft, unde intelligitur, Imperatores titulo *Semper Auguftorum* ufos effe. Videtur autem occafionem illi ufurpationi dediffe, quod rex Perfarum fefe appellaverat regem regum, fiderum participem, fratrem folis ac lunae: cuius tumori ut aliquam imperator et ipfe verborum opponeret magnificentiam, refcripfit Victor terra marique Conftantius femper Auguftus. Sic Iuftinianus in ea Conftitutione, quae a verbis Deo auctore incipit, inclytum victorem ac triumphatorem femper Auguftum fe appellat. v. Curtius de Senatu Rom. p. 11. inprimisque Püttmanni de Titulo Semper Auguftus Diatribe Lipf. 1791. 8.

Senator ex Palatino milite 26, 6, 5. ubi vide.

Senatus dicitur coetus ampliffimus 28, 1, 48. Senati Caput, i. e. Conful, Exc. §. 53.

Spadones v. Eunuchi.

Stabuli Tribunus alias Comes. (Oberftallmeifter) 14, 10, 8. 20, 4, 4. 28, 2, 10. 30, 5, 19. qui ftabulum curabat 31, 13, 18.

Strator duplici apud Noftrum fignificatione occurrit. Nam 29, 3, 5. intelligitur, qui in provincias mittebatur ad equos ftabulo Imperatoris vel bello aptos exquirendos, deducendosque. v. Cod. Theodof. T. II. p. 224. Salmaf. ad Scriptt. Hift. Aug. T. I. p. 718. T. II. p. 180. — 30, 5, 19. autem, ubi *miles* additur (quia Stratores inter Scholas Palatinas militabant) eft is, qui equum Principis curabat et hunc in eum allevabat. De vocis fignificationibus etiam in viarum ftratura diverfis optime expofuit Fuchfius in libro: Alte Gefch. von Mainz S. 42.

Superventores 18, 9, 3. v. Praeventores.

(*Surena*) 24, 2, 4. nomen dignitatis, non gentis. In aula Perfica fic dicebantur, qui proximi erant a rege.

Sufceptores 17, 10, 3. i. e. ii, qui annonam militarem a provincialibus exactam fufceptamque in horrea inferebant militibusque erogabant, acceptis pittaciis, unde, quantum et quo die effet erogatum, appareret. Sufcipientes dicuntur 19, 11, 3.

T.

Tabularius praefidialis officii 28, 1, 5. et ibi Valef. i. e. qui tabulas publicas civitatum et rei tributariae rationes tractat

Tertiacorum equeftris numerus 25, 1, 7. Nifi cum Lindenbrogio legendum Tertianorum, uti eft in Notitia Imperii Occident. p. 1840.

Thalamus v. Cubiculum.

Thebaeae legiones 14, 11, 15. In Notitia Imperii fub Magiftro militum per Thracias recenfentur.

Thefaurorum Comes v. Comes n. 11.

Tribunus nomen multis prae-

fectis militaribus commune. Apud Noſtrum occurrunt Tribuni Armaturarum 14, 11, 21. 15, 5, 6. 27, 2, 6. — Domeſticorum 20, 4, 21. — Fabricarum 14, 7, 18. 9, 4. Fabricae Cremonenſis 15, 5, 9. et Notarius, v. Notarius. — Protectorum 18, 3, 5. — Scutariorum, v. Scutarius. — Stabuli 14, 10, 8. 20, 4, 4. 28, 2, 10, 30, 5, 19. — Vacans, ubi vide. — Vexillationum 25, 1, 9.

Tricesimani milites legionis triceſimae 18, 9, 3.

Tungricani 26, 6, 12. 27, 1, 2.

V.

Vacans Tribunus i. e. qui honorem quidem tribuni et annonas ac ſalaria accipit, ſed nullum habet certum numerum, quem regat. Sic Marinus Tribunus ex Campidoctore vacans 15, 3, 10. vid. etiam 16, 17. extr. 18, 2, 2. 31, 13, 18. Alias tamen voc. vacans non ſupernumerarium, ſed emeritum ſignificat, praeſertim in muneribus civilibus et palatinis; v. c. Comitum Conſiſtorianorum, quibus emeritis in Conſiſtorio vel adeſſe vel abeſſe licebat.

Veluti. Haec vox interdum nominibus dignitatum a noſtro praeponitur, v. c. Diodorus quidam veluti Comes 22, 11, 9. ubi Marcellinus ipſe non ſatis cognitum habuiſſe videtur, Comesne an aliud quid fuerit is, de quo ſermo eſt. Sed veluti regulus 29, 5, 1. idem eſſe puto quod Subregulus 17, 12, 11. Cf. tamen 14, 11, 14. ubi *ut* et *quaſi.*

Vexillationum tribuni 25, 1, 9. Vexillationes, Vexillarii Ammiani aetate erant equites, opponuntur enim Legionibus et Numeris, v. Cod. Theodoſ. T. II. p. 314. Secus fuit antiquiore aevo. v. Erneſti Exc. I. ad Tacitum T. II. p. 669 edit. ſecundae.

Vicarius. Ammianus hanc vocem non uno modo exprimit: pro Praefectis 14, 5, 7. agens vicem 15, 4, 10. agens pro 15, 5, 12. curans vicem 29, 5, 6. vicariam curans 17, 11, 5. poteſtas vicaria per Italiam 27, 7, 5. regens vicariam Praefecturam 28, 1, 5. Ritterus ad Guthrium T. V. p. 104. ſic ſcribit: Omnes Vicarii erant Vicarii Praefectorum Praetorio ſive illuſtriſſimae Praefecturae, et in ſuis quisque Provinciis lites, quaeſtionesque tractabant, ſiquidem litigantes transigendae controverſiae cauſſa ab inferioribus iudicibus ad hos reiiciebantur. Cedebant autem dignitate Proconſulibus, v. Notit. Imp. et Notit. Dignitat. Cod. Theodoſ. T. VI. P. 2. p. 25. Apud noſtrum occurrit Vicarius Aſiae 27, 9. 6. Africae 28, 6, 8. Hiſpaniae 23, 1, 4. Italiae 27, 7, 5. ubi vid. Valeſ. Vicarius urbis Romae 28, 1, 5. ex quo capite §. 6. intelligitur, Vicarium urbis Romae dignitate ſuperiorem fuiſſe Praefecto Annonae et proximum a Praefecto Urbi.

Victores. Legiones Ioviorum et Victorum 25, 6. 3. 26, 7, 13. 27, 8, 7. 29, 3, 7. it. de Victorum numero (i. e. legione) miles 24, 4, 23.

Utricularii 24, 3, 11. 25, 6, 15.

Z.

Zabdiceni ſagittarii 20, 7, 1. In Notitia Imperii ſub Duce Meſopotamiae recenſentur.

Ziannorum legio 25, 1, 19. In Notitia Imperii Orientalis ſub diſpoſitione Magiſtri militum per Thracias dicitur. Erant autem Zianni (uſitatius Zanni) populi Armeniis finitimi.

INDEX III.

VOCABULORUM ET LOCUTIONUM, QUAE IN NOTIS ILLUSTRANTUR.

(*Hunc Indicem et ſequentem, mea opera confectos, addere ſatius viſum eſt quam omittere.* ERF.)

A.

A et x confuſa 15, 3, 4.
Abiectius an pro ſimplicius 21, 5, 2.
Aborigines 15, 9, 3.
Abruptus periculoſus 14, 5, 8. 26, 2, 1.
Abſolutus planus et perſpicuus 14, 10, 13.
Absque praeter (χωρὶς) 17, 13, 10.
Absque et adusque confuſa 18, 10, 3.
Abuti frequenter uti 14, 8, 6.
Accidentia 15, 1, 3.
Acervi malorum 14, 1, 5.
Ad omiſſum 16, 8, 4. 17, 13, 24. 23, 5, 55.
Ad redundans 16, 12, 54.
Ad ſtudia 16, 5, 3.
Adfigere crimina 14, 1, 2.
Adfingere crimina. v. Adfigere.
Adventare (ad) aliquid 29, 5, 55.
Advolare (ad) aliquem 16, 8, 4.
Adusque et absque confuſa 18, 10, 3.
Aeque omiſſum 22, 5, 4.
Aëria et erraria confuſa 15, 5, 24.
Alvei (Canots) 16, 11, 9.
Ambitio gratia virorum potentium 22, 4, 7.
Ἀμβλωθρίδια φάρμακα 16, 10, 17.
Amoenitas cultus amoenior 16, 2, 1.
Ampla pro anſa 21, 2, 2.
Ancoralia 14, 2, 2.
Ante v. Poſt.
Appetere pro appropinquare 14, 2, 2.
Appoſita fines 15, 8, 7.
Argumentum pro argutia 20, 11, 12.
Arma cogentes 16, 2, 10.
Aſtus et geſtus confuſa 16, 10, 16.
Auctor 16, 7, 3. promotor 21, 10, 7. — *Auctores*, qui urbem colonis frequentavere 28, 1, 4.

B.

Baiulus pro tabellarius 15, 5, 9. 28, 1, 33. — Baiulorum praecentor 14, 7, 17.
Baſternae 14, 6, 16.
Bene adiectivis iunctum auget 14, 2, 17.
Bonae voluntatis eſſe Exc. §. 59.
Brasmatiae 17, 7, 13.
Buſtuarius latro 28, 1, 12.

C.

Calce tenere 15, 3, 4.
Capilli fluentes 30, 5, 11.
Captus. pro captu rerum 16, 10, 1.
Castra aula Principis 16, 8, 1. 18, 5, 6.
Cavillationes de mimis 30, 4, 21.
Cautio chirographum 28, 4, 25.
Cautus tutus 14, 3, 8.
Celeber pro celer 21, 13, 6.
Celebrari an pro celerari 14, 7, 2.
Celsae potestates 14, 1, 10.
Chasmatiae 17, 7, 13.
Cibi refectio i. e. refectio per cibum 16, 12, 11.
Circummuranus 14, 6, 4.
Circumspectus (περίβλεπτος) 14, 6, 6.
Cirri 14, 6, 20.
Citerior vita 14, 1, 7. 16, 10, 11.
Clam mordax canis 15, 3, 5.
Climatiae 17, 7, 13.
Clitellae bovi (proverb.) 15, 5, 10.
Collegium fastorum. in c. f. adsciscere 16, 1, 1.
Comitatus aula principis 14, 5, 8.
Commonitorium libellus memorialis 28, 1, 20.
Commotius ingenium 22, 10, 3.
Concaedes arborum 16, 12, 15.
Concedere reliqua 16, 5, 15.
Concita facundia 30, 4, 5.
Concorporales contubernales 21, 12, 15.
Confirmatio numeri militares arte bellandi praeclues 16, 12, 49.
Congressio stataria 14, 2, 8.
Conquisita 17, 3, 2.
Consecrati principes 16, 10, 12.
Consilium pro concilium 20, 5, 7.
Consistens an pro constans 16, 7, 6.
Contactus (particip.) *aliqua re* poetis magis, quam historicis sollemne 14, 1, 3.
Contemplabilis active 30, 5, 16.
Controversiam intromittere (δίκην εἰσάγεσθαι) 30, 4, 19.
Controversus pro contraversus 14, 2, 3. 22, 15, 4.
Contus 18, 5, 6.
Convelare 30, 4, 20.
Convena (adiect.) 15, 5, 25.
Corpora tirones 19, 11, 7. — *Corpora intecta* 15, 4, 11.
Corrigere (κατορθοῦν) 16, 1, 2. 17, 13, 26.
Culta 14, 6, 10.
Cunctus totus, indivisus 16, 7, 7.
Currere pro salute (τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς) 24, 4, 20. v. Addenda.
Curriculum pro spatio temporis 17, 13, 11.

D.

Dare pro dedere 14, 11, 32.
De redundat 29, 3, 8. 31, 5, 12.
De fumo in flammam (proverb.) 14, 11, 12. 28, 1, 26.
De industria fortiter 25, 7, 3.
Debitor voluntarius 28, 4, 25. *proprius* ibid.
Demum et *deum* confusa 17, 13, 34.
Denique tandem 17, 12, 10.
Dentatae et *tentatae* confusa 19, 6, 4.
Deserere sc. militiam 31, 7, 4.
Deum et *demum* confusa 17, 13, 34.
Dicta tributorum indicta 16, 5, 15.
Diffidere et *dividere* confusa 23, 1, 2.
Dignum par, aequum 21, 3, 4.
Directus obstinatus, severus 27, 11, 6.
Diribitores 18, 5, 6.
Discurrere differere 17, 4, 1.
Disponi de annona 14, 7, 5.
Distinctor iustorum et iniustorum 18, 1, 2
Dividere et *diffidere* confusa 23, 1, 2.
Divortia riparum 15, 4, 3.
Diuturnus dux 16, 2, 2.

Dubietas 22, 14, 4.
Dum et *dux* confuſa 23, 5, 20.
Dux et *dum* confuſa 23, 5, 20.

E.

Efficacia induſtria 16, 12, 25.
Efficax induſtrius 16, 4, 4.
Elementum. per utrumque elementum, i. e. terra marique 17, 13, 15.
Ellipſis voc. *ad* 16, 8, 4. 17, 13, 24. 23, 5, 55. *aeque* 22, 5, 4. *magis* 19, 11, 7. *in* 27, 8, 2. ſubſtantivi poſt participium 16, 12, 6. 28, 1, 45.
Elogium 14, 5, 5. 7, 2.
Emercari paſſive 21, 6, 8.
Emitari. Sic fere ſcribitur in Codd. pro *imitari* 14, 6, 16.
Eorum pro ſua 16, 12, 52.
Erga inſolentior vocis uſus 14, 1, 8. 16, 10, 7. 21, 16, 1.
Erraria et *aëria* confuſa 15, 5, 24.
Error et *horror* confuſa 29, 5, 49.
Eſcendere conſcendere 16, 12, 58.
Eſſe. non multum fuit (abfuit) 18, 6, 11.
Exabuſus (particip.) abuſus 25, 7, 8.
Ex adulto iamque maturus 16, 7, 5.
Exambire 26, 7, 6.
Examina aetatum, dilationum 21, 5, 4.
Exercitus et *exertius* confuſa 16, 12, 46.
Exertius et *exercitus* confuſa 16, 12, 46.
Exertius acrius 16, 12, 46.
Exertus 27, 10, 16.
Exitus an exitus vitae 14, 11, 21.
Exnunc 21, 10, 2.
Exſequiae cadavera 29, 2, 23.
Exurere bello 30, 1, 22.

F.

Fatali ſorte decedere 17, 11, 5.
Favorabilis 17, 13, 25.
Firmare conſilium 17, 8, 2.
Forceps voc. rei militaris 16, 11, 3.
Formae fiſtulae et canales, quibus unda adducitur aut derivatur, 28, 2, 3.
Formula letatis 14, 1, 3.
Fortius ſeverius 19, 12, 17.

G.

Gemini teſticuli 16, 7, 5.
Genus. ullo genere 18, 1, 13.
Geſtus et *aſtus* confuſa 16, 10, 16.
Gignentia pecudes 23, 6, 68.
Gloriae res glorioſe geſtae 16, 11, 7.
Gracilitas vocis 18, 4, 5.
Graeciſmi: *Supercilia fluvii* (ὀφρὺς) 14, 2, 9. *quidam* (τὶς) 14, 5, 6. *circumſpectus* (περίβλεπτος) 14, 6, 6. *verecundus* (αἰδοῖος) i. e. venerabilis ibid. *videre* (ἰδεῖν) pro ſalutare 14, 7, 10. *impetrabilis* (δραστήριος, πρακτικὸς, δεινὸς) 14, 8, 5. *madefacti poculis* (ὑποβεβρεγμένοι) 15, 3, 7. *indeclinabilis* (ἀκλινὴς) 18, 1, 2. *ſuper his* (ἐπὶ τούτοις) i. e. praeterea, 17, 13, 4. *multa et nefaria* (πολλὰ καὶ —) 17, 13, 1. coll. 23, 5, 23. *absque* (χωρὶς) praeter, 17, 13, 10. *latere* cum participio (λαθεῖν ποιοῦντά τι) 27, 12, 7. 30, 7, 6. *Currere pro ſalute* (τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς) 24, 4, 20. v. Addenda. *magis* omiſſum, ut Graec. μᾶλλον 19, 11, 7. 26, 4, 1. *Docere filias tonſtrices* 16, 8, 10. v. Addenda. *Sentire noſtra* (φρονεῖν τὰ ἡμέτερα) 21, 6, 7. *controverſiam intromittere* (δίκην εἰσάγεσθαι) 30, 4, 19. *Corrigere* (κατορθοῦν) 16, 1, 2. 17, 13, 26. *Opinatus* (δεδοκιμασμένος) 21, 6, 3. *ſine ullo pulvere* (ἀκονιτὶ) 19, 11, 7. *poſt* (μετὰ) ubi vide.

H.

Haerere in aliquid 14, 9, 2.
Hauriri ſiti 19, 8, 7.
Hora et *horror* confuſa 21, 2, 2.
Horret imperſonaliter poſitum 29, 2, 15.
Horror et *hora* confuſa 21, 2, 2. et *error* 29, 5, 49.
Humilitare 29, 2, 15.

I.

Ictus impetus 18, 8, 12.
Imitari v. Emitari.
Impendio pro impenſe 14, 1, 9.
Impenſae caementa 29, 6, 11.
Impetere 24, 3, 5.
Impetrabilis (δραστήριος, πρακτικὸς, δεινὸς) 14, 8, 5.
Implere efficere 14, 1, 5. perfectum exhibere 27, 6, 15.
In omiſſum 27, 8, 2. redundans 17, 2, 1.
Incedens veſpera 20, 11, 24. 31, 11, 4.
Incedentes viventes 19, 12, 13. 26, 10, 10.
Incentivum 14, 1, 2.
Inconſummatus 21, 10, 8.
Incruentus non dirus 26, 9, 11.
Indeclinabilis (ἀκλινὴς) 18, 1, 2.
Inde uti ex quo 15, 11, 6.
Indictionale augmentum 17, 3, 5.
Infirmis 20, 6, 6.
Initium auſpicium 21, 11, 2.
Innoxius paſſive 22, 3, 5. 9, 11.
Inſignia codicilli dignitatis 28, 1, 13.
In ſolido i. e. in tuto 14, 2, 17.
Inſtitutores conditores 20, 7, 1.
Inſtrumentum ἐφόδιον 29, 2, 18.
Intendens veſpera 20, 11, 24. 31, 11, 4.
Interlunis 19, 6, 7.
Interpatere 14, 8, 8.
Interpellare appellare de ſolvendo 17, 3, 6.
Interpretium παράλληλον 28, 1, 18.
Inuſitatus inviſitatus 30, 4, 17. 31, 3, 8.
Inutilis pernicioſus 14, 6, 15.
Iudiciale ſecretum 15, 7, 5.
Iudicium arbitrium 25, 5, 8.

L.

Labi elabi 16, 11, 6.
Latera regiones urbis 14, 1, 6.
Latere c. particip. 27, 12, 7. 30, 7, 6.
Laxamentum dilatio 16, 5, 15.
Lectio allegatio, auctoritas 30, 4, 18.
Lenunculus 14, 2, 10.
Levi ſudore 15, 12, 5.
Lex religio 15, 7, 6. 20, 7, 7.
Libellus epiſtola 16, 5, 3.
Limibus pro limis 20, 9, 2.
Lingua terrarum 14, 8, 4.
Litterae codicilli dignitatis 28, 1, 13.
Locales aerumnae 14, 7, 5.
Localiter 15, 12, 3.
Lucrari poenam 19, 3, 3.

M.

Magis omiſſum 19, 11, 7. 26, 4, 1.
Magiſtratus duumvir 31, 6, 2.
Magnanimi et *magni* confuſa, ſi recte conieci, 21, 5, 1. [Eadem permutatio eſt in Cicer. de Offic. 1, 24, 1.]
Manubiae 17, 7, 3.
Maſſa fundus 14, 11, 26.
Maxime perite 21, 16, 7.
Maximus et *proximus* confuſa 16, 10, 7.
Medius princeps 14, 9, 2.
Membra urbis 15, 7, 5.
Merere accipere 17, 12, 14.
Metus ſollicitudo 30, 10, 6.
Milites κατ' ἐξοχὴν Romani 16, 12, 47. 19, 11, 11.
Militia aula principis 28, 4, 20.
Minae turrium 20, 6, 2.
Miſere mire 21, 9, 3.
Mobilis cenſus 26, 8, 13. 28, 1, 3.

Modo non 14, 7, 8.
Modus. pacis modo 19, 2, 2.
Molendinariae metae 17, 4, 15.
Molinae 18, 8, 11.
Mortalitas homines 20, 3, 10.
Mox vix 14, 10, 16.
Multa et nefaria (πολλὰ καὶ —) 17, 3, 1. coll. 23, 5, 23.
Mundus genus humanum 14, 8, 8.
Munire verbum iuris 30, 4, 16.
Munitores oppugnatores 21, 12, 12.
Murci 15, 12, 3.
Mycematiae 17, 7, 14.

N.

Naturale urgens 30, 1, 20.
Navales focii 21, 12, 11.
Nautici nautae 16, 12, 51.
Nobilitas fenatus 21, 12, 24.
Nullo et *pullo* confufa 20, 4, 17.
Nullum pro nihilum 14, 1, 4.
Numeri v. Ind. II.

O.

Obductio (obnuptio) *capitum* 14, 7, 21.
Obedientes cives 15, 12, 4.
Obnixe 24, 2, 11.
Oceanum mare 23, 6, 12.
Οι et υ confufa 23, 6, 63.
Opinatus (δεδοκιμασμένος) 21, 6, 3.
Ordo Senatus 22, 9, 4.
Origines auctores, conditores 15, 9, 3. 23, 6, 35.

P.

Palinodia vetus cantio 18, 5, 4.
Parcimonia. fine ulla parc. 17, 10, 6. 19, 11, 14.
Partilia fata 14, 11, 15.
Parvitas paucitas 18, 4, 5.
Parum pro minus 17, 4, 14.
Peragranter 14, 1, 6,
Pelles. fub pellibus, i. e. in caftris aeftivis, 19, 11, 4. 20, 6, 9.
Periculum. Sui periculi iudices 31, 4, 11.
Peritus omnibus numeris abfolutus 30, 10, 6.
Perfpicaciter inquirere 15, 2, 8.
Pertinere retinere 30, 3, 3.
Pervium per quod iter faciundum eft 14, 11, 13.
Petere ad aliquid 16, 12, 54.
Pilare 14, 2, 3.
Pleonafmi: *ad* 16, 12, 54. 22, 8, 47. *de* 29, 3, 8. 31, 5, 12. *denique tandem* 17, 12, 10. *ut quafi* 15, 5, 3.
πλούμη pluma 16, 5, 5.
Poenalia clauftra 15, 3, 11.
πολιτευόμενοι et πολιτευταὶ decuriones 22, 9, 4.
Pondus fuperbia cum faftidio iuncta 27, 9, 5.
Poft, ut Graecum μετά, pofito uno vocabulo ac maxime nomine proprio totum aliquod factum fignificat, 17, 8, 1.
Praecipua virtutes 16, 7, 4.
Praedicta praecepta 16, 5, 2.
Praefepultus 14, 11, 21.
Praetenturae 24, 3, 1.
Praeterinquirere 15, 5, 12.
Precativus 16, 8, 4.
Prefteres 17, 7, 4.
Primaevus admodum iuvenis 15, 8, 12.
Proba fpecimen 21, 16, 21.
Procudere ingenium 15, 2, 8.
Procul dubio haud dubitanter 22, 3, 7.
Procurare et *procurrere* confufa 20, 4, 8.
Procurrere et *procurare* confufa 20, 4, 8.
Profeffio conditio, ars 14, 7, 18.
Proloquium 28, 1, 11.
Proludia exercitatt. militares 14, 11, 3.
Promifce pro promifcue 15, 12, 2. 20, 6, 7.
Propugnare alicui. Sic femper Ammianus, 21, 13, 4.
Proripere prorepere 30, 7, 6.
Profequi verbum iuris 22, 10, 5.
Profperatus honor 15, 8, 10.

Prosperitas assensus 15, 8, 5.
Provisiones 17, 3, 3.
Proximus et *maximus* confusa 16, 10, 7.
Pseudothyrum 14, 1, 3.
Pugiles an gladiatores 14, 7, 3.
Pullo et *nullo* confusa 20, 4, 17.
Pullo silente 20, 4, 17.
Pulsare existimationem alicuius 18, 4, 4. *vitam* 15, 5, 4.
Pulvis: fine ullo pulvere (ἀκονιτὶ) 19, 11, 7.

Q.

Quidam. Singularis voc. usus 14, 5, 6.
Quinquagenarius 18, 2, 6.

R.

Recingi 26, 5, 3.
Recludere denuo claudere 16, 10, 1.
Recte recta 15, 7, 3.
Recuperare reparare Exc. §. 67.
Refutare repudiare 17, 5, 12.
Regales filii regum et agnati 16, 12, 25.
Remeare (ad) *fedes* 17, 13, 34.
Remulcus 18, 5, 6.
Repedare pedem referre 17, 2, 2.
Resecrare religione solvere 24, 6, 17.
Rumigeruli 14, 1, 2.

S.

Sacricola 22, 14, 3.
Sarcina conditionum, tributorum, vectigalium 17, 12, 11.
Satira. per fatiram 16, 6, 3.
Scalae 14, 7, 16.
Secius gesta 27, 2, 1.
Secretiora artes magicae 14, 6, 14.
Secus sc. quam par est 20, 8, 11.
Secus pro sexus 16, 11, 9.
Sedes s. *sedeta* loca, in quibus milites citra expeditionum necessitatem commorantur, 14, 2, 12.
Seditiones mutationes domiciliorum 17, 13, 23.
Sentire nostra (φρονεῖν τὰ ἡμέτερα) 21, 6, 7.
Sequester internuntius 14, 7, 21.
Sequestrare componere 17, 13, 29.
Sibilare et *simulare* confusa 31, 12, 12.
Silices viae 14, 6, 16.
Simulare et *sibilare* confusa 31, 12, 12.
Situs structura, proportio 21, 16, 19.
Sodalicius adiect. 15, 9, 8.
Sollemnia de tributis 20, 8, 4.
Sonus quartae declin. 30, 6, 3.
Species indumentum 14, 9, 7.
Sperare timere 14, 7, 5.
Sponte propria 14, 6, 2.
Stationes agrariae 14, 3, 2.
Subsidium 16, 12, 54.
Substantialis tutela 14, 11, 25.
Suffragatores 22, 6, 5.
Sui pro suus, a, um 16, 12, 64.
Super his (ἐπὶ τούτοις) 14, 1, 5. 17, 13, 4.
Supercilia fluvii 14, 2, 9.
Supplicare aliquem, supplicem reddere 30, 8, 10.
Supposita obvia quaeque 14, 1, 10.
Supreme τὰ λείψανα 21, 1, 5.
Suscipere (ἀποδέχεσθαι) de clientibus 14, 6, 6.
Suscepti clientes 30, 4, 15.
Suspectus suspiciosus 29, 4, 5.
Suspensus sc. in eculeo 15, 5, 13.
Syringes cavernae minutae terrarum 17, 7, 11.

T.

Tantum aberat, ut — cum 15, 3, 5.
Temere σχεδίως 14, 2, 10.

Tenacitas maligna parſimonia 17, 9, 7.
Tentare tenere 19, 6, 4.
Tentatae et *dentatae* confuſa 19, 6, 4.
Tentoria et *territoria* confuſa 16, 12, 59.
Teſſera ſollemnis 14, 2, 15.
Tirocinium tirones 30, 6, 1.
Totus pro omnis. tota facilitate 15, 1, 2. coll. 16, 12, 51.
Tranſenna. per tranſennam 20, 11, 22.
Typhones 17, 7, 4.

V.

Vanities 21, 1, 13.
Veiovis (nomin.) 17, 10, 2.
Vernacula ſcurriliter dicta 17, 11, 1.
Vernum ſc. tempus 18, 4, 1.
Vertices 14, 7, 2.
Veſci et *vinci* confuſa 24, 2, 6.
Videre (ἰδεῖν) ſalutare 14, 7, 10.
Vilitates 14, 6, 2.
Vinci et *veſci* confuſa 24, 2, 6.
Vires iuventutis ſuboles 15, 9, 7.
Virus (Genit.) 18, 4, 3.
Ultrimqueſecus 21, 12, 9.
Ulyxes dicebant veteres Latini 27, 8, 4.
Undabundus 17, 7, 11.
Volentes quicunque 18, 1, 4.
Urbs aeterna 14, 6, 1.
Utilis locuples Exc. §. 61.
Ut quaſi 15, 5, 3.

Y.

υ et οι confuſa 23, 6, 63.

IV.

INDEX AVCTORVM,

QVI IN COMMENTARIO ILLVSTRANTVR VEL EMENDANTVR.

(Prior numerus Tomum Commentarii, posterior paginam significat.)

A.

Acta Ephesini Concilii I, 439. 511.
Acta Martyrum Tarachi, Probi et Andronici I, 64. II, 216.
Aelianus I, 501.
Antoninus v. Itinerar. Antonini.
Appianus I, 522.
Apuleius I, 13.
Aristophanes Byzantius II, 333.
Aristophanes Comicus I, 475. II, 69.
Arnobius II, 36.
Arrianus I, 197.
Artemidorus I, 92.
Athanasius I, 99. 129. 376.
Athenaeus II, 15.
Auctor Panegyrici Constantio dicti I, 221. 423.
Avienus II, 55.
Aurelius Victor I, 242. 268. 271. II, 106. 393.
Ausonius II, 53.

B.

Basilius I, 66. 137.

C.

Caesar I, 284. 513.
Capitolinus II, 110.
Cassiodorus I, 349. II, 145.
Chronicon Alexandr. I, 451. II, 92.
Chronicon Reichersp. I, 413.
Chrysostomus I, 37. II, 68. 284.
Cicero I, 156. II, 364.
Claudianus I, 444. (bis)
Codex Theodos. I, 79. 80. 129. (ter) II, 214. 238. 273.
Collatio I. Carthaginensis II, 264.
Concilium in Trullo II, 272.
Constantinus I, 67. 287.
Cornelius Nepos II, 54.

D.

Damascius I, 73.
Dio Cassius I, 234. 253. 593. II, 87. 116. (bis) 274.
Diogenes Laertius I, 77.
Dionysius Alexandrinus II, 53.
Dionysius Halicarnass. I, 387.

E.

Epigramma inter Catalecta vett. Poett. I, 306.
Epist. 2. Concilii Aquileiensis I, 408.
Evagrius I, 473.
Eunapius I, 63. 75.
Euripides I, 466.
Eusebius I, 129. 473.
Eutropius I, 89. sq. 522. II, 70.

F.

Facundus II, 209.
Festus II, 182.
Firmicus I, 410.
Frodoardus II, 238.

G.

Gregorius Nazianz. I, 473.

H.

Hegeſippus I, 57. 396.
Herodianus I, 105.
Heſychius I, 276. II, 390.
Hierocles II, 380.
Hieronymus I, 131. 156. 377. II, 215.
Hilarius I, 28.
Hiſtoria Miſcella II, 140.

I.

Incerti ſcriptores apud Suidam I, 56. II, 54.
Inſcriptiones II, 209. 384.
Iordanes I, 91.
Itinerarium Antonini I, 177. 423. 432.
Itinerarium Burdegal. I, 423. II, 181. 182.
Iulianus I, 59. 114. 124. 176. ſq. 312. 482. 483. II, 5.

L.

Lampridius II, 274.
Leo I, 287.
Libanius I, 10. 52. 55. 91. 240. 273. 284. 393. 400. 402. II, 4. 61. 78. 86. 160.
Livius II, 74.
Lucanus I, 505.

M.

Marcianus Capella II, 209.
Menander Protector I, 206.

N.

Nicephorus I, 409.
Nonnus I, 22.
Notitia Africae II, 306. 310.
Notitia epiſcoporum, qui Chalcedonenſi Synodo ſubſcripſerunt I, 70. 320.
Notitia occidentalis imperii II, 88. 183.

O.

Ovidius I, 278. 409.

P.

Plinius I, 153. II, 25. ſq. 34. 63.
Plinius Secundus I, 431.
Plutarchus I, 101.
Pollio I, 235.
Porphyrius II, 71.
Procopius I, 80. 420.
Propertius II, 87.
Prudentius II, 217.
Ptolemaeus I, 166. 451. II, 264. 310.

R.

Rufinus I, 397.
Rutilius II, 146.

S.

Seneca II, 19. 68.
Sidonius II, 308.
Simplicius II, 29.
Socrates I, 272. 409. II, 351.
Sozomenus I, 137. 382.
Spartianus I, 382.
Stephanus Byzantius I, 17. 410.
Strabo I, 157. 513. 514.
Suidas I, 416. II, 276. (bis) 368.
Symmachus II, 205.
Syneſius I, 511.

T.

Tabula Pentingerorum II, 264.
Tertullianus I, 68. 152.
Themiſtius, I, 353. II, 126.
Theophylact. Simocatta I, 11. 268.

V.

Varro I, 310.
Vegetius I, 222.
Vopiſcus I, 249.

X.

Xenophon II, 60.

Z.

Zonaras I, 399. II, 274.
Zoſimus I, 82. 195. 240. II, 14. 75. 86. 163. 363.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Commentarii T. I. p. 5. l. 34. pro IDEM leg. LINDENBROG.

Ead. pag. l. ult. pro GRONOV. ſcrib. LINDENBROG.

P. 84. §. 13. adde: Wakefield. ad Lucret. IV, 203. legi vult: veritatis enim abſolutus ſermo ſemper, ac *per* eſt ſimplex. ERF.

P. 93. l. 9. poſt IDEM adde: Wakefieldio ad Lucret. III, 218. legendum videtur: et cogitationibus *ſublectus*, i. e. ſummotus, quaſi ſe ſuffurans; vel: *nec* cogitationibus ſubiectus; ſed illud venuſtius eſſe iudicat. ERF.

P. 122. poſt l. 16. a fin. adde: *Seniauchus*. Reineſ. „Senoaldus appellatio Alemannica." W.

P. 128. l. 11. a fin. pro IDEM leg. VALES.

P. 136. l. 11. a fin. pro *eſt* leg. *eſſe*.

P. 167. poſt l. 4. a fin. adde: *Planiora* iudice Wakefieldio ad Lucret. V, 272. ſunt aequora. pro *quaeritans*, quod gloſſam ſapere ait, legendum exiſtimat *eluctans*. — Mihi verum videtur *eruptans*, quod cod. Regius exhibet, modo commate poſt *exitus* deleto iungas: *exitus viam ſibi molitur*. ERF.

P. 204. poſt l. 15. adde: Graeco more ſic ſcripſit, quo dicitur διδάσκειν τινὰ ῥήτορα, φιλόσοφον cet. Vitruvius VI. Praef. *eos viros bonos inſtituebant*. Epigr. adeſp. CCCLXXXVII. v. 3. ἀλλά μ' ἀνὴρ ἐμύησ' ἑλικωνίδα. Vid. Schaefer. ad Lambertum Bos p. 862. ubi et noſtri loci meminit. ERF.

P. 210. l. ult. poſt *dracones* adde W.

P. 232. poſt l. 4. adde:

31. *Occurrere*] Wakef. ad Lucret. IV, 1110. corrigit *accurrere*. ERF.

P. 240. poſt l. 23. a fin. adde: *Laipſo*. Reineſius: „Liup-giſo. Liup-ctis." W.

P. 272. poſt l. 13. a fin. adde:

Oculorum obtutu praeſtricto] Wakef. ad Lucret. IV, 135. malebat *praeſtructo*. ERF.

P. 303. poſt l. 29. adde:

17. *Armorum viriumque varium decus*] Wakefield. ad Lucret. IV. 981. legendum ſuſpicatur *virorumque*, i. e. tam fulgorem ſignorum, quam militum. ERF.

P. 337. in nota ad §. 8. pro lib. XXII. c. 4. leg. lib. XXII. c. 8. §. 41. et dele, quae in ima pagina ſubnotata ſunt.

P. 339. poſt l. 7. adde: Wakefield. ad Lucret. III, 930. coniecit: ſitim, qua *adurebamur*. ERF.

P. 341. poſt l. 26. adde: Wakefield. ad Lucret. III, 580. pro *defluunt* legendum arbitratur *diffluunt*. ERF.

P. 389. l. 21. pro *ut* leg. *ne*.

P. 406. poſt l. 32. adde:

Cretio] Reinesius: „l. Oretio. Oresit inter Alamannos, quod etiam in Oresiis appellationem deformavere." W.

P. 476. l. penult. pro *c.* 4. leg. *c.* 10.

P. 503. p. l. 27. adde:

22. *Squalentes nimia densitate*] „i. e. horrentes et πεφρικυίας. Cf. Virgil. Aen. III, 23." Sic Wakefield. ad Lucret. II, 425. ERF.

P. 522. l. 5. Ad verba *Cyrenaicam ab Aug. provinciam factam* adscripsit Reinesius: „Sic et Strabo 17. extr. et Dio L. 53. ab Augusto octavam provinciam populi factam esse dicit Cretam cum Cyrenaica. W.

To. II. p. 30. l. 17. pro *Tillemontius* leg. *Tillemontium.*

P. 70. l. 10. pro 7. leg. 6.

P. 73. post l. 30. adde:

20. *Pro salute currentibus*] Sic Graeci τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς sc. δρόμον vel κίνδυνον. Vid. Schaefer. ad Lambertum Bos p. 918. ERF.

P. 87. l. 3. pro 1440. leg. 1840.

P. 102. l. 5. post *indictum* adde: nec exigi consuetum.

P. 149. post l. 17. adde: Praeter Pricaeum ad Appuleii Metam. p. 721. laudat Reinesius Gell. v. 14. (18?) Polyb. ap. Suidam in Ἔφεδρος: ἐπίπονον βίον συνεστήσατο καὶ θηριώδη. W.

P. 213. post l. 24. adde:

Maximinus]" v. Iureti not. ad Symmachum Lib. 10. Ep. 1. Perperam Glandorp vocat Maximinum (?) — Ad Maximinum Correct. Tusciae est l. 8. Cod. Theodos. de accus. et insc. Gratiano et Dagal. Coss. Hinc emendanda est Inscriptio l. 3. Cod. Theodos. de anno civili et pane gradili ad Maximum Praef. Annonae A. 365. Coss. Valentin. et Valente AA. item l. 4. de suscept. etc." Sic Reinesius. W.

P. 215. post l. 4. adde:

Olybrium Urbi Praef.] „A. 365. Coss. Valentin. et Valente AA. l. un. Cod. Theodos. de mancip. thermar." Sic Reinesius. W.

P. 237. post l. 20. adde:

Valentinus] „Zosimus L. IV. c. 12. refert ad tempus, quo Gratianum Valentinianus adscivit collegam." Reines. W.